BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
57
NAPOLI

103
P
99

Digitized by Google

Digitized by Google


Reliqui
mſctori
diplom

RELIQVIAE MANVSCRIPTORVM OMNIS AEVI DIPLOMATVM AC MONVMENTORVM, INEDITORVM ADHVC.

TOMO IX.

I. Scriptores rerum DANICARVM XII. ab *an.* 700. ad *an.* 1500.

II. BENZONIS, epiſcopi Albenſis, commentarii de rebus *Henrici IV.* imperatoris in *Italia.*

III. MEVII ius publicum POMERANIAE *Suecicae*, fide documentorum.

IV. Diplomatarium BRANDEBVRGICVM ab 1100 ad 1500.

V. Anonymus DANVS ab 931 ad 1218. cum *notis.*

VI. Diplomatarium miſcellum, rerum SAXONIAE; MISNIAE; THVRINGIAE; LVXENBVRGI, cetera.

Cum *praefatione* & recenſione, *in quouis*, *ſingularium*, iuris *publici*; *ciuilis*; eccleſiaſtici; *prouincialis* uitisque autorum

IO. PETRI de LVDEWIG, ICTI,
FRIDERICIANAE CANCELLARII.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIↃ IↃ CCXXXI.

Digitized by Google

PRAEFATIO
AD
TOMI IX.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI DIPLOMATVM ET LIBRORVM VARII GENERIS,
CVM
RECENSIONE SINGVLARIVM,
IN QVOVIS, ARGVMENTORVM.

DVm animus meus, in IVSTINIANI M. uita rebusque geſtis deſcribendis, eſſet defixus; parum cogitaui de continuandis RELIQVIIS. Praeſertim, quod multi etiam otii abſumpſerint IVRIS PVBLICI SINGVLARIA. Quod utrumque filum traxi deduxique uno eodemque tempore. Taceo academicas SCHOLAS; quas aperui clauſique quotidie ter quaterue, in uario genere ſcientiarum, facientium inprimis ad PATRIAE & ROMANAE IVRISPRVDENTIAE internoſcendas differentias. Ad extremum uti FRIDERICIANAE PRVDENTVM ordo amplus eſt, paredris & adſeſſoribus inſtructus, quorum alii in hac, alii in alia claſſe ſcientiarum excellunt; omnes iureconſulti; ſed alii in theoria; alii in praxi: alii in ciuilibus; alii in publicis cau-

Cauſae INTERSTITIONIS RELIQVIARVM. Otia negotioſa in a) Iuſtiniano M. b) ſingularibus. c) ſcholis. d) reſponſis iuris.

meo tabulario uix lacunas, ita factas, deprehendi: ob noua ſubinde eius generis incrementa, quibus adaugetur muſeolum meo aere. Praeſertim quod, noſtro hoc aeuo, in tanta aeris penuria, omnia fere uenalia ſub uirga & haſta. Elegi autem in NONO hoc uolumine ea, quae nunc ſuo ordine ſequentur, recenſenda breuiter.

I. RERVM DANICARVM ſcriptores.

§. IV. Principio exhibet *tomi IX. liber I. rerum* DANICARVM ſcriptores DVODECIM, uetuſtioris aeui. Nemini eſt ignotum; quam illi in orbe littterario deſiderentur; ut in rebus uetuſtiſſimis fidem oporteat dare SAXONI GRAMMATICO, ſcriptori fallaci admodum; HVITFELDIO, uiro docto rerumque perito; ſed in maiori pretio apud ſuos; quod liber eius loquatur in eorundem uernacula. MEVRSIVS, Graeciae antiquitatum fuit callentiſſimus; non hiſtoriae aut rerum barbari aeui. Primam ſphaeram cum tranſiliret, ultimam adfectando: dedit ſe turpiter famamque, quam in prima habuerat, amiſit ac perdidit conatu inconſulto. Parum melior PONTANVS; licet plenior. Multum operae; parum ſalis. Neque plus uel requiri uel expectari poteſt ab alienae reipublicae hoſpite rerumque ueteris ibi aeui gnaro parum. Quod cum ita ſit; non puto, DVODENOS MEOS orbi fore

fore inutiles. In illis agmen ducit ANONYMVS ab *an.* 777. ad *an.* 1307. Membranam illius poſſedit olim uir nobiliſſimus *Stigothus* PORS; ſed apographum ſupereſſe dicitur in *bibliotheca* HAFNIENSI. Libellus CHRONICI nomen meretur ideo; quod temporum & annorum habeat rationem ſingularem. Neque tamen eſt *auctoris unius*; ſed *plurium*. Quod lector facile intelliget ex iis, quae 1046. habentur. Nam iſto anno prouocat ſcriptor ad ea, quae ipſe *ſermone* acceperit a *rege*. Vnde poſteriorum temporum ſeriem alii continuauerunt; ſed methodo eadem. Ceterum cum auctores prouocant, in antiquiſſimis temporibus, ad fidem annalium, *Franciae*; *Germaniae*; *Angliae*: crediderim, domeſticos teſtes illis defuiſſe. De SACRIS CHRISTI, nunc in *Daniam* illatis iterumque extinctis ibidem & interdictis, quae habet; illud etiam inuenitur alibi. Vellem, CODICEM LEGVM DANICARVM recenſuiſſet autor plenius, cui *an.* 1284. rex, ex decreto ordinum, nouas CONSTITVTIONES adiecerit (*) Num extet hoc IVRIS DANICI CORPVS? in qua demum *lingua* extet? illud nos docebunt

PRIMVS.

CORPVS IVRIS DANICI.

(*) De *LL. Daniae regis* FROTHONIS III. multa habet SAXO *lib. V. p.* 85. Plura eius commentator STEPHANVS *p.* 119. ſed cum ille rex ipſi Chriſto coaeuus habeatur; quis haec talia crediderit temere.

rerum iſtius aeui ac orae periti. IVS AVLICVM DANICVM, olim in uernacula *Witherlaghs Raet.*, nuncupatum an. CIↃ XXX. ſcriptum eſſe uolunt in Anglia, Danis rerum ibi ſummam tenentibus. Edidit illud *Petr. Ioan.* RESENIVS, cum AVLICO IVRE NORVAGICO, uerſionibus Latinis & commentariis *Hafniae* 1673 in 4t. Sed *leges* hae *palatinae* ſunt uere officiaque deſcribunt *curialia*, quibus tenentur rerum pace belloque adminiſtri. Priuati iuris definiunt nihil. Interim PRIVATI IVRIS DANICI hiſtoria celebratur haec. Anno CIↃ CCI. IVRIS REGII fit mentio, conditi *Warinburgi*. Cuius tamen potiora momenta tangunt criminalia in quibus locus cuſtodiae. Verum (*) anno CIↃ CC LXXX. CODEX LEGVM DANIAE prodiit *Warimburgi*; quem in uernacula LOBVCH adpellant. Scriptus ille eſt in *comitiis*, rege WOLODOMARO II. auctore, praeſentibus principibus auguſtalis domus; deinde ſacris *antiſtitibus* archiepiſcopis & epiſcopis; tum ciuibus ac incolis nobilibus. Diuiditur in *tres libros*. Quos ex uernacula poſt in linguam *Latinam* & *Germanicam* transtulere uiri docti an. 1508. auctos *gloſſis* & *commentis*. Imo aliqui eorundem muti-

a) aulici.

b) *Noruagici* aulici.

CORPVS IVRIS DANICI ciuilis 1280.

in uernacula.

redditum Latine.

(*) Interim ad an. 1205. SVANINGIVS ſcribit p. 81. *Chronol. Dan. Andreae* IVNONIS *archiep. Lund.* LEGES *municipales Daniae Latine reddidit.*

larunt

larunt in uerbis ſententiisque. Inde laudabile inſtitutum *Blaſii* ECKENBERGERI, *Flensburgenſis*, ſcribae curialis, *quadraginta ſex* annorum uſu, patria iura doctus; quod *Danica iura* haec uerbatim reddiderit Germanice, ſic inſcripta: DAT RECHTE IVDSKE LOWBOCH, *ann. 1590. überſehen, corrigiret und in dem Däniſchen verbeſſert, zu Coppenhagen ausgethan. Nun aber aus dem Däniſchen in die Holſteiniſche ſprache, von wort zu wort, auf das treuligſte gebracht, mit Königl. Majeſt. begnadigunge.* edit. *Hafniae* 1593. 4t.

EKENBERGII uerſio Germanico-Holſatica 1590.

Adpendicis inſtar acceſſit huic uolumini REPERTORIVM ALPHABETICVM, in quo uetuſtioris aeui uerba resque *Danici iuris* explicantur, collatis conſtitutionibus poſteriorum ſeculorum. Quas hic bona fide exſcribemus. Sunt autem hae, quae ordine ſequuntur.

Eius *repertorium*

I. *Regis* ERICI, Chriſtophorii filii, *leges & conſtitutiones* an. 1244. *Niburgi* promulgatae.

Recenſio *Daniae* LEGISLATORVM 1244.

II. *Theodori* DEGHNII *concordantiae* iuris Danici, iuſſu permiſſuque WOLDOMARI regis & ordinum Daniae.

III. LEGES WOLDEMARI regis: quae *handveſte* audiunt.

IV. CHRISTOPHORI *regis* CONSTITVTIO *Wibergis* promulgata 1320. An. 1320.

V. WOLODOMARI REGIS, patris Margaritae, reginae trium regnorum CONSTITVTIO an. 1354. An. 1354.

 VI. WOL-

An. 1360. VI. WOLODOMARI *& filii ſui* CHRISTOPHORI, ducis *Lalandiae* CONSTITVTIO promulgata *Kallingburgi* 1360.

VII. ERICI regis CONSTITVTIO, promul-
An. 1369. gata *Helſingburgi* 1369.

VIII. IVRIS WOLDEMARIANI confirmatio ſolennis OLAI regis & MARGARETHAE, Sueciae & Norwagiae reginae 1377.

An. 1382. IX. ERICI regis *conſtitutiones* plures 1382.

In quarum enarratione hic ſubſiſtimus.
An. 1460. Nam *conſtitutiones regales aliae* ab an. 1460. ad an. 1590. ſunt aeui iunioris neque adeo noſtrae ſcenae. Interim eſt hoc inſtitutum in DANIAE regno conſultiſſi-
Politica & iurisprudentia DANIAE differunt. mum; quod res, ad commoda reipublicae pertinentes, pro rerum ac temporum facie, diuerſae ſibi omnino, uim iuris conſequantur nullo unquam tempore. Ideoque cautum illud prouide: ne eius generis EDICTA; RESCRIPTA; MANDATA; CODICILLI generis cuiusque inſuerentur CORPORI IVRIS DANICI & LEGVM. Nam uti *iuris* principia ueritatis aeternae; ſic rationes conſiliorum uariant quotidie. Vt, quod hodie reipublicae conducit; illud craſtino die ei ſit perniciosum ualde. Quapropter nequit in his figi norma perpetua; quae reſponderit omni aeuo. Idque ſententia ARISTOTELIS, qui ideo *entibus politicis* negauit analyticam & demonſtratiuam artem. Quam ad-

adfectant nihilominus aliqui noſtrae aetatis ſcriptores; quaſi illa penderet a nominum offuciis theſium; poſtulatorum; conſectariorium, quod eſt apud rerum gnaros perridiculum. Vt ergo continuemus in DANICO IVRE; eius demum architectum & plaſten egit CHRISTIANVS V. qui an. 1683. inſtar IVSTINIANI, ueteribus *conſuetudinibus, conſtitutionibus,* & *confirmationibus* collectis atque redactis in unum CORPVS, illud primus emiſit in lucem. Quod in *latinam linguam*, iuxta alios, tranſtulit *Henricus* WEGHORST, *conſiliarius & profeſſor regius* ediditque *Hafniae* 1698. in *4t.* Sed laborem antea actum inuenit ille, relictum a parente FRIDERICO III. demortuo an. 1670. Poſt enim, quam ille, ordinum Daniae conſulto, an. 1660. accepiſſet regni ſummatum; limitibus poteſtatis omnibus ſublatis, quibus antea conſtricti fuerant reges; CORPVS IVRIS DANICI noua formula exhibuit; ut priſtinae nihil ſupereſſet. Vti enim fruſtra incuſatur Iuſtinianus, quod non MVTIOS; PAPYRIOS; CATONES alioſque in libera republica iureconſultos inſuere maluerit pandectis, quam barbara reſponſa VLPIANI; PAPINIANI; PAVLI; CELSI ceterorum (*). Sic FRIDERICVS III. & CHRISTIA-

CORPVS IVRIS DANICI hodiernum 1683.

Ab antiquo diuerſum.

Conuerſo regno *adducto* in *abſolutum.*

(*) De quo in IVSTINIANO *M. cap.* 8. §. 52. *p.* 281. *ſq.*

NYS

NVS V. reiectis & expunctis Daniae legibus & iureconſultis, ſocietatem imperii ordinum ſapientibus, non alia iuris reſponſa, poſt delatum anno 1660. ſummatum, agnouere; quam illa, quae eſſent nouae reipublicae concinna, id eſt, ſupremo potentatui. Ceterum in uſu hodieque DANIS *kong* CHRISTIAN V. *Danske Lov* atque NORWAGIS eiusdem CHRISTIANI V. regis *Norske Lov*, quae iuris corpora in uenacula edita ſunt *Hafniae* in 4t. Illud autem non ſatis extollendum eſt uerbis: in mores iuiſſe apud DANIAE REGES etiam hoc; ut NOVELLAE eorundem omnes, ſingulis fere annis, edantur iunctim. Quas mihi, homini Germano, acquirere licuit, licuit autem pauciſſimis, illarum hic dabo matriculam.

NORVAGICVM DANICVM.

NOVELLAE DANIAE REGVM ab an. 1684. an. 1686.

I. *Kongel Maieſt. allernadigſt udgegangne* FORORDNVNGER *oc andre obne brefve* ab an. 1684. ad 1685. *Hafniae* in 4t.

II. CONSTITVTINVM DANIAE R. ab an. 1685. ad ann. 1686. *Hafniae* in 4t.

an. 1687.

III. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1686. ad an. 1689. *Hafniae* in 4t.

an. 1689.

IV. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1689. ad an. 1690. *Hafniae* in 4t.

an. 1690.

V. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1690. ad an. 1691. *Hafniae* in 4t.

an. 1691.

VI. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1691. ad an. 1692. *Hafniae* in 4t.

VII.

VII. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1692. ad an. 1693. *Hafniae* in 4t. an. 1693.

VIII. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1693. ad an. 1694. *Hafniae* in 4t. an 1694.

IX. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1694. ad an. 1695. *Hafniae* in 4t. cum inſtructiſſimo indice ab an. 1684. ad ann. 1695. an. 1695.

X. CONSTITVTIONVM DANIAE R. ab an. 1695. ad an. 1696. *Hafniae* in 4t. an. 1696.

XI. CONSTITVTIONES DANIAE R. ab an. 1696. ad an. 1697. *Hafniae* in 4t. an. 1697.

XII. CONSTITVTIONES DANIAE R. ab an. 1697. ad an. 1698. *Hafniae* in 4t. an. 1698.

XIII. CONSTITVTIONES DANIAE R. ab an. 1698. ad an. 1699. *Hafniae* in 4t. an. 1699.

XIV. CONSTITVTIONES DANIAE R. ab an. 1699. ad an. 1700. *Hafniae* in 4t. an. 1700.

XV. CONSTITVTIONES DANIAE R. itidem diuiſis annuis penſis ab an. 1700. ad an. 1705. *Hafniae* in 4t. Nam in his annis ultimis etiam exhibentur tabulae conuentionum cum regibus & rebuspublicis extraneis. Recentiores in mea ſupellectili litteraria, quod doleo, deſiderantur. Ab hoc enim tempore ſiue mea ſiue amici culpa litterarium in Daniam commercium eſt abruptum. Quam lacunam, ut uir bonus & doctus ſuppleat in Dania, per muſarum ſacra rogo. Praeſertim cum inter decora FRIDERICIANAE noſtrae plu- an. 1700. ad an. 1705.

res

res hactenus floruerint DANI, nobilitate familiarum & litterarum ornatiſſimi. Sed dices; quo fine in tam ampla unius commatis ſpatia hic excurram? Aperiam conſilium. Appuli animum ad edendum meisque notis illuſtrandum VETERES LEGES quasque SEPTENTRIONALIVM POPVLORVM. Id eſt GOTHICAS, quarum ego membranas poſſideo aeui uetuſtiſſimi; GERMANICAS, gentium diuerſarum (*); DANICAS; SVECICAS; VPLANDICAS; ANGLICAS; SCOTICAS; FRANCICAS; NORMANNICAS (**); & quotquot inuenire & conducere alias licet ex adparatu rerum medii aeui. Nam merentur illae, quas PITHOEVS; HEROLDVS; LINDENBROGIVS; SIRMONDVS; BALVZIVS aliique antea promulgarunt, uberiorem meſſem. Vt habeant demum mei Germani FONTES genuinos; unde hauriant utriusque iuris PATRII & LATIALIS differentias. Omnium enim horum iurium uinculum eſt amiciſſimum: ut alia ex aliis explicare liceat & cuncta lumine perfundere, quod omnibus eſt idem. Scripſit *Georgius* HICKESIVS GRAMMATICAM COMMVNEM omnibus SEPTENTRIONALIBVS POPVLIS. Cui igitur minus ad palatum IVRISPRVDENTIA COMMVNIS

Inſtitutum de CODICE LL. ANTIQVARVM, ſeptentrionalium populorum.

(*) Quarum *leges* iam habentur in *collectione Lindenbrogiana.*
(**) NORMANNICAS LL. promulgauimus in *reliquiarum tom VIII. lib. II. p.* 144.

regnis

regnis ac rebuspublicis iisdem. Praeſertim, quod ANGLI; SVECI; DANI; SCOTI aliique moribus atauitis maiorum uiuant reganturque etiamnunc. Apud quos exulat IVRIS LATIALIS receptus: quicquid obmouere ſtudeat DVCKIVS, glaucomate occupatus legum Romanarum. Oro itaque rogoque uiros, in his populis, doctos quosque; ut, ſi qui poſſiderint haec PRISTINI IVRIS cimelia, illa nobiscum communicent reddantque eorum nos participes. Ea quidem LEGE: ut publice eis ſoluatur gratia ideo; deinde pretium, quod requirunt uel praeſtetur uel membranae illico reddantur; demum exemplum libri, typis exſcriptum, illis, honoris cauſa, transmittatur. Sperati autem operis pretium ſoluere idem eſt, quam ſponſae ſperatae ſoluere dotem. Multa contingunt inter patinam ſupremaque labra. Igitur inanis fortunae luſibus nolui quemque exponere ſuum aes. Nam fallax in ſexagenario uitae longioris ſpes & conditio, cauſa dati non ſecuta, ambages in heredibus habet ſat longas. Vt dehortari malim emtores ſpei; quam inuitare adhunc contractum lubricum & fallacem.

ROGATIO a uiris doctis.

§. VI. Sequitur ANONYMVS II. ad an. 1556. Tangit ille indice digito tempora uetuſtiora tantum. Praecipuum uero argumentum illius eſt hoc: VT DANIAE RE-

II. ANONYMVS ad an. 1556.

GVM

GVM EX OLDENBVRGENSI STIRPE uitas recenſeat ad tempora usque ſacrorum repurgii. In quo deſcribendo in *formulam euangelii* inſtitutaque LVTHERI ſe exhibet acerrimum hoſtem. A quo expectare alia non licet; quam mala uerba, probra, mendacia infrunita. Vir doctus, *Ioan. Petr.* ANCHERSEN, egit tum in FRIDERICIANA noſtra, cum ſcriptores hi deſtinati eſſent prelo. Hinc eidem dedi ad recenſendum patriae hiſtoriae ſcriptores & illuſtrandum ſummis in margine adſcriptis. Vtrumque praeſtitit: ſed habes nonniſi alterum. Maluimus enim ea manu exhibere codices, qua illos accepimus; quam emendare & corrigere ex ingenio & coniecturis. Praeſertim, quod uir litteratiſſimus *Ioan. Henr.* HEVBELIVS nobis fecerit ſpem plenioris ad eos commentarii.

III. incertus AVTOR ab an. 1241. ad an. 1410.

§. VII. *Incerti nominis* CHRONICON DANIAE ab an. 1241. ad an. 1410. compilatum eſt ex aliis, forte non ab uno auctore; ſed pluribus. Cum tradere uideantur diuerſi diuerſa in libro eodem. Num *Dani* fuerint? illud eſt dubium. Nam uitia, quae in illis ſe produnt in *Danica lingua;* illa tribui poſſunt tabulariis & ſcribis. Steterunt ambo in caſtris pontificis Romani; cuius ſacra interdicta narrant, quaſi res male geſtas.

§. VIII.

§. VIII. QVARTVS AVCTOR pariter eſt IV.
anonymus aliquot uerſuum. Neque ta- AVCTOR
men ideó omittendus. Quod eius aeui 1210. ad 1286.
etiam laciniae mereantur hic locum.

§. IX. QVINTVS plenior longe diuerſa- V.
rum rerum Daniae atque inferioris Sa- CHRONI-
xoniae copia abundans. Vt ideo merea- CON ab 1295 ad an.
tur etiam legi a Germano. 1520.

§. X. SEXTVS eſt magnifaciendus ob VI.
temporum rationes, quae accurate di- ab an. 1130.
ſtinguit. Cetera ſunt uulgaria dictaque ad an. 1300.
pluribus aliis.

§. XI. SEPTIMVS pretii fere eiusdem, VII.
plenior tamen in aliquibus momenti ſin- ab an. 1274
gularis. ad an. 1491.

§. XII. OCTAVVS a HVITFELDEO lectus, VIII.
principe rerum Danicarum ſcriptore. ab an. 1104.
Quem utinam interpres aliquis Latine ad an. 1468
dediſſet uerbatim.

§. XIII. NONVS WISBYENSIS eſt, muti- IX.
lus principio neque liber a pluribus men- ab an. 686.
dis librarii. In ultimorum ſeculorum ad an. 1400
euentis plenior & foecundior. Sed uti-
nam, hiſtoriae loco, nobis dediſſet LEGES
WISBYENSES NAVTICAS. De quibus in o-
puſculo ſcripſi de ſociis ſtipendiariis ho-
ſti an. CIƆ IƆ CC XX.

§. XIV. DECIMVS ſubſiſtit fere in com- X.
memoratione rerum priuatarum benefi- ab an. 1444
ciorumque collatorum ſui coenobii ſi- ad an. 1479.
gnat-

gnatque diem obitus illorum, qui ditarunt ſacrum collegium.

XI. ab an. 1214. ad an. 1252. XII. ab an. 1000. ad an. 1287.

§. XV. VNDECIMVS & DVODECIMVS: leuioris brachii & paucorum uerſuum. Vti ſcilicet in mores iuerat apud coenobitas; filum eadem leuitate incipere iterumque abrumpere & relinquere. Accedit; quod pleraque ab aliis exſcripta uel male intellecta & ordinata.

Fratr. BENZONIS epiſcopi Albenſis de HENRICO IV. commentarii an. 1075.

§. XVI. Nouum in orbe litterario nomen in BENZONE, *Albenſi epiſcopo* exſurgit, niſi latuerit illud adhuc ſub alio ſchemate. Inſcriptio libelli, quem nunc primus in lucem profero, eſt haec: *Fratris* BENZONIS, *epiſcopi Albenſis,* COMMENTARIORVM *lib. VII. de rebus* HENRICI III. *aliis* IV. *imperatoris Romani.* Quod ualde coniecto. Licet aliqua obſtare uideantur. Floruit inter apologeticos ſcriptores Henrici IV. famoſiſſimus ille BENNO, *cardinalis presbyter, duorum librorum* autor *de uita & geſtis Hiltebrandi,* qui Romanus pontifex factus, *Gregorius VII.* dictus. Quos ediderunt plures auctores etiam euangelici GRATIVS (*); FLACIVS (†); WOLFIVS; (**); ultimo GOLDASTVS (†*), praemiſſa illius uita ex Vrspergenſi, aliisque. Sed ei argumento immortuus eſt noſter BEN-

Num ille idem cum BENNONE?

(*) In faſciculo rerum expetendarum.

(†) In catalogo teſtium ueritatis.

(**) In memorabilibus.

(†*) In apologia pro Henrico IV.

ZO:

zo: ut fieri omnino potuerit; utrumque *Bennonis* atque *Benzonis* nomina commiſceri. Vti *Benno* in exemplo *Vrspergenſis* abbatis *Bruno* audiit; pariter falſo ex errore librariorum (††). Quod magis eſt, ſuſpicor praeterea hoc: quod HVGO ille BLANCVS, etiam ALBVS dictus, Gregoriomaſtix, idem ſit cum noſtro BENZONE. Nam ALBVS audiit, ſui epiſcopatus ergo, qui fuerat ALBENSIS. Licet illo, ob dicteria in GREGORIVM VII, fuerit remotus proptereaque omiſſus in *Albenſium epiſcoporum catalogis* (*†). Verum utroque nomine illum nuper laudauit *Lud. Anton.* MVRATORIVS (*†*); ille ueteris ac medii aeui auctorum ſtator, cenſor & interpres doctiſſimus.

z) BLANCI.

Quantum uero Palatini ſocii Mediolanenſes habeant etiam animi pro fide rerum euentorumque in orbe: dubito tamen, fieri poſſe, ut haec CHRONICA BENZONIS, cura eorundem prodeant in lucem. Quod ſi ad nos illa transmiſerint; remittemus illis typis impreſſa exempla

Num BENZONIS in Italia ſpes?

(††) Quod etiam credidit VOSSIVS *de hiſtor. Lat.* nulla licet mentione facta Goldaſti.

(*†) Differt ALBA ab ALBANO. Vtraque urbs epiſcopatu inſtructa. Noſter haud dubie ALBAE epiſcopus fuit. Sed expunxere haud dubie eius nomen ex matricula epiſcoporum, ob haereſin Henricianam.

(*†*) In *tomi I. rerum Italicarum praefatione.* Is inter ſcriptores ineditos commemorat: BENZONIS, *epiſcopi* ALBENSIS *chronicon cum gloſſa.* Sed eundem etiam ibidem dixit *Benzium* diuerſimode. Et quis ille B. de A. apud LAMBECIVM *lib. II. c 8. p.* 817. Dicerem BENZONEM de ALBA; niſi libellus ſcriptus aut recoctus forte ad Caroli IV. palatum.

cum gratiis. Imo adderem ego illis, forte non ingratum, munuſculum: LIBRVM de EMORTVIS VENETI PATRITIATVS FAMILIIS. Sed huic uoto deſiderioque uidentur multa obeſſe. Ceterum diuerſa BENNONIS & BENZONIS nomina unius eiusdemque antiſtitis eſſe, ſubdubitare etiam liceat ideo: quod ſermo utriusque ſit diuerſus omnino. BENZO certe in *libris VII. noſtri commentarii* quaſi furore perfuſum ſe oſtendit poetico. Nam colit RHYTHMOS & COTHVRNOS in oratione ſoluta quoque. Deinde conducit allegorias; tropos; figurarum innumera genera ex omni orbe ac aeuo ad obſcurandum ſententias & dicteria ſua. Praeterea fingit pſeudonymos & horum aenigmata uaria, myſtagogus uere. Vt uideant legantque neque intelligant; quid uoluerit, poſteri. Quandoque tamen eſt ſimplex & apertus ſeque ipſum nominat in libellis centies. Nunc *fratrem* BENZONEM; nunc *epiſcopum Albenſem;* nunc ſine *epiſcopatu epiſcopum;* imo *Albenſem opilionem,* epiſcopatu haud dubie motum, erronem & extorrem. Porro dicit ſe Henrico IV. imperatori *fidelem* & *ſuperfidelem.* Et alibi: ſuſcipe *librum,*

quem tibi (Caeſar) *ſeruus ego fero curuus corpore,* BENZO.

[Margin: Sermo BENZONIS tortuoſus.]

[Margin: BENZONIS munera.]

Quod

Quod magis eſt, urget Caeſarem ad benefaciendum ei aere & munuſculis

Ergo DEI CAESAR, *cerne* FIDELES
Quos humiles noſcis & Michaeles,
Inter quos famulus nomine BENZO
Te petit, o bone rex, poplite flexo,
Vt ſua reſpiciens uulnera tangas!

Nam hoc certum eſt teſtatumque locis in eo multis: quod Caeſaris cauſa paſſus ſit a pontificialibus duriſſima quaeque. In quo cum BENNONE fata illi eadem, prorſus: licet ſermo utriusque ualde diuerſus. Nam in *uita Hildebrandi* eſt Benno planus neque ita tortuoſus, uti Benzo in *commentariis*. Porro ſe in ultimis hiſce epiſcopum, non *cardinalem* dicit; quod tamen facit ibi, in *libri II.* principio; BENNO, *Cardinalis Romanae eccleſiae ſalutem.* Noſter natione *Germanus* fuit; qua cauſa dicit ſe *miſſum* eſſe in *Germaniam,* ad *Caeſarem,* ex Italia a ſacris antiſtitibus; qui excuſauerint ideo hoc iter, quod loqui neſcirent *Teutonice* (*). Suſcepit ergo in ſe legationem atque adpulit in curia Caeſaris. Cui expoſuit Italiae faciem & factiones populi ac cleri. Inprimis NORMANNORVM, quos *ſtercora mundi* adpellat

Mala *imperatoris* cauſa.

BENZO epiſcopus & cardinalis.

Germanus.

LEGATVS ad Henricum IV.

(*) In *lib. III. cap.* 12. *p.* 397. *Eligatur,* inquit in ſenatu, *de nobis unus, qui adferat* REGI *generalis laetitiae munus. Coeperunt ſinguli dicere:* neſcio loqui Teutonice. Tum ille: *paratus ſum domino in carcerem & in mortem ire.*

multo-

multoties. Auditur ab imperatore honorifice atque mandati formulam accipit in *imperiali codicillo*; ad redeundum in Italiam agendumque ea; quae putaret e re CAESARIS. A quo tempore in his libellis ſe dicit ſcribitque CAESARIS LEGATVM.

LITTERAE eius diuerſae ad *imperatorem* & *epiſcopos?*

LITTERAS multas recitat, ſcriptas, cum ad *Caeſarem*; tum ad *auguſtam*; *Bremenſem* aliosque plures *epiſcopos* & *antiſtites* ſacros ad illis addendum animos aduerſus papam aliosque hoſtes Germanici imperii. Cum tamen RESPONSORIAE, quas exhibet pariter, calamum ſapiant *Benzonianum* atque tortuoſum & rhythmicum illud ſcribendi genus; illas aut finxit aut transformauit. Quod ultimum ideo eſt opinabile: quoniam in his aenigmatibus ſibi uiſus eſt pulcher. Sed quid? num extimeſcendus ideo papae hic teſtis, nouo inſtituto productus in tritiſſimam arenam? Repono; ab hoſte nonniſi hoſtilia. Ipſe BENZO non diſſimulat hoc (1); quod acer fuerit in Italos factioſos. Interim, in cauſa DEI & Caeſaris aduerſus pontificem, prouocat ad PONTIFICIALES LIBROS, qui clare habeant ac definite: *quod imperator pontificem eligat conſtituatque; non pontifex imperatorem* (2). Redu-

Quae illi *fides?*

(1) *In lib. V. comment. c.* 9. inquit: *Durae arboris nodo ferreus cuneus quaerendus eſt. Itaque frater* BENZO *uſus eſt ferreis increpationibus.*

(2) In *libr. VII. c.* 1. *p.* 390. 392.

cit

cit in memoriam HENRICO IV. hiſtorias IVSTINIANI, qui *papam* Romae inſtituerit deſtitueritque: CAROLI M. & OTTONVM; qui fecerint idem. Quorum exempla ſuperſint hoc fine; ut illa HENRICVS IV. imitetur. Tandem ueniam rogo typographo: qui Italicum ſcriptorem de rebus Germanici imperii & factioſae Italiae, adſuit ſcriptoribus *Danicis*. Nam eſt hoc caſu factum, quod typorum corrector non attenderet rubricae, ſupremae margini inſcriptae, Et forte cum apologetici ſcriptores pro Henrico IV. hoc aeuo ſint inuiſi ſatis; poſtquam nouiſſime defunctus pontifex GREGORII VII. inter coelites egit tutelarem: melius forte latebit BENZO ſub titulo & inſcriptione mendaci. Ad extremum ualde miror; BARONIVM inter antiſtites HENRICIANAE haereſeos, BENZONIS nomen non produxiſſe in ſcenam. Quod ei, inter tot MSCTOS AVCTORES, non potuit eſſe ignotum. Inſolentiores ſunt; qui BENNONEM eodemque modo BENZONEM habent pro ſcriptore ſuppoſititio, uti BELLARMINVS & GRETSERVS in *Gregoriana arena*. Sed eorundem adſeclae iamiunc a doctiſſimo MVRATORIO ſuo intelligent: quod noſter BENZO uetus isque genuinus ſit ſcriptor; quicquid etiam ſentiendum de illius doctrina, fide ac bile. Neque BEN-

BENZO nec quicquam in rebus DANICIS.

BARONII adparatus.

BELLARMINI & GRETSERI incuſatio.

NONIS opera in dubium uocat BARONIVS. Ceterum eſt etiam illud addendum; quod exemplum meum, manu exaratum fuerit non adeo curata; ut eſſet integrum ac liberum lacunis & mendis. Neque tamen ideo edere illud dubitaui: hoc praeſertim tempore; ubi SVPERSTITIO GREGORIANA pluribus, etiam euangelicis, eſt ad palatum, re ipſa, licet illi ab hoc nomine abhorrere uideantur. Anhelant illi ad regnum MILLENARIVM, uitio uerboque ſeculi ſcribo; in quo PII, id eſt, adſeclae eorundem, ſint REGNATVRI; aliis improbis hominibus, id eſt, alienis a ſecta eorundem, ſeruis. Quaſi ſcilicet Chriſtiani dogmatis ſit; dominari aliis: non ſeruire DEO, quieta & tranquilla mente. Fingunt refinguntque ad hos abortus excludendos ſacra edicta. Re uera aguntur ſacra ambitione, ad contundendum pectora mortalium; ut illis ſubiiciant colla, ad audendum & imperandum, quod eis lubet. Auerruncet DEVS haec mala ab ORBE CHRISTIANO! Ea enim indoles integritatis hominum primaeua: ut DEVS regat in hoc uniuerſo; non homo imperet homini. Quae ſocietas peccatorum eſt; non creaturarum, uitio carentium. Sed manum de hac tabula.

Exemplum mſtum.

MEVII ius PVBLICVM

§. XVII. In *ſecundo libro* damus gratum patrii & Germanici iuris prudentibus nomen,

men *Dauidis* MEVII; qui IVS PVBLICVM POMERANIAE ſcripſit ineditum adhuc. Fuerat hoc quidem in Germaniae ciuium uotis; ut eius ſortis liber extaret. Licet enim FORMVLA cuique prouinciae ſingularis ſit: eſt tamen illa communis teſſera Germanorum, LIBERTAS. Qua reguntur in Germania aut regi debent uniuerſi. De SEKENDORFII; SCHILTERI aliorumque in hoc argumenti genere conatibus, ſcripſimus alibi (3). Quibus iungere nunc liceat *Hugonis* GROTII libellum *de antiquitate reipublicae Batauicae* (4); ſcriptum uere eleganterque. Cui, in *formula reipublicae* eiusdem opuſcula addi poſſunt *Ant.* MATTHAEI (5); quae firmant Grotiana ueteris aeui monumentis. Ne ex ingenio ficta eſſe uiderentur. In eadem arena uerſantur in publicis SILESIAE iuribus HENNELIVS (6) atque *Iacob.* SCHICKFVSIVS (7); quos utinam imitarentur alii, qui prouinciarum nobis dare uo-

POMERANIAE Sueciae.

(3) *In ſingularibus iuris publici cap. I. §. 13. p.* 122. 123.

(4) Libellus Germano ciui eſſe omnino debet in deliciis. Grauiter enim *formulam ueteris reipublicae Batauicae* deſcripſit enarrauitque: quae *comitum* olim iura quaeque *ordinum* & quae *uniuerſorum?*

(5) Praeſertim in aureo libro de *nobilitate;* de iure *gladii;* de rebus *Vltraiectinis;* in *analectis*, quorum ultimos tomos hodieque muſula mea deſiderat acerbe.

(6) In *Sileſiographia*, *togata* & *ſagata*. Quae ultima nondum uidit lucem.

(7) In *chronico Sileſiae*, *prouincialium iurium* & conſuetudinum adparatu, foecundiſſimo.

 lunt

lunt hiſtorias. Scio iri tamen multoties in partes alioſque ſenſus principis iterumque alios ordinum & reipublicae. Sic illa, quae olim *Vbbo* EMMIVS (8) in Friſicis tradidit, minus ad palatum principis curiae. Verum haec talia non ex ingenio & cerebro docenda ad unius alteriusque partis ſenſus; potius ſtabilienda prouincialibus moribus, legibus, pactis; relicto illis iudicio, quibus eſt auctoritas ad lites definiendum. Ideo gratiae debentur a me illuſtri FRISIAE CANCELLARIO, D. BRENNEYSEN; qui principis ſui his diplomatibus ſtipatos libellos (9) mihi nuper, cum litteris humaniſſimis, transmiſit. Quod ſi ORDINES fecerint idem: tum demum IVDEX ſciet; quae caſtra ſequi debeat, quae deſerere. Nobis, iureconſultis, uti nulla eſt auctoritas, reſpondendi *publici iuris* cauſas; ſed noſtri ſphaera iuris eſt *priuati:* ita tamen *interpretes* agere liceat

(8) In *rebus Friſiae*. Quarum editio *prima* praeferri ſolet *alteri*. Quod in ultima quaedam ſint expuncta, in hominum gratiam, non fidei & ueritatis.

(9) Debemus huic rerum primario adminiſtro uiroque doctisſimo cum *hiſtoriam Friſiae orientalis*; tum eius *principatus* ac *reipublicae* fundamenta ad *ius publicum* ſingulare; inſcripta his uerbis: a) *gründliche anweiſung, daß Sr. Hochſt. Durchl. zu Oſtfriesland, bey dem collecten-werck eben das recht zuſtehe, was andern Teutſchen fürſten* b) *gründliche anweiſung, zu dem erb-eigenthum und landesherrlichen rechten und gerechtigkeit des Oſtfrieſiſchen regier-hauſes über Emden.* c) *Succincta ſpecies facti de controuerſiis* FRISIORVM ORIENTALIVM PRINCIPIS *cum* ORDINIBVS PROVINCIALIBVS, edit. *Auricae* 1727. *f.*

nobis,

nobis, etiam in cauſis *publicis* idque in gratiam illorum, qui haec diſcere uelint in academiis, ne ad *curias* principum ueniant olim, omnium ignari. Interim noſtris libellis & argutiolis dari hic debet re uera nihil. Niſi in quantum uel *ratio* uincit uel *probatio* (10). Vt adeo ab illis metus ſit uaniſſimus; uergere hoc in reipublicae damnum. Exemplo nobis ſit *Dauid.* MEVII hoc *opuſculum:* quod eſt fere in *Pomeraniae* familiarum omnium manu; innoxia prorſus. Nam *principio* non *iura principum* definit; ſed prouinciae *ordinum.* Illa ſunt momenti maioris, quam haec. Deinde in *quauis theſi* & argumento laudat *leges prouinciales*, quae neſciunt fallere. In iisque deprehenditur facile uel uerum uel falſum. Praeterea ipſe auctor fuerat ſuis, ne haec epitome ederetur in lucem ſine *legum prouincialium*, quas adlegauit, *adpendice.* Cuius tamen non fuit nobis copia. Poſt iterum iterumque monet, *ueteris principatus* hic *formulam* exhiberi; ſine ulla iniuria eorum, quae mutauerit & conuerterit *poſterior aetas.* Porro intra limites ſe continet *Pomeraniae Suecicae;* cuius ille egit *uicarium praeſidem.* Vt credendum ſit omnino,

(10) Plenius, de *auctoritate numeri ita ſentientium in publici iuris argumento*, ſcripſi in *praefatione ſingularium iuris publici* §.10.p.53.54.

eum patriae reipublicae curam habuiſſe in ſcribendo; ne quid ei excideret e calamo, quod conduceret minus. Amicus & ciuis haec ſcripſit; non peregrinus aut hoſtis. Fuerat enim *Dauid* MEVIVS editus in lucem GRYPHSWALDIAE die X. *Decembr.* CIↃ IↃ CIX. circa *horam* tertiam matutinam. Pater ei *Fridericus* MEVIVS profeſſor iuris ibidem & Pomeraniae ducibus a curialibus conſiliis. Mater *Eliſabetha* RHAVIA, Rungii olim theologi uidua. Vti uero, apud Germanos praecipue, principe loco, ponendum, atauitis gaudere imaginibus: ſic de noſtri atauo, *Ioachimo* MEVIO, *conſule Stargardienſi,* non praetereundum eſt hoc; quod eum FERDINANDVS I. extulerit ad NOBILITATEM GENTILITIAM, ſcriptis ei *auguſtalibus ideo codicillis,* die XVII. menſis *Nouembr.* an. CIↃ IↃ LXII. Quod cum ita ſit, illud quoque dandum gloriae uirtutique MEVIANAE; quod coluerint nihilominus *iuris artem* docuerintque eandem in academiis poſteri, coruſcantes iam imperialis nobilitatis teſſera, recto eorundem iudicio, non indigna munere PROFESSORIS in academiis. Praeſertim, quod imperatores Romani profeſſorem uicennarium adſcripſerint, LEGE auguſtali, primario ORDINI PVRPVRATORVM (11). Licet,

(11) Ita enim THEODOSIVS & VALENTINIANVS a. 425. *l.* 1. *Gram-*

ſeculi

ſeculi uitia, cui leges, in rerum licentia, ſordent, migrauerint hunc morem nimium quantum. Vt, quem non occupat in academiis litterarum amor, is deſerat eas, hodie, legibus neglectis. Me FRIDERICIANA, faſcino eodem, retinuit *doctorem* fere *quadragenarium*; a qua non potui, ullo caſu cauſaque, diuelli. Licet plures fuerint, ad melioris fortunae gradus, oblatos uel ſperatos alibi. Sed MEVIANVM nomen & academiis in pretio & tribunalibus Germaniae uniuerſae. Raro contingit hoc: ut unus ſufficiat utrisque. Quod in ultimis regnare ſoleat uſus, ſeculi uerbo, dira aut DIVA PRAXIS: in primis autem ſchola & umbra maior; quam uita & corpus. MEVIVS par eſt in utriusque generis facultate. Ratio ſine uſu, febriculae inſtar & ſomnii: uſus ſine ratione, brutorum, non hominum. Vtrumque ſororio uinculo coniunxerit ille, cui in patria anecdota patent *Latialis & Germanici* iuris *differentiarum*. Debeo hoc lumen Meuiano com-

maticos C. Th. de profeſſorib. GRAMMATICOS *Graecos &* IVRISPERITVM *placuit honorari* COMITIVAE primi ordinis *codicillis. Qua dignitate quicunque alii* profeſſores *fruantur; cum ad* VIGINTI *annos* DOCENDI LABORE *peruenerint.* Igitur uicennarius profeſſor, in itu ac reditu, par fuit *primi ordinis comiti*, in curia auguſtali. Nam ultra hos annos raro aliquis permanſit in academico munere. Sed, honeſta miſſione facta, plerique ſunt ad tribunalia promoti, ad ius, quod docuerant, exercendum.

men-

mentario iuris Lubecenſis. Eius enim lector facile deprehendi; *Romanas* ac *patrias* leges non cogendas eſſe in iuris unius *concentum* ac harmoniam, quem errorem errant cum CARPZOVIO, promacho, tantum non omnes: ſed inuicem ſeiungendas & ſeparandas eſſe. Vt conſtet iudici aut ciui Germano: quod Latii nobis nulla cura aut pretium, ſi quid Germanici inſtituti habuerimus. Vltimo enim cedit primum, ſubſidiaria cohors. Romani ducis uictoriam maximi habuerunt illam; qui proſtrauerit hoſtem, ſine milite ſubſidiario. Idem certe dicendum de IVDICE in Germaniae foris; ſi cauſas ex patriae moribus inſtitutisque ſciuerit definire, domi natis, non in ſubſidium adductis aliunde, militiae inſtar ſuccenturiatae. Praeſtitit ſe illuſtris PRAESES noſter in eodem *iuris publici Pomeraniae* argumento uirum. Nihil enim admiſcuit ei Latii, peregrini: ſed hauſit omnia ex limpidiſſimis prouinciae fontibus; pactis & conuentis principum cum ordinibus omnis aeui. Quid tempora mutauerint poſt ſiue ex conſilii rationibus ſiue ex cauſis conuerſi iuris: illis omnibus noſter libellus cedit omnino. Vti poſteriora inſtituta prioribus derogant. Quod cum ita ſit; eſſe ſolent, qui eius generis libellos ſpernunt

ideo,

ideo, quod, poſt rerumpublicarum conuerſionem pace belloque, parua ſit eorundem utilitas. Nos eis, niſi alia, memoriae tantum cauſa, locum damus in noſtris reliquiis omnis aeui ac orbis. Quis enim uitio uerterit iureconſulto Germano: colere MEVIANAS RELIQVIAS?

§. XVIII. Ab nouis iuribus ad uetuſtiora medii aeui regredimur. Nam *liber III.* exhibet DIPLOMATARIVM BRANDEBVRGICVM, collectore L. B. de GVNDLING, cuius beneuolentiae ſingulari debemus illud & inſuimus noſtris reliquiis. Vti enim uir perilluſtris rerum MARCHIAE peritiſſimus eſt, plurium, ideo ſuſceptorum itinerum cauſa, non aliena fide; ſed propria αὐτοψία doctus: ita gratias ei ſoluimus maximas; quod hunc adparatum noluerit in propriis ſchedis ſupprimere. Mutauimus ideo eorundem nihil. Nam religioni nobis duximus, addere aliquid ſchedis, a tam docta manu acceptis. Sermone eius habeo: ſi eidem fuerit litterarium otium ullum, ſe marchiae rationes habiturum ſigillatim. Quod ſi euenerit, ipſe oſtendet horum *quinquaginta duorum diplomatum* uſum in iſta republica. Vt ideo noſtris commentis non opus eſſe uideatur.

Lib. III. DIPLOMATARIVM BRANDEBVRGICVM.

§. XIX. Quarti libri adpendix ſcriptorem DANICVM ſiſtit, pariter anonymum.

Liber IV. RERVM DANICA-

Eſt

RVM adpendix anonymus ab an. 931. ad an. 1218. cum H. ERNSTII notis.

Eſt ille unicus, quem in noſtris RELIQVIIS damus recuſum. Cum enim *typographus* deceperit *Danicarum rerum* cultores inſcriptione falſa ſupremae marginis in BENZONE; uoluimus hoc ferculo damnum reſarcire. Eſt enim hic libellus inſcriptus uerbis, quae ſequuntur: *regum aliquot* DANIAE GENEALOGIA *& ſeries anonymi ex ueteri codice msćto chronici cuiusdam eccleſiae Laudenſis ad an. 1218. Quam Henricus* ERNSTIVS *nunc primum edidit emendauit ac notis illuſtrauit, in quibus hanc partem* HISTORIAE DANICAE *ueritati adſeruit & a uanorum corruptelis liberauit. Vna cum* EPISTOLA *de fructu e lectione hiſtoriarum petendo ad uirum illuſtrem, dn. Chriſtophorum* VRNE, *Daniae cancellarium,* edit *Sorae* cum priuilegio *regis 1646. in 8ct.* Editor & commentator eſt iureconſultus, quo nomine STEPHANIVS Danicae hiſtoriae gratulatur. Epiſtola de fructu ex hiſtoriarum lectione habet uulgaria, dicta ſcriptaque ab innumeris aliis; ideo inuidimus ei ſpatium. Quod dediſſemus ei; ſi quidem ſigillatim ad DANICA reſpexiſſet oſtendiſſetque ex *Danicae hiſtoriae* lectione commoda & utilitatem ciuibus.

V. DIPLOMATARIVM MISCELLVM 1140. ad 1470.

§. XX. Claudit agmen *liber V.* in eoque DIPLOMATARIVM MISCELLVM rerum POMERANIAE; MISNIAE; THVRINGIAE; SAXONIAE, ceterarumque. Merentur illius ſingu-

ſingularia monumenta ſigillatim recenſeri. *Primum* diploma docet: quam *pontificiali monarchiae* conduxerit illud: quod papae facultas; in terris licet remotiſſimis, antiſtites & ſacra collegia ſuſcipere in *tutelam* & *protectionem* ſingularem *Petri* & *Pauli* apoſtolorum. Primo enim conſecutionis hoc uinculum crediderunt firmiſſimum, a tutela ad *iurisdictionem*. Cui etiam eius generis clientes ſe ſponte ſubmiſerunt. Deinde ſaluture dogma: qui laeſerit clientem, eum hoc ipſo & patronum laeſiſſe, apoſtolos duumuiros atque horum iras in ſe prouocaſſe. Cum iniuria, ſeruo illata, redundet in dominum ipſum. Quid autem de WOLLINENSIS epiſcopatus conuerſione dici poſſet, illa dabit uolumen rerum *Bambergenſium* alterum in eoque WVIA, id eſt, *Valentinus* WINTERVS, *in Caminenſibus*. Alterum eſt uulgare; *tertium* uero ſingulare in eo: quod in *priuilegiorum indulgentia* opus fuerit & *principis largitione* & nobilis *dynaſtae*; ſiquidem locus priuilegio muniendus ultimo fuerit adſcriptus nexu. *Diploma V.* eſt ualde momentoſum. Nam principio mouet litigioſum problema: *num* MISNIAE MARCHIONIBVS *ius ſit*, PRAESENTANDI *in epiſcopatu Miſnenſi* PRAEPOSITVM; DECANVM; ARCHIDIACONVM *& dignitatum ſimilium candidatos?* Negauerat hoc

I. TVTELA Petri & Pauli.

II. & III. De IVRE NOBILIVM, dandi ſuis priuilegia.

V. De MISNIAE marchionum patronatu in *epiſcopatu?*

hoc epiſcopus ſibique adrogauerat & ſacro collegio iura eligendi. Contra requiſiuerat hoc Marchio: quod Misnenſis expiſcopatus in marchionatus territorio. Vt adeo territorii principis interſit: ne ad haec munera perueniant, qui ei hoſtes aut inimici. Ideo papa MERSEBVRGENSEM EPISCOPVM nominat arbitrum; qui hanc litem componat. De cuius euentu nobis non conſtat. Interim uti nihil fruſtra facit CVRIA PONTIFICIALIS: ſic additur in hoc codicillo; admonendos eſſe Misnenſem PRAEPOSITVM; DECANVM; ARCHIDIACONVM, ſimiles; ut curiae Romanae praeſtent ANNATAS ſeu medios fructus. Quos ſi ſoluere neglexerint; omnia fore irrita & caſſa habendaque pro non ſcriptis. Ceterum a *iure territorii* ad *ius patronatus in muneribus eccleſiaſticis* filum conſecutionis hic ipſe nectit PAPA. Diploma VI. eſt Germanici inſtituti: quo non litterae, pietas, diſciplina SACRVM COLLEGAM faciunt; ſed imagines maiorum, id eſt, nobilitas gentilitia. Interim ſagatae nobilitati par eſt togata idque datur litterarum & artium honori ſingulari. Vt DOCTOR ſeu LICENTIATVS theologiae uel iuris eiusque uel canonici uel ciuilis uel utriusque itemque MAGISTER MEDICINAE aeſtimentur pares hominibus gentilitiae nobilitatis. Sed quid de MAGI-

de annatis.

VI. De CANONICIS non niſi NOBILIBVS; DOCTORIBVS; LICENTIATIS uel magiſtris *medicinae* 1476.

MAGISTRO PHILOSOPHIAE? Nihil de hoc. Neque hodie illi in his numeris. Interim auro carior eſt hic codicillus LIPSIENSI academiae; cuius doctores adſpirant ad harum cathedralium eccleſiarum praebendas; adſignatas illis, inſtar ſalarii academici. Quod eſt maximum; ipſe PAPA hic pollicetur; ſe non alios ad haec beneficia in ſuis menſibus aut extra ordinem promoturum, quam ſortis definitae. Intra quos limites ſe olim noluit continere; ne PETRVM ipſum haberet pro minus habili ad ſacram hanc ſpartam; quod ipſe *piſcator* fuerit, non *doctor* aut *licentiatus*. In *diplomate* VII. huius uiciniae COMITATVS inſignes, qui an. 1190. floruerunt SOMERSBVRG; WEISSENFELS; WETTIN; LANDSBERG; qui & *marchio* ORIENTALIS; BREN, meo iudicio addicti, ſine intermedio nexu, Caeſari. Qui enim fieri potuiſſet ALTRANSTEDII uenditio ſine cuiusque alterius; quam filiorum & cognatorum conſenſu? LIPZ tunc idem, quam *Lipſia* poſt. In *diplomate* VIII. problema iuris publici, ualde litigioſum: *quisnam in feudis imperii maioribus ſit iudex?* Committit quidem hanc prouinciam Carolus IV. imperator Colonienſi archiepiſcopo. Addita ratione: quod *imperialia feuda* non iudicanda a *pa-*

VII. De ALTRANSTED, 1190. *Sueciae* R. in Saxonia Statiua.

VIII. De FORO in cauſa FEVDALIS num a) CAESARIS b) LEGATI c) PARIVM curiae an. 1361.

ribus curiae Leodienſis; deinde quod requirant forum *aliud*; tum quod *maturius* & citius hae lites debeant finiri. Verum repoſuere LOSSENSES conſanguinei; a iudicio *unius* non pendere ſententiam in *cauſa feudali*. Igitur uel tractandum & definiendum hoc argumentum in *comitiis imperialibus*, ordinum S. R. I. qui inſtar parium ſint uel in *prouincialibus Leodienſis* principatus, ubi paredri *landſaſſii* & *ciuitatum* mandatarii. Verum Caeſar non ſoluit tum nodum; ſed illum ſulcauit pro arbitratu. Quem eius ſucceſſores, in *comitiis* haec talia tractantes, non ſunt imitati. In *diplomate* IX. dicitur, quod *Ciſtertienſis ordo* ſub Caeſaris ſolius ſit tutela: quod a ſolo Caeſare ſit iudicandus: quod immunis ille a uectigalibus, tributis & cenſibus. Verum inde trahitur ſerra contentionis: num fieri poſſit ideo iniuria dominis territorii, qui recuſent coenobia in tractibus ſuis & iurisdictione ſita, dimittere & emancipare? Deinde cum res transeat cum onere, fruſtra fore uerba *imperialis exemtionis*. Tractauit hoc argumentum HERTIVS, qui hic uoluendus manu. Ceterum *grangiae* idem, quam fines & limites. Deinde quatuor alias cauſae criminales ſunt: 1) *homicidium*; 2) *incendium*; 3) *ſtuprum* uiolentum; *rapina*. Sed hic

IX. CISTERCIENSIS ordo in CAESARIS tutela 1361.

IV. *Fraiſch-faelle.*

hic alterum eſt omiſſum. Diſce inde: olim, iuxta haec crimina, alia nulla punita fuiſſe morte. Sed noſtra ſecula *truculentiora* longe. *Demto* quid ſit in Germania; ignoratur hodie. Sed *Deme* uel *Demin* idem *Anglis* olim, quam *iudex praetor*. Runis *duom* iudicium; Danis *dom*, *don*. Si quid adſequor coniecturis, DOM, DEM iudex a *demmen* uel *dempſen*, *domare*, id eſt, componere lites. Sed mea nemini obtrudo. In *diplomate* XI. eſt imis ſenſibus notandum; quod IOANNES Bohemiae rex VICARIVM ſe dixerit citra montes in regno Germaniae, etiam poſt patris obitum. Deinde quod fecerit confirmationis ſpem de *Miſnia* & *Thuringia* pactorum, ſi coronatus fuerit imperator. Igitur habuit imperii ſpem; quae eum fefellit. In *diplomate* XII. ciuitates MISNIAE atque FRIBVRGI conceduntur a BRANDENBVRGICIS principibus *Misniae* Marchioni, an. 1317. emancipanturque ex eorundem TERRITORIIS, quod clare dicitur ac definite. *Diploma* XIII. eſt paradoxon ſatis. Nam *Thurungiam* adiudicat *Brandeburgico* principi, non ſine cauſa; reiecto *Haſſiae* landgrauio. Hoc cum ita ſit atque ſperata *Saxoniae* ſucceſſio delata pariter *Brandeburgico* duci, quod docet *tomus VII.* reliquiarum: quilibet cauſas

Demto iudicium.

XI. VICARIVS Germaniae an. 1310. rex *Bohemiae*.

FRIBVRGVM MISNIA 1317.

THVRINGIA ſit BRANDEBVRGICI marchionis 1329. Inde cauſae ad *confraternitatem*.

ſas idoneas fuiſſe credet tam *Saxoniae* duci, quam *Haſſiae* landgrauio, ad cooptandum *Brandeburgicum* ducem, in ſocietatem ſucceſſorii pacti confraternitatis.

XIV. CIVES *Miſniae* NOBILITATI omnes 1329.

In *diplomate* XIV. ſtupendum eſt hoc: quod imperator omnes ciues *Miſnenſes* ſcripſerit *nobiles*; quod illi ideo acquirere & emere poſſint *feuda nobilia*, quorum alias poſſeſſio ciuibus interdicta; quod ſuſtulerit imperator *prouinciales leges*, ea ratione addita, quod ſit ſupra leges; demum agat hic ex *imperialis maieſtatis* plenitudine. Sed haec ſchemata omnia ualde ſunt Romana.

XV. ELBENAV & GOTTAV Brandeburgici iuris 1343.

Diploma XV. aperit hiſtoriam contractus: quo ELBENAVIA & GOTTAVIA dynaſtiae, *Brandeburgici* territorii, obuenerunt *Saxoniae duci* an. 1343. emtionis iure, *reſeruato* pacto *reluendi*. Sed alii crediderunt; has *dynaſtias* feuda eſſe *Magdeburgica*, ab archiepiſcopo collata ſuo *Burggrauio*, ad compenſandum onera iuriſdictionis in utraque urbe Hallis & Magdeburgo. De *exemtione territoriali* legitur neutrubi aliquid.

XVI. AVSTRIAE codicillus FEVDALIS 1360. momentoſus ſat.

In *diplomate* XVI. LITTERAE CLIENTELARES, ſcriptae a Carolo IV. AVSTRIAE ducibus, habent ſingularia plura. *Principio*, quod plures principatus in illis comprehenſi ſimul, *Auſtria*; *Carinthia*; *Sneuia*; *Alſatia*; *Carniola*; *portus Naonis*, cetera. Deinde

inde quod ritus inaugurationis factus *ſceptro* imperiali. Tum, quod collatio feudorum dicatur hereditaria. Porro, quod LVDOVICVS IV. imperator, uerbo talis, non re. Cuius demum pacta actaque redduntur irrita. In *diplomate* XVII. habetur CAROLI IV. AVREA BVLLA, qua GALEAZIIS adiudicat ciuitatem AST aliaque, adhuc litigioſa cum MARCHIONE MONSFERATENSI. Sunt in hac ipſa ſingularia plura. Nam *primo* ſententia haec inter *Italiae* proceres non eſt lata ex arbitratu Caeſaris ſolius; uerum in *Rotenburgenſibus comitiis* p. 691. 693. Deinde *uicariatus generalis* demandatur *Galeazio*, non iure perpetuo; ſed temporario; addita formula: ſi poſteris imperatoribus placuerit idem. Tum *uicariorum; rectorum; iudicum; poteſtatum; ordinariorum; capitaneorum* munera ſynonyma ſunt, notantia idem. Porro enumerantur horum in Italia iura *collectandi; mulctandi; coercendi gladio;* exercendi *iurisdictionem*, uoluntariam & contentioſam; *ciuilem*, *criminalem;* ipſam *adpellationis* inſtantiam in utrisque cauſis demandandi aliis; *monetandi;* indicendi *ferias; nundinas* inſtituendi; *leges* ferendi; conſtituendi *magiſtratus;* alia faciendi: excepta ſola ECCLESIASTICA LIBERTATE & BELLI AC MVNITIONVM

XVII. AVREA BVLLA Caroli IV. 1360. pro GALEAZIIS.

TIONVM iuribus. Quae omnia ſunt notanda imis ſenſibus, cum *Germaniae principes* Galeaziis minimum eſſe non potuerint minoris ſortis. Ex *diplomate* XX. intelligitur iuris Caeſarei uſus. Quo decrepitae aetatis adminiſtros miſerunt in coenobia, cum mandato; ut ibi ad dies uitae acciperent, ea, quae faciunt ad *uictum* & *cultum;* alimenta & ueſtes. Litteras eius commendatitias dixerunt in uernacula *panisbrieffe*, id eſt, ad habendum quotidianum panem. Quae in *diplomate* XXI. in iure memoria digna: illa debent repeti ex illis, quae dicta proxime. In *numeris* XXII. & XXIII. libelli occurrunt, rerum anecdotarum foecundiſſimi. Nam ACTA recitant LEGATIONIS WILHELMI, SAXONIAE ducis ad CAROLVM VII. *Galliae* regem in cauſis admodum momentoſis, an. 1459. Quod argumentum breuiter enarrabimus. Mortuo LADISLAO an. 1457. *Bohemiae* rege; duce *Luxenburgenſi*, cetera, poſtulat ſucceſſionem eius natu maior ſoror ANNA, uxor ducis *Saxoniae* & *Miſniae* Marchionis. Primum quidem in ipſum BOHEMIAE regnum; quod, maſcula ſtirpe extincta, ſucceſſio illius deferenda *ſorori* demortui *regis*. Cum ſit omni iure expeditum hoc: *Bohemiam* ceteroſque eidem innexos principatus

XX. CAROLI IV. prouiſio IANITORIS 1360 *panisbrieff.*

XXI. ACTA LEGATIONIS Saxoniae D. WILHELMI ad Galliae R. CAROLVM VII. 1458. 1459.

De ceſſione a) regni BOHEMIAE.

cipatus, *foeminas* requirere ſucceſſores, regali ſtirpe maſcula exareſcente. Deinde LVXENBVRGENSEM ducatum & CHINENSEM *comitatum*, cum *dynaſtiis* uicinis aliis, PACTO promiſſos ANNAE huic a matre *Eliſabetha*, ALBERTI II. Caeſaris uxore. Accedere, quod his conuentis annuerit ipſe imperator FRIDERICVS V. in *auguſtalibus codicillis*. Praeterea conſenſerint donationi *Luxenburgenſes* proceres, ordinis ſacri & ciuilis. Vt adeo dubii nihil fingi poſſit; quo minus ANNA LVXENBVRGENSIA acquirat hereditario & pactitio iure. Sed arma uiresque deeſſe in tanto BVRGVNDIAE ducis robore; qui plurimis tegumentis utatur, ad ſibi adſerendum ducatum. Interim agnoſcere ANNAM eiusque maritum *Wilhelmum* Saxoniae ducem; graue eſſe, tanto ſpatio remotam prouinciam uel occupare uel occupatam ſibi retinere. Contra *Galliae* regno *Luxenburgenſia* uicina eſſe ſituque ualde opportuna. Quapropter e re fore ANNAE *Saxonicae*: LVXENBVRGENSIA uendere *Galliae* regi, *Carolo* VII. Cui facile ſit, in ditionem redigere uendita Galliaeque innectere. Verum enimuero quam etiam negotioſa fuerit illa transactio: caruit tamen ſucceſſu. Partim, quod FEVDA *imperii* uendere, nefas; CAESARE imperioque inconſultis. Partim, quod

b) LVXENBVRGENSIS ducatus.

In ultimo DIFFICVLTATES initiu a) Caeſaris.

b) ordinum.

quod dubitauerint ORDINES LVXENBVRGENSES tranſire in caſtra Gallorum & a Belgicarum prouinciarum ſyſtemate ſe auellere. Factum igitur eſt, prouidentia NVMINIS ſingulari & ORDINVM LVXENBVRGENSIVM calculis: ut *Anna* cum marito *Saxone*, contractu, cum Gallis abrupto, omnia ſua iura in BVRGVNDICAM domum transferrent. Perſtitit deinceps ducatus apud AVSTRIACAM domum: moerentibus licet Gallis & inhiantibus LVXENBVRGO ſaepius etiam poſt. Quam prouinciam deuoraſſent, ingenti periculo cum Belgii, tum Germaniae: niſi BVRGVNDICAE domus reges ac imperatores illis obicem poſuiſſent aut potius deuoratam e faucibus iterum eripuiſſent. Ingratiſſima Germania; ſi, redeuntibus periculis iisdem, contineret manus aut, intolerabili iuris ignorantia, dubitaret: num *Luxenburgenſia patriae ciuitatis?* Memor eſto illius Saluſtiani edicti: *ſi paulum uos languere uiderint; iam omnes aderunt feroces.* Veſtra res agitur. Nam, hac prouincia amiſſa; actum erit de ueſtris trans Rhenum ciuibus.

Inde ceſſio BVRGVNDIS facta.

PERORATIO.

PERORATIO.

ILLVSTRISSIMIS S. R. I. COMITIBVS;
BARONIBVS PERILLVSTRIBVS;

AVITARVM IMAGINVM

ATQVE

LITTERARVM CVLTV

GENEROSISSIMIS AC NOBILISSIMIS
IVVENIBVS,

PRIVATI RERVM S. R. I. COLLEGII VNIVS CXXXIV. AVDITORIBVS CHARISSIMIS,

S. P. D.

FRIDERICIANAE CANCELLARIVS.

NOn marceſcere in FRIDERICIANA; ſed florere PVBLICA patriae IVRA rerumque GERMANIAE commentaria & monumenta, uno uerbo, S.R.I. NOTITIAM: vos mihi teſtes ſitis, AVDITORES, egoque ſim VOBIS, horum doctor ſcriptorque. In hiſce PAGELLIS iiſdem quidem: publicae tamen plenaeque fidei; quod

FRIDERICIANAE flos an. 1730.

intelligendus *doctoris* & *auditorum* ſolertia.

d

quod ueſtra COHORS, in tanto numero ſelectuque, CENTVM & TRIGINTA pluriumque collegarum, quotidie obuerſetur oculis ciuium noſtræ urbis, in eius quidem regione, quam meae aedes occupant in iisque paratum VOBIS ſubſelliisque inſtructum auditorium. Suffecerat ſpatium eius centum collegis & pluribus; ſed frequentiae VESTRAE dandum fuerat hoc; ut, pariete, qui conclauia diuiſerat, ſublato aut perforato potius, proferrentur iſtius limites ulterius. IVRA, ciuilia maxime, in his AVDIENTIVM numeris doceri, ipſi largiuntur

ac numeris ultimorum.

tur

tur blaterones; quod haec ſint STVDIOSI cuiusuis atque formulae, uitio ſeculi natae,' *de pane lucrando*: ſed HISTORIAM, ſed publica GERMANIAE IVRA, quae FRIDERICIANAE frequentiam & florem, domi ac foris, conciliauerint olim, poni, a maleuolis ſcilicet urbis gerronibus, in deſiderio. Verum enimuero quis, in FRIDERICIANA, inde ab eius prima origine, docuit deditque omnium EVROPAE REGNORVM ac RERVMPVBLICARVM NOTITIAM? Reſpondebit uobis PVFENDORFIVS ILLVSTRATVS? Quis SACRI ROMANI IMPERII RES IVRAque

idque in doctrinis *rerum* S. R. I. & *iuris publici.*

Operae DOCTORIS ab an. 1692. I) in *notitia* regnorum & rerumpubl. EVROPAE uniuerſae.

expoſuit non ex uulgaribus riuulis, COMPENDIIS, EPITOMIS, SYSTEMATIBVS, libellis THESICIS, & farinae ſimilis: ſed ex limpidiſſimis fontibus COAEVORVM SCRIPTORVM; plenae fidei DIPLOMATVM ac monumentorum; imo ex ipſis TABVLARIIS publicis, prouinciarum Germaniae propemodum uniuerſae? Si liuor & atra bilis obtundit obturatque os; loquentur AVREAE BVLLAE COMMENTARIA; prodent autorem ſuum OPVSCVLA tam MISCELLA, quam VIRILIA, quae ultima nunc ſub prelo ſudant, ponentque ante oculos, ſimul: quoties certatum

II) GERMANIAE notitia ex fontibus & DIPLOMATIBVS uniuerſim.

TESTES

a) commentarius A. B.

b) opuſcula *miſcella* & *uirilia*.

tatum in huius argumenti arena, pleniſſima academicae gloriae. Et quemadmodum RELIQVIAE hae NOSTRAE ſeruant ueteris aeui ſcriptorum memoriam: ita noſtris oſſibus & exuuiis mollem quietem precabuntur poſteri quoque, qui ex illarum lectione profecerint olim, ad *aequi* & *iuſti* ſcientiam. Quo manuduximus eius cultores, vſum & praxin notando uel in praefatione uel in margine binis uerbis, indice digito. Quid? quod SINGVLARIA IVRIS PVBLICI, nuperrime elucrabata, in ITALIA, GALLIA aliisque REGNIS, Germani-

c) *reli-quiae me-*dii aeui.

d) ſingularibus *publici iuris* foris etiam.

co imperio adſerendis, non emendicata ſint ab aliis, exemplo plerorumque, ſed eruta ex fontibus, patriae ignotis & clauſis eousque atque nouis argutiis firmata & ſtabilita; ut ſaeua hoſtium tela uel retuſa ſint & hebetata uel confracta prorſus, noſtris armis manuque. Praeterea uti nemo penetrauerit in rerum patriae interiores receſſus; niſi ſingularium eius PROVINCIARVM quis addidicerit hiſtoriam. Hanc uero quis ſcripſit; quis docuit ante in academiis, quam GERMANIAM PRINCIPEM ſcholis daret GIOVANNI? AVSTRIACAE DOMVS

III) GERMANIA PRINCIPE ſigillatim.

MVS auguſtiſſimae in illa libellum uſurpate oculis, ſpeciminis inſtar! Num is rerum multiplicium adparatus patuit unquam alias? Atque hoc lumen cum clareret in FRIDERICIANA; eo etiam perfuſae ſunt omnes IVRIS CIVILIS; SACRI & FEVDALIS partes. Quis, maiori conatu ac feruore, docuit priſtinas GERMANIAE LEGES, patriae reſtituendas poſtliminio; quam DIFFERENTIARVM IVRIS *Romani & Germanici* DISPVTATOR frequens ac longus? Nonne centum falſis in VETERNA PRAXI opinionibus ita impoſitus eſt finis & totidem ueritates, felici anaſtaſi, reſtitutae ſuo loco. In BENEFICIARIO *iure*, quod ſecula barbara feudale dicunt, quot quaeſo *uitulo* arant noſtrarum *ſcholarum* in FRIDERICIANA? Quam immanis olim confuſio & perturbatio feudorum LONGOBARDIAE atque GERMANIAE. Illorum, quae IMPERIALIA dicimus, cum illis, quae PROVINCIALIA ſeu LANDSASSICA? Interpretes horum iure miſcelliones

IV) iuris CIVILIS *patrii* & *Latialis* DIFFERENTIA.

V) iuris LONGOBARDICI & PATRII in FEVDIS.

dixeris inanes & proteruos: imo ſatuos ignes, errantes huc illuc, prout aura flat trahitque. Qui prouidentiores fuerant; noluerunt ipſi definire aliquid; uerum ſequi alios, in nugacibus formulis ac phraſibus: *alii putant, alii dicunt, aiunt, perhibent*, cetera. Sed haec Latinitas non erat noſtra. Definiuimus, quae peregrina & quae domi nata principia; diſtinximus utraque inuicem, ea luculentia: ut auditoribus iam graue non ſit; in luce uerſari huius doctrinae, tot alias difficultatibus irretitae & obrutae; apud doctores, priſtinis glaucomatibus occupatos. In SACRIS LEGIBVS utinam fuiſſem parcior! Quos enim bone DEVS! in me crabrones concitarunt problemata; quae reſpondi, in gratiam PRINCIPIS & ueritatis.

VI) iuris ecclsiaſtici odia hinc.

Qualia ſunt: *num* SCHOLASTICI *canonici* PRAEBENDA, iure diuino & pontificiali, *tribuenda ſit nonniſi academico profeſſori?* Adfirmauerant hoc mecum ordinis iureconſulto-

Scholaſtici in praebenda.

ſultorum collegae omnes; quorum nomine egomet cauſam defendi. Sed unius calculus ater excitauerat in me incendium, non quidem palam, quod fuiſſet collegae aut praeſidis boni officium; uerum clam neque alio fine, ſibi propoſito, quam hoc: ut in *me* hoſtes dogmatis tela emitterent uibrarentque, uelut eius parentem & auctorem, licet mentitum impudenter. Taceo *tragica* alia in hoc *iuris eccleſiaſtici* genere. Nam deceſſor meus aduerſus PONTIFICEM diſputauit, ore & calamo ſatis, quod tolerarunt noſtri; cum e re non eſſet eorundem *clericos* defendere. Egomet uero haec talia THEOLOGIS reliqui; quae extra meam ſphaeram: ſed, in quos uſus uertendi tot eccleſiarum opimi &, principatu digni, reditus? illud credideram, ab officio iureconſulti, non fore alienum. Praeſertim cum CONCILIORVM auctoritate & ſacrorum PACIBVS adiuuarer omnino in argutiis meis.

meis. Vt iura conſiliaque inuicem conſpirare uiderentur pulcherrimo concentu. Omitto alia; quae mallem obliuione ſepeliri; quam commemorari. ad acuendum theoninos in me dentes. Non meVII) RESPONSA cauſarum *illuſtrium.* rui eos neque his neque aliis libellis meis, quos iuſſu PRINCIPIS ſcripſi, iuris & aequi cauſa, ad nullius uel ſenſum uel gratiam. Sed, fateor, habui plurimum animi pro fide & ueritate; rerum mearum certiſſimus & maioris fortunae ſtrenuus contemtor meaque ſorte, umbratili, contentus ſat: qua mihi fuit nihil prius nilque antiquius unquam. Nam uotorum ſumma fuerat: immori cultui muſarum. Quo rerum ſtatu credidi illud, fieri non poſſe; ut, quam diu muneri meo eſſem par; illud mihi inuidere poſſet homo etiam inimiciſſimus. Praeſertim cum, in muſeolo meo deliteſcens rerumque, quae in urbe fiunt, incurioſus, nullius poſſem in me iram prouocare. Sed ab his

fabel-

ſabellis ad uos reuertor, AVDITORES CHARISSIMI. Hoc enim uerbo adiiciali vos iure meritoque adloquor; cum VESTRI AMOR & olim mihi profuerit proſitque etiamnunc, in his turbidis procellis. Fuerat mihi ante triginta annos curta ſupellex; ſed haec, per VESTAM beneuolentiam, nunc talis eſt;ut ſufficere queat philoſopho,etiam ſimulato. Deceſſor meus, in mea aetate, VOBIS tantum non ualedixit prorſus retulitque nomen inter milites emeritos,iure. Quod otium,bona pace, coluit per tria luſtra. Ego fero ſentioque pariter ſenectam. Vellem tamen, ſi per fata licuerit; me ſtantem mori, id eſt, in muſarum otiis negotioſum. Computatione auditorum, quos per *quadraginta* fere annos docui,inſtituta,fide eorundem leucomatis,illud inuenio: me ſedecies mille habuiſſe in ſubſelliis; illorum nominibus omiſſis,qui audiuerunt publice, id eſt, gratis docentem.

Ad AVDITORES adlocutio.

Sat

Sat operarum. Quas nullo unquam tempore intercepi aut neglexi: niſi, PRINCIPIS iuſſu, in curiam uocatus abreptusque, inuito marte. Neque enim, curialium licet cauſarum mole obrutus & quandoque oppreſſus fere, defui officio ac muneri meo in FRIDERICIANA. Quod magis eſt; non indulgentia principali abuſus ſum; quae uacationem mihi imperauit quandoque; ſi cauſarum curialium grauitas non tulit moram. Perſiſtam in hac induſtria mea; quam uobis debeo, per conſcientiae & demandati muneris rationes. Si porro non licuerit; non inuidebitis ueterano militi & doctori quadragenario laborum quietem. Vtinam! poſt fata mea, non deſit, qui & aequet & ſuperet meam induſtriam, fidemque, in bonarum artium & litterarum cultu. Ne ullo unquam tempore marceſcant illae, in florentiſſima adhuc FRIDERICIANA. Scripſi, in muſeo, HALAE SALICAE die IV. *non.* menſ. *Dec.* CIↃ IↃ CCXXX.

RELI-

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
EX
MVSEO LVDEWIGIANO.
TOMVS IX.

LIB. I.

RERVM DANICARVM

SCRIPTORES AEVI VETVSTIORIS, INEDITI ADHVC.

Ex uetuſtiſſimis codicibus membranaceis MSCT.

NVM. I.

ANno Domini DCCLXXVII. obiit GODEFREDVS *rex Danorum* & HENNINGVS, patruelis eius, ſucceſſit & regnauit XXVIII. annis; qui pacem cum *imperatore* fecit & *Eydoram* fluuium terminum *regni* accepit.

GODOFREDVS R. 777. HENNINGVS R.

A. D. IↃCCCIII. obiit HENNINGVS *rex Danorum*, ſurrexerunt Dani & *elegerunt* duos reges, SIGFRIDVM & AMILONEM, nepotem *Godefredi*. Et facta eſt inter eos pugna *decem annos*. Cum inter ſe de primatu regni conuenire non potuerunt, praelio *ſceptrum* diuiſerunt, in qua congreſſione *XI. millia* hominum interempti, reges ambo ceciderunt; pars *Amilonis* cruenta uictoria polluti, *Regnifridum* & *Haraldum* in regem poſuerunt. Et facta eſt pugna IX. annis. Mox cum *Regnifridus* ab Haraldo pulſus eſſet, claſſe *piraticam* exercuit, HARALDVS totum regnum obtinuit.

SIGFR. & AMILO.

REGNIFR. & HAR.

A. D. DCCCXXI. expulſus eſt *Reinfridus* & *Haraldus* cum *imperatore* foedus fecit.

HARALDVS foedus cum *imperatore* fecit.

A. D. DCCCXXVI. HARALDVS Klack rex Danorum a filiis *Godefredi* regno ſpoliatus ad LVDOVICVM *imperatorem* ſupplex uenit, qui &

fit Chriſtianus. mox chriſtianae fidei *catechiſmo* imbutus apud *Moguntiam* cum uxore & fratre ERICO ac magna Danorum multitudine *baptizatus* eſt. Iſte fuit PRIMVS *chriſtianus rex* inter omnes reges *Daniae*. Hunc imperator a *ſacro fonte* ſuſcipiens, cum decreuiſſet in regnum ſuum reſtituere, dedit ei poteſtatem *trans Albiam*. Fratri eius ERICO, ut piratis obſiſteret, partem *Freſiae* conceſſit, quam adhuc *Dani* repoſcunt, quaſi legitimam iuris ſui. Hoc eſt factum anno VI. regni Haraldi, regis Danorum, & regnauit *annis* XXI. Dani acceperunt Chriſtianitatem *anno XII. imperatoris Ludouici*, & poſt aliquot annos uenit ANSGARIVS epiſcopus & uerbum Dei *Danis* praedicauit.

Imperator eius pater.

ERICVS, Friſia potitur.

A. D. DCCCXL. Ludouicus imperator obiit & regnum in contentione remanſit; multa inter *fratres* diſcordia extitit.

Obiit 841. ERICVS.

A. D. IↃCCCXLI. *Haraldus* rex Danorum obiit & ſucceſſit frater eius *Ericus*, qui regnauit X. annis. Interea Dani *piraticis* exercitibus usque quaque degraſſati: *Friſones* tributo ſubiiciuntur. Eodem tempore per *Rhenum* uecti *Coloniam* obſederunt, per *Albiam* uero *Hamburg* incenderunt. Inclyta ciuitas tota aut praeda aut incendio diſperiit; ibi *eccleſiam*, ibi clauſtrum uaſtauerunt, ibi *bibliotheca* ſummo collecta ſtudio conſumta eſt. *S. Ansgarius*, ut ſcribitur, cum reliquiis ſanctorum uirorum *nudus* euaſit. Excidium *Hamburg*. Hiſtoria Francorum & *priuilegia* Romanorum. Poſt haec ſcribitur in uita *Sancti Ansgarii*, qualiter in Daniam ueni-

Dani in *Friſia*, Rheni *Colonia*, *Albi*.

S. Ansgarius.

ueniens *Ericum* regem in regno reperit, cui tempori congruit hiſtoria Francorum, quae ſic de *Danis* meminit: *Regem potentiſſimum, Franciae timore compulſum, terram eis ad habitandam dediſſe.* Deinde *Lotharingia*, inquit, uaſtata & ſubacta *Friſia* victrici conuerſos viſcera dextra, condeſcendentibus namque inuicem Guthorm principe *Danorum* cum patruo ſuo, ſcilicet rege Danorum *Erico*, tanta caede uterque mactati ſunt, ut uulgus omne caderet; de *ſtirpe* autem *regia* nemo hominum remanſerat praeter unum puerum, nomine *Ericum*.

A. D. IↃCCCLVI. cecidit frater *Haraldi* ERICVS rex Danorum in bello, quod conſtituit contra *Guthorm* filium fratris ſui & ſucceſſit ei ERICVS puer, & regnauit XLVI. annis. Iſte rex *Ericus* mox ut regnum excepit furore ſuper *Chriſticolas* efferatus eſt, ſacerdotes Dei expulit, *eccleſias* claudi praecepit.

ERICVS puer 856. aduerſus chriſtianos.

In diebus illis erant ferociſſimi & crudeliſſimi principes *Danorum*, filii *Lodbrogi*, qui piraticis excurſionibus *Galliam* uexabant, quorum praecipui erant multi, *Sagafrid*, *Vlff*, *Ermik*, *Godefrid*, *Iſſuar*, *Rudolff*, *Inguar* & *Vlbi;* crudeliſſimi fuerunt *Inguar* & *Iſſuar*, filii *Lodbrogi*, qui ubique Chriſtianos per ſupplicia necabant. *Dani* autem *foederibus* compreſſos retinuerunt. Dani per Lygerim ſuccendiſſe *Oſhuconos*, per Sequanam Pariſeos obſediſſe & totam *Franciam* uaſtauerunt.

Danorum irruptio in Galliam.

Poſtremo *imperatoris* effera barbaries lapſis regebat habenis & modo Dani cum *Normannis Hamburgenſis* eccleſiae Paſtorali

curae ſubiecti ſunt, praeterea nequeo dicere; quanta mala per eos dominus permiſerit eo tempore, ut quam late plagam ſuper *Chriſtianos* extenderunt & potentiam ſuam, quae omnia lamentabiliter ſcripta ſunt in hiſto-

Saxoniam. ria Francorum & in aliis libris. Tunc *Saxonia* uaſtata eſt a *Danis* & *Nortmannis*. BRVNO dux occiſus eſt, cum aliis *XII. comitibus*, Theodoricus & Maruath epiſcopi truncati ſunt. Tunc *Friſia* populata, *Traiectum* ciuitas exciſa, *S. Rabodus* urbis epiſcopus euadens perſecutionem *Dauentriae* ſedem conſtituit. Ibique conſiſtens *anathematis* gladio paganos ultus eſt. Tunc *piratae Coloniam* & *Treueros* incenderunt, Aquisgranii palatium ſtabulum *equis* ſuis fecerunt, *Moguntia* autem propter metum inſtaurari coepit. Quid multum opus eſt uerbis, cum ciuibus epiſcopi, cum toto grege ſimul obruti ſunt, eccleſiae cum fidelibus incenſae ſunt. *Ludouicus* cum *paganis* dimicans, uictor exſtitit & uictor occubuit. Haec, *tragoedico* planctu, ſcripta ſunt in *annalibus Caeſarum*. Nos propter *Danorum* mentionem perſtrinximus. Haec ſcripta ſunt in *geſtis Francorum*. In illo tempore Normanni *Apuliam* poſſederunt, & una pars *Danorum* poſſidet *Longobardiam*. Dani quippe (forte quoniam Friſiam receperunt) *totum imperium* ulturi cum principibus *Sigifrido* & *Iuaro* per Rhenum aſcenderunt.

BRVNO DVX cum XII. comitib.

Friſiam. Belgium.

Rheni uiciniam.

An. 888. inuadunt Galliam, A. D. DCCCLXXXVIII. CAROLVS imperator obiit, & ARNOLPHVS rex efficitur imperator. Dani per *Moſam* & *Sceldam* fluuios Galliam inuaden-

uadentes miſerabili caede *Gallos* obtruncauerunt, ipſum quoque regem *Carolum* bello petentes; ludibrio noſtros habuerunt. In *Galliam* quoque miſerunt unum ex inimicis, nomine *Haraldum*, qui dum ab *Anglicis* occideretur, Dani conſtituerunt, in locum eius, *Godfridum*, hic autem *Hyſumbriam* expugnauit. Atque ex illo tempore *Normannia*, *Friſia* & *Anglia* in ditione *Danorum* eſſe feruntur. Tunc ſurrexit *imperator* ARNVLPHVS de *Roma* contra *Danos*, Deo auxiliante, tribus fratribus in bello perſeuerantibus, uidelicet *Godefrido*, *Sigefrido* & *Iuaro*. *Arnulphus* nutu Dei cum expeditione occurrit, fratres duos diffidentes de uictoria tertius conſolatus eſt, includens ſe in *papilione* ſua inſtigauit eos & praecepit eos uiriliter pugnare, nihil metuentes. *Godefridus* quidem, ne inconſulte ad bellum accederet, maius conſilium ab eo quaerere depoſuit, aperuit hoſtium *papilionis* conſulendi gratia fratrem ſuum ſuper his, quae agenda erant & inuenit eum in figura *urſi albi* pauimentum papilionis deambulantem & terram unguibus ſulcantem, & tam in opere quam in ſpecie iniquae *ferae effigiem* praetendentem, quo uiſo, deformis ille, & deformata ſpecies fratri inquit: *Frater mi*, bellare poteris, ſed expers uictoriae eris. Iſte princeps & caeteri hoſtes Chriſtianorum ab *Arnolpho* imperatore grauibus proeliis usque ad internecionem deleti ſunt, bellum coelitus adminiſtratum eſt, ſiquidem *centum millibus* paganorum proſtratis, uix unus de Chriſtianis

Angliam.

ARNVLPHVS imperator uictor Danorum.

nis cecidiſſe repertus eſt, & ita reſtincta eſt perſecutio Danorum, *Domino uindicante* ſanguinem ſuorum, qui effuſus eſt. Haec narrat *hiſtoria Francorum*. ARNOLPHVS rex Francorum & imperator obiit anno Domini DCCCXCVII. Ludouicus in regnum eleuatur.

OLVF 902. A. D. IↃCCCCII. Obiit Ericus puer, rex Danorum, & ſucceſſit OLVF, qui unicus a *Suecia* regnum obtinuit Danicum VI. annis, habuitque filios multos, & regnauit in Dania.

A. D. IↃCCCCIII. *Ludouicus* filius *Arnolphi* obiit.

A. D. IↃCCCCIV. Factum eſt bellum Carnotis cum paganis.

A. D. IↃCCCCV. Facta eſt pax inter Francos & Normannos.

SIGVARDVS. A. D. IↃCCCCVI. Oluf mortuus eſt, & ſurrexit de Dania, & electus in regem nomine *Siguard*, & regnauit X. annis.

A. D. IↃCCCCXI. Conradus rex obiit & Henricus ſucceſſit.

Pax cum Francis. A. D. IↃCCCCXIV. Carolus cum Roberto pugnauit. Hoc anno facta eſt pax inter *Francos* & *Danos*.

HARTEKNVT. A. D. IↃCCCCXV. Interfectus eſt *Siort Falle* rex Danorum, cumque paruo tempore regnaſſet, *Harde-Knud* filius Erici regis ſurrexit & regnauit XI. annis.

In diebus illis immaniſſima perſecutio *Saxoniam* oppreſſit, cum hinc & *Dani* & *Slaui* laniarent eccleſias. Nobis ſcire ſufficiat, omnes paganos fuiſſe, ac intenta regnorum mutatione uel excurſione barbarorum Chriſtianitatem in Dania, quae a S. Anſgario plan-

tata

tata eſt, aliquantulum remanſiſſe, non totam defeciſſe.

A. D. Iↄ cccc xxv. obiit Harde-Knud rex Danorum, & ſucceſſit GORM, qui dicitur Horde-Knude, & regnauit VII. annis. Ille Chriſtianitatem, quae in Dania fuit, delere prorſus molitus eſt. Sacerdotes Dei finibus ſuis depulit, plurimos necauit tormentis, Dani quoque Sclauos uaſtantes magno Sclauoniam terrore quaſſabant. GORMO. Chriſtianiſmi euerſor.

A. D. Iↄ ccccxxvi. *Henricus* obiit & *Ottho* ſucceſſit.

A. D. Iↄ cccc xxxi. obiit Gorm Horde-Knude rex Danorum & ſucceſſit GORM & regnauit annis - - In diebus illis Dani incenſis eccleſiis, ſacerdotes ante altare trucidaſſe, clerum uulgo mixtum, hunc impune occidiſſe, aut ductos in captiuitatem. Tunc etiam *cruces truncatae* a paganis habitae. Tanti autem reges Danorum in uno tyranni, alter poſt alterum, utrinque ſimul aliqui regnauerunt. Tunc confeſſor Dei REINBERTVS uenit ad Danos, ubi crudeliſſimum GORM illum quidem pro ingenti flectere ſaeuitia nequit. Filium autem regis, *Haraldum* nomine, ſua dicitur praedicatione lucratus, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam pater eius ſemper odio habuit, ipſe publice haberi permitteret, quamuis nondum ſacramentum *baptiſmi* percepit. *Ordinatis* itaque per ſingulas eccleſias ſacerdotibus, ſanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur *Haraldo*, cuius etiam fultus adiutorio & legato omnes Danorum Reinbertus. HARALDVS.

inſulas penetrauerit, *euangelizans* uerbum Dei gentibus & fideles, quos inuenit, illos captiuans in Chriſto confirmans.

A. D. IƆCCCCXXXIV. occiſus eſt *Wilhelmus* dux Normannorum filius Rollonis, cui ſucceſſit *Richardus*, qui dicitur *Vetus*.

HARALDVS in Angliam

A. D. IƆCCCCXXXVI. obiit GORM rex Danorum & ſucceſſit HARALDVS filius eius, & ſurrexit Haraldus cum exercitu magno, perrexit ad *Angliam* & fecit ibi plagam magnam & ſubiugauit eam ſibi & poſtea rediit.

& Saxoniam. Danos Otto M. proſternit 942.

A. D. IƆCCCCXL. In diebus illis, poſtquam reuerſus eſt *Haraldus* ab Anglia, ſurrexit *Otto Magnus* de *Roma* & uenit ad *Daniam*. Tunc rebellare moliti ſunt apud *Hedebis*, *legatum Ottonis* cum *Marchione* trucidauerunt, omnem *Saxoniam* & *Coloniam* extinguentes: ad quam rem ulciſcendam *imperator* cum exexercitu ſtatim inuadit *Daniam*, transgreſſus & terminos Danorum apud *Sleswich*, usque ad mare nouiſſimum, quod Normannos a Danis dirimit, & usque in praeſentem diem a uictoria *Ottonis*, *Otteſund* dicitur.

A. D. IƆCCCCXLIII. Cui egrediens *Haraldus* apud *Sleswich* occurrens bellum intulit, in quo utrisque feliciter certantibus *Saxones* & *Romani* potiti ſunt uictoria. *Dani* uicti ad naues ceſſerunt, tandemque conditionibus ad *pacem* inclinatis *Haraldus Ottoni ſubiicitur*, & ab eo *regnum* ſuſcipiens *Chriſtianitatem* in *Dania* recipere ſpopondit. Nec mora, baptizatus eſt Haraldus cum uxore *Gunyld*, & filio paruulo *Suend*, quem imperator a *ſacro* fonte ſuſceptum *Suen Otto* uocauit.

Dania clientelaris Germaniae. Et iterum Chriſtiana.

Eo

Eo tempore Dania cismarina, quam *Iutland* incolae appellant, in tres diuiſa epiſcopatus, *Hamburgenſi* eccleſiae ſubiecta eſt & archiepiſcopatui. *Haraldus* rex Danorum religione & fortitudine inſignis Chriſtianitatem iam doctam in regno ſuo benigne recepit & conſtanter tenuit usque ad finem. Verum & regnum ſuum ſanctitate & iuſtitia confirmans usque ad mare in *Normannos* dilatauit terminos ſuos. AMVND, filius *Ring*, tunc regnauit in Suecia. His Haraldus confoederatus Chriſtianis eo uenientibus placabilis fuit. In *Norwegia* erat princeps *Hackon* nomine, quem dum Normanni ſuperbius agentem regno depulerunt, *Haraldus* uero ſua uirtute reſtituit, & Chriſticolis placatum effecit. *Hackon* iſte crudeliſſimus de genere *Inguar* & de *giganteo* ſanguine deſcendit, primus inter *Normannos* regnum arripuit, cum antea regerentur *ducibus*. Igitur *Hackon* in regno xxx. annis exactis obiit, *Haraldum* relinquens haeredem, qui ſimul *Daniam* poſſedit atque *Normanniam* & *Angliam* (ut ſupra diximus, & in geſtis Anglorum ſcribitur) poſt mortem *Guthedi*, & permanſit annos poſt centum in Danorum ditione. Tunc uero *Ring* filium ſuum Haraldum miſit in *Angliam* cum exercitu, qui ſubacta inſula tandem perditus & occiſus eſt a *Nordumbris*. Nouiſſimis temporibus *Haraldi* Chriſtianitas turbata eſt in *Dania*. Nam tunc *Suen Otto filius Haraldi regis Danorum* multas in patrem molitus inſidias, quomodo eum iam longaeuum & minus ualidum regno priuaret, conſi-

Sueciae & Norwegiae paces.

Norwegia Daniae iuncta.

SVEN-OTTO.

conſilium habuit cum quibus & quos pater eius ad Chriſtianitatem coëgit inuitos: ſubito igitur facta conſpiratione Dani Chriſtianitatem abdicantes Suen regem conſtituunt, Haraldo bellum inducunt. At ille qui in initio regni ſui totam ſpem in Deo poſuit, tum uero commendans Deo rei euentum, cum bellum exerceret, armis ſe tueri decreuit, & quaſi alter Dauid procedens ad bellum, filium lugebat *Abſalon*, magis dolens ipſius ſcelus, quam ſua pericula. In quo miſerabili morte, poſtquam ciuili bello uicta eſt pars *Haraldi*, ipſe autem uulneratus fugiens ex acie aſcenſa naui elapſus eſt ad ciuitatem *Slauorum*, quae dicitur *Impne*, a quibus contra ſpem, quia pagani erant, humane receptus eſt, poſt dies aliquot ex eodem uulnere deficiens in confeſſione *Chriſti* migrauit. Corpus eius in patriam deportatum ab exercitu, apud *Roſchildiam* ciuitatem ſepultus eſt in eccleſia, quam prius conſtruxit in honorem *ſanctae Trinitatis*. De cuius fine cum iſtum pronepotem ſuum, qui in Dania regnauit *Suend*, interrogare maluerim, uelut alter *Tydaeus* crimen aui reticuit, ne uero patricidium exageretur, hoc eſt, inquit, quod nos poſteri luimus, & quid parricidia ſuo piauit exilio. At ille *Haraldus*, qui primo Danorum populo *Chriſtianitatem* induxit, qui totam ſeptentrionem praedicatoribus & eccleſiis repleuit, ille, inquam, innocens uulneratus & pro Chriſto expulſus, martyrio ut ſpero non carebit; regnauit annis quinquaginta; obitus eius contigit in feſto omnium ſanctorum.

Chriſtianiſmus.

A.D.

A. D. ID CCCCLXXXV. mortuus eſt *Haraldus* Rex Danorum & ſucceſſit filius eius SVEND. Cum coepiſſet regnare SVEN rex, & perſecutionem Chriſtianorum exercuiſſet in Dania, fertur archiepiſcopus *Hamburgenſis* ſupplicibus legatis & crebris muneribus laboraſſe, ut ferocis animum *regis Chriſtianis* manſuetum redderet, quibus ille relictis in ſua credulitate & perfidia ſaeuire coepit; ſecuta eſt ultio diuina regem Deo rebellem. Nam cum expeditionem ſuſciperet contra *Sclauos*, bis *captus* & in *Sclauiam* ductus toties a Danis ingenti pondere redemptus eſt, nec tamen reuerti uoluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit, & iratus eſt furore dominus, & ter dedit eum in manus inimicorum ſuorum, ut diſceret non blaſphemare. Tunc *Ericus* rex *Sueonum*, frater *Amund*, filius Ringh cum exercitu magno, ſicut arena magna, Daniam inuadit, & occurrit ei *Suend* derelictus a Deo, fruſtra ſperans in *idolis ſuis*. Multa utrimque bella naualia (ſic enim ea gens confligere ſolet) copiae Danorum omnes contritae, *Ericus* rex uictor obtinuit *Daniam*, Suend a regno depulſus, dignam factis ſuis a Deo zelote ſuſcepit mercedem. At haec nobis recitauit *Suend iunior* in auo contigiſſe ſuo, iuſto Dei iudicio, quoniam dereliquit eum, quem pater ſuus bonum habuit defenſorem. Poſt infinita ergo ſcelera, quae in eccleſiam Dei & Chriſtianos commiſerat, Suend rex uictus, a ſuis deſertus, (quippe quem Deus dereliquit) erra-

SVENO 985. adu. chriſt.

a Slauis captus.

ERICVS Suec. R. & Daniae.

Sueno exutus regno.

exul in Normannia, errabundus & inops auxilii uenit ad *Normannos*, ubi tunc filius *Hackonis* Trucho regnauit. Hic quoniam paganus erat, nulla ſuper eum miſericordia motus eſt. Ita ille infelix, Anglia, & in toto orbe relictus in *Angliam* transfretauit, fruſtra ab inimicis ſolatium quaerens, quo tempore *Britannis Albert* filius Arigaris regnare coeperat. Is non immemor iniuriarum, quas *Dani* ex antiquo *Anglis* inflixerant, ex ſe repulit, quem tandem miſeratus infortunii *Rex Schotorum* benigne recepit. Scotia. Ibique Suend bis ſeptem annis exulauit usque ad mortem *Erici*. Ferunt eo tempore claſſem piraticam, quos noſtri *Ascomantos* uocant, *Saxoniae* appulſam, uaſtaſſe omnia *Friſiae* atque *Hadeloae* maritima. Pyratae. Cumque per *Albiae* fluminis oſtium aſcendentes irrumperent prouinciam, tunc congregati ſunt Saxonum magnates exercitum, egredientes a nauibus barbaros exceperunt apud Stadium, quod eſt optimum *Albiae* portus praeſidium, magnum & memorale, nimisque erat infelix illud bellum, in quo uiriliter certantibus Dani uictores totam uirtutem *Saxonum* obtriuere. Capti ſunt ibi Marchio *Sigfridus*, comes *Theodoricus*, & alii *illuſtres* uiri, quos uinctis poſt terga manibus barbari traxerunt ad naues, & pedes eorum catena ſtrinxerunt, totam exinde prouinciam depraedantes impune; ſed cum captiuis ſolus *Marchio Sigifridus* cuiusdam piſcatoris auxilio furtim noctu euaderet, pyratae in furorem conuerſi omnes, quos in uinculis tenuerunt, meliores ad ludibrium haben-

habentes manus illis pedesque truncauerunt, ac nare procíſa deformantes, ad terram ſemiuiuos proiiciebant.

Ericus, inquam, duo regna tenuit, *Sueonum* & *Danorum*, & ipſe paganus Chriſtianis ualde inimicus. Ad eum fertur legatus fuiſſe *Caeſaris*, quidam *Poppe* nomine uir ſanctus & ſapiens ad *regem Danorum*, ſeu pro pace Chriſtianorum Caeſaris partes expoſtulans, audiuit pro pace Chriſtianitatis; quum barbari ſuo more ſignum quaererent, nil moratur, ſtatim *ferrum ignitum geſtaſſe manu*, & illaeſum apparuiſſe, dum haec facile omnem gentibus ambiguitatem erroris uideretur tollere. Iterum ſanctus Dei pro ſubmouendo illius gentis paganiſmo, aliud dicitur oſtendiſſe uel maius miraculum. Tunicam indutus cereatam cum ſtaret in medio populi circulo, in nomine Domini praecepit eam incendi, ipſe uero oculis & manibus in coelum tenſis, liquentes *flammas* tam patienter ſuſtinuit, ut *ueſte* prorſus combuſta & in fauillam redacta, hilari & iucundo uultu, nec *fumum incendii* ſenſiſſe ſe teſtatus eſt, cuius nouitate miraculi credidit ipſe rex ERICVS & omnes Dani usque in hodiernum diem. Poſt mortem uero Diui *Erici* oblatam *Suend* ab exilio regreſſus regnum patrum ſuorum obtinuit, anno depulſionis ſuae uel peregrinationis XIII. & accepit uxorem Erici relictam matrem *Oleſſ*, quae peperit ei *Knudt:* ſed nihil profuit ei illa affinitas connubii, cui Deus iratus eſt. Olef ſane, qui poſt obitum patris ſui Erici regnum ſuper

ERICVS *Suec.* & Dan. rex.

Oſtenta ſacra.

Inde fides Chriſti in Dania permanſit.

per Suecos accepit, exercitu ſuperueniens infelicem Suend regno expulit & ipſe Daniam obtinuit. Cognouit autem Suend: Ipſe eſt Deus, &c. & reuerſus in ſemet ipſum peccata ſua pro oculis habuit, poenitens orauit Deum, & Dominus exaudiuit eum & dedit illi gratiam in conſpectu inimicorum ſuorum & reſtituit eum Oluff in regnum, eo quod matrem ſuam habuerat, feceruntque pacem ad inuicem firmiſſimam, ut Chriſtianitatem in regno ſuo plantatam retinerent.

OLEF Normanni bellum in Daniae R.

Audiens autem OLEF, filius *Trugi*, rex *Normannorum* de coniunctione regum, iratus eſt contra Suend, putans ſe facile poſſe eum depellere, cum toties fuerit a ſuis depulſus. Collecta ergo claſſe innumera, bellum intulit *regi Danorum*. Hoc factum eſt inter *Scaniam* & *Sialandiam*, ubi ſolent reges nauali bello confligere. Eſt autem breuis traiectus *Baltici maris* apud *Helſingborgh*, in quo loco *Siellandt* a *Scania* uideri poteſt, familiariter latibulum piratis. Ibi ergo congreſſi, *Normanni* a *Danis* uicti & confuſi ſunt, OLEF rex, qui ſolus remanſit, in mare ſe praecipitans dignum uitae finem inuenit. Narrant enim aliqui eum fuiſſe *Chriſtianum*, ſed Chriſtianitatis deſertorem; omnes autem affirmant, eum peritum *auguriorum* & in auium prognoſtico omnem ſpem ſuam poſuiſſe; quare etiam cognomen accepit, ut *Olef Krageben* diceretur. Nam & artis magicae, ut aiunt, ſtudio deditus, omnes quibus illa patria abundat magicos habuiſſe domeſticos, eorum-

Arti magicae deditus.

eorumque deceptus errore periit. Suend, interemto *Olafo*, duo regna poſſedit. Ipſe igitur mox deſtructo ritu idololatriae Chriſtianitatem in *Norwegiam* per edictum ſuſcipere iuſſit. Tunc etiam Guthebaldum quendam ab *Anglia* uenientem, ipſum in *Scania* poſuit *Doctorem*, qui etiam in Scania ſaepe dicitur *Euangelizaſſe* & in *Norwegia*. SVEND rex *Normannorum* atque *Danorum* ueteres iniurias fratris *Ringh*, quam ſuae depulſionis ulturus, claſſe magna transfretauit in Angliam, ducens ſecum filium ſuum *Knud* & *Oluff*, filium *Olaui Krageben*, iamque multo tempore praeliis aduerſum Anglos exactis ueteranum regem depulit; tertio menſe poſtquam uictoriam adeptus eſt, ibidem morte praeuentus occubuit.

Chriſtianorum ſacra in *Norwegiam*.

A. D. CIↃ VII. mortuus Suend in Anglia, CANVTVS alius & *Olaus Krageben* & omnes *Dani* reuerſi ſunt ab Anglia & ſurrexerunt Dani, & elegerunt CANVTVM in regem, qui regnauit XXXIII. annis. Tunc denuo bellum molitur in *Anglos*. Olaus a *Normannis* electus in regem, ſeparatus eſt a regno *Danorum*; tunc uero *Canutus* ancipiti caſu turbatus pactum iniit cum *Olauo*, filio *Erici*, qui regnauit in *Suecia*.

CANVTVS 1007.

Pax cum Suec. R.

A. D. CIↃ XV. uictorioſiſſimus rex *Canutus* cum exercitu magno collecto *Angliam* inuadit, & ſubiugauit eam ſibi. Itaque mille nauibus armatus Canutus *Oceanum* tranſiliuit, & triennio Canutus expugnauit *Angliam*. Poſtquam regnauit Canutus omnium pulcherrimus multorum populorum tyranno-

Victoriae eius in Anglia.

rum depulſor, robuſtus armis, largior caeteris, & nimia probitate praeclarus, ut dominum ſe inuiſum exhibuiſſet, *Adelred* rex Anglorum apud *Londoniam* obſeſſus obiit, ſimul cum regno uitam amittens, & iuſto Dei iudicio, qui fratre per martyrium conſummato, duo de quadraginta annis ſceptrum ſanguine polluit. Is parricidium taliter expiauit. *Cauutus* regnum Adelredi accepit, uxoremque *Aemiliam* nomine, quae fuit ſoror comitis *Normannorum Richardi*, cui rex *Danorum* & *Anglorum* ſuam dedit germanam *Eſtritham* pro foedere, quam deinde *Knud* repudiatam a comite Vluoni duci Angliae dedit, eiusdemque Vlff ſororem alteri duci *Guthorm* uel *Guthuim* copulauit, calide ratus Anglos & Normannos per connubia Danis fideliores, quae res eum non fefellit: & Richardus comes declinans iram *Canuti Ieruſolymam* profectus ibidem obiit, relinquens filium in Normannia *Robertum*, cuius filius eſt iſte Wilhelmus, quem Franci *Baſtardum* appellant. Vlff ex ſorore regis Canuti filios ſuſcepit *Biörn* ducem & *Suen* regem, Gothuim dux a ſorore Vlffis genuit parricidas Suen Toſte & Haraldum.

uxor.

Redux in Daniam cum epiſcopis.

A. D. CIↃ XXIV. uictor Knud ab *Anglia* rediens in ditione ſua per multos annos regnum *Daniae* & *Angliae* poſſedit, quo tempore epiſcopos multos ab Anglia duxit in *Daniam*. Eo tempore imperator Conradus cum rege *Danorum* & *Anglorum fecit pacem*, cuius etiam filiam *imperator* filio ſuo depoſcens uxorem. Inter *Knud* & *Oluff* regem *Normannorum*

norum continuum bellum fuit neque ceſſauit omnibus diebus uitae eorum, Danis pro imperio certantibus, *Normannis* uero pugnantibus pro libertate; in qua re iuſtior mihi uiſa eſt cauſa, cui bellum neceſſarium magis fuit, quam uoluntarium. Si quando autem ab illorum motibus quietum erat; idem *Oluff* iudicio & iuſtitia regnum gubernauit, & poſt paucos annos mortuus eſt Oluff in bello & regnauit Canutus in *Norwegia* ſimul & *Dania* & *Anglia*; religionis amore alter *Oleff* in *Suecia* dicitur floruiſſe. Is ſubditos ſibi populos ad *Chriſtianitatem* conuertere uolens magno laborauit ſtudio & templum idolorum, quod in medio Sueonum ſitum, in Vpſalle deſtruebat. Tempore illo CONRADVS imperator filiam *Canuti* regis *Henrico* filio ſuo accepit uxorem, cum quibus ſtatim regio faſtu *Italiam* ingreſſus eſt, ad faciendam regno iuſtitiam, comitem habens itineris *Knud* regem, potentia *trium regnorum* barbaris gentibus valde terribilem. Ille quidem cum *tres filios* haberet, ſingulos ſuper ſingula *regna* poſuit: Ipſe aliquando uiſitans *Danos*, aliquando *Normannos*, ſaepiſſime autem ſedit in *Anglia*.

Normanni.

Cum Cunrado imperat. in Italiam.

A.D. CIↃ XXXVII. mortuus eſt CONRADVS imperator, & ſucceſſit filius eius HENRICVS, gener *Canuti regis* Danorum, & eodem anno mortuus eſt *Canutus* in Anglia, & ſucceſſit ei *Horde-Knut* & regnauit VIII. annis. Poſt mortem *Canuti* regis Danorum, ut ipſe diſpoſuit, ſuccedunt in regnum eius filii, *Haraldus* in Anglia, *Suend* in Norwegia, *Har-*

Henricus imp. 1037.

HORDE-KNVT.

deknut in Dania. Iſte cum eſſet filius *Aemiliae Reginae*, ſororem habuit, quam *Caeſar* deſponſauit filio ſuo *Henrico*. Caeterum uero *Suend* & *Haraldus* a *concubina* geniti erant, qui, ut mos eſt barbaris, aequam tunc inter liberos *Knud* ſortiti ſunt *partem haereditatis*. HARALDVS in Anglia per *triennium* regnauit; contra quem frater ueniens de *Dania* in *Flandriam* claſſem armauit, ſed rex *Anglorum* morte praeuentus bellum diremit. Hardeknud Angliam ſimul poſſedit & Daniam. Interea filius *Canuti*, qui regnauit in Normannia, *Suend* obiit. Tunc *Normanni* elegerunt MAGNVM, qui filius *Oluff* Martyris a *concubina*. Magnus ſtatim inuadens Daniam cum exercitu magno, Hardeknud morante in Anglia, qui mox pugnaturus aduerſus Magnum, conſanguineum *Suend* claſſi praefecit, ſcilicet filium *Vlfonis* uel *Canuti* ex aluina. *Suend uictus* a *Magno*, cum in Angliam remearet, Hardeknud mortuum reperit, in cuius loco Angli elegerunt fratrem eius Eduardum, quem de priori marito Aemilia genuit, uirum ſanctum & timentem Deum, isque ſuſpectum habens Suend, quod ſceptrum Anglorum repoſceret, pacem cum tyranno fecit, conſtituit eum proximum ſe mortuo regni haeredem Anglorum, uel ſi filios ſuſciperet: tali pacto mitigatus Suend in Angliam remeauit.

filior. ex concubina haereditas.

SVENO 1046.

A.D. CIↃ XLVI. mortuus *Harde-Knud* rex Danorum & ſucceſſit SVEND nepos eius, & regnauit XXIX. annis, multa praelia cum Magno rege Normannorum *Suend* fecerunt,

Suend

Suend a Magno ter uictus ceſſit fortunae & factus eſt homo uictoris, faciens ei ſacramentum fidelitatis. Sed cum denuo rebellare coepiſſet conſilio Danorum, nihilominus a Magno ſuperatus eſt.

Eo tempore RATIBOR dux Slauorum interfectus a Danis, ad cuius mortem ulciſcendam iam tunc cum exercitu Sclaui uenientes usque ad Ripam uaſtandam progreſſi ſunt, qui mox Danorum copiis undique collectis aggredientes e Dania paganos in campeſtribus recipiunt Hetebii: quindecim millia ibi feruntur occiſa & facta eſt laetitia in Dania de rege Danorum, qui contra *Normannos* denuo bellum inſtaurans, *Magnus* rex obiit in nauibus, *Suend* duo regna poſſedit, claſſemque paraſſe dicitur, ut Angliam ſuo iuri ſubiiceret: uerum ſanctiſſimus rex *Eduardus* cum regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens *Sueoni* tyranno obtulit *tributum*, ſtatuens poſt ſe regni haeredem. Cumque rex *Suend* tanta regna pro lubitu ſuo teneret, mox ſuccedentibus proſperis oblitus eſt *coeleſtis regis*, conſanguineam a *Süecia* duxit uxorem anno CIↃ LII, quod domino *archiepiſcopo Hamburgenſi* ualde diſplicuit, furentemque regem miſſis ad eum legatis *de ſcelere horribiliter* increpauit, poſtremo niſi reſpueret, *excommunicationis* gladio ferendum eſſe. Tunc ille conuerſus in furorem minabatur omnem *parochiam Hamburgenſem* uaſtare & incendere; ad quas minas imperterritus archiepiſcopus arguens & obſecrans perſtitit immobilis, donec tandem flexus Danorum tyrannus

Ratibor D. Slauor.

Eduardus R. Angl. tributarius Suenonis D. R.

Conſanguinea uxor.

per literas *Papae*, *repudium* dedit *conſobrinae*. Nec tantum rex ſacerdotum aurem praebuit admonitionibus, ſed mox ut a ſe *conſobrinam* dimiſit, alias atque alias uxores & *concubinas* aſſumſit; quare ſuſtinuit ei dominus inimicos in circuitu multos, ſicut *Salomon* proprios ſeruos. Hoc nobis de ſe rex ipſe narrauit.

Hac dimiſſa habuit *concubinas*.

An. 1053. Anglica.

A. D. CIↃ LIII. hoc tempore ſeparabant ſe Angli a regno Danorum, filiis *Knud* rebellionis autoribus, quos *Amiliae* & regis Danorum filios eſſe diximus, & quorum ſororem Eduardus duxit uxorem. Hi namque facta conſpiratione fratres Suend *Eſtritzen* regis Danorum, qui in Anglia duces erant, alterum *Biörn* ſtatim obtruncarunt, alterum Ebbern cum ſuis omnibus, quae habebat, eiecerunt a patria & tenuerunt Angliam in ditione ſua, Eduardo tantum E. B. legit. uita & inani & *magni* regis nomine contento. Suend rex Danorum ſola mulierum incontinentia laborabat, non tantum ſponte, ut arbitrabar, quam uitio gentis, nec cauſa illi malo aliud malum per peccatum defuit, quia una ex concubinis *Thora Gythae* reginam ueneno extinxit. Cum rex *Suend* filium *Thorae* Magnum uocabulo transmitteret in *Angliam*, forte, ut ibi conſecraretur in regem: infelix puer in uia mortuus eſt, poſt quem mater impia non ſuſcepit alium filium. Gratulabatur archiepiſcopus de nouella plantatione eccleſiarum, miſitque de ſuis epiſcopis & presbyteris uiros ad principem ſapientes, qui rudem in Chriſtianitate populum confirma-

firmarent. Praeterea cum ipſe ueniret in Hamburg, Gotſckalcum principem inuitauit ad colloquium, magnopere illum exhortans, ut inceptum pro Chriſto laborem conſtanter ad finem perducat, uictoriam pollicens in omnibus adfuturam. Poſtremo ſi quid patiatur aduerſitatis pro nomine Chriſti, fore beatum; multa illi de conuerſione paganorum in coelo impoſita praemia.

A. D. CIↃ LXV. *Sanctus Eduardus* rex Anglorum obiit, & ſucceſſit *Haraldus* Godium. *Wilhelmus* dux *Normannorum* obtinuit Angliam

A. D. CIↃ LXVI. & rex factus eſt occiſo Haraldo in pugna.

A. D. CIↃ LXXIV. mortuus eſt *Suend* rex Danorum & ſucceſſit filius eius *Haraldus*, & regnauit octo annis (alii non ſic habent) & ſucceſſit illi *Canutus* frater eius. **Haraldus 1074.**

A. D. CIↃ LXXXVI. occiſus eſt *Canutus* rex Danorum a populo ſuo in ciuitate Othonienſi in eccleſia S. Albani martyris, & in ipſo loco corpus eius requieſcit & cum eo frater ſuus, Benedictus, martyrizatus eſt & *Ericus* fugit ad Selandiam, & ſucceſſit frater eius *Oleff*, & regnauit VII. annis, (alias x.) **Canutus martyr R. D.**

Eodem anno obiit *Wilhelmus* rex Anglorum, cui ſucceſſerunt filii, Wilhelmus in Anglia & Robertus in Normannia.

A. D. CIↃ XCV. mortuus *Oluf* rex Danorum *una* nocte in lecto ſuo & ſucceſſit frater eius Nicolaus, qui regnauit XXVII. annis. Poſt mortem Suend regis, regnauerunt v. filii eius alter poſt alterum.

A. D. cIↄ cxxxII. *Slauorum rex* & dux *Canutus* filius Erici *Eygothe* peremtus eſt.

Et eodem anno Ericus Emune rex factus eſt & bellum fuit Iallingae inter Magnum & Ericum & in utroque fugit Ericus.

A.D. cIↄ cxxxIII. bellum fuit inter *Magnum* & *Ericum* apud *Syrum* & *Inſulam* feria quarta, & aliud Reynsberrigh.

Eodem anno fuit bellum Fotuich in Scania.

Ericus Nicolaum R. D. regno exuit.

Ericus a Scanienſibus in regem electus eſt, quem cum caeteris Danis rex Nicolaus in Fotuich praeliando aggreſſus eſt, cecideruntque ibi Magnus regis filius & epiſcopi quinque, multique alii, paucos quidem cum rege Nicolao fuga tenuit, perueniensque Schleswich paucis peractis diebus a ciuibus neci traditur. Quo mortuo Ericus, Erici filius regis, regnum Daniae totum obtinuit & regnauit IV. annis.

A. D. cIↄ cxxxIV. Roſchildis deuaſtata eſt a Sclauis & eodem anno fractum eſt caſtrum Haraldi Roſchildenſe.

A. D. cIↄ cxxxV. Haraldus interfectus eſt.

A. D. cIↄ cxxxV. obiit Aſcerus primus archiepiſcopus Lundenſis & tenebrae factae ſunt in quadrageſima per uniuerſam terram.

Et eodem anno Eſchillus archiepiſcopus electus eſt.

Ericus Lamb R. D.

A. D. cIↄ cxxxIX. Ericus Emuni interfectus eſt & electus eſt Ericus Lamb, & regnauit annis IX.

A. D. cIↄ cxL. ſurrexit Olaus filius Haraldi contra Ericum.

A. D.

A. D. CIↃCXLI. Eſchillus archiepiſcopus Olauo obſides poſuit.

A. D. CIↃCXLIII. Olaúſ filius Haraldi interfectus eſt cum ſuis.

A. D. CIↃCXLIV. Conuentus miſſus eſt in Heriuádum.

A. D. CIↃCXLVII. Ericus Lamb monachus factus eſt, obiit Otthenſe, quo mortuo Iutenſes Canuto filio Magni nomen regis impoſuerunt: Scanienſes & Sialandenſis cum minoribus Inſulis ſibi Suenonem in regem elegerunt, & facta eſt pugna inter eos XII. annis. Regnum Daniae biceps.

Eodem anno fuit bellum Slaugerup Sialandiae.

A. D. CIↃCXLIX. captus eſt Eſchillus archiepiſcopus a Suenone.

A. D. CIↃCL. bellum fuit Thostrop & fugit Canutus rex.

A. D. CIↃCLI. bellum fuit Wiburgis.

A. D. CIↃCLII. Canutus pugnauit contra Suenonem & deuictus eſt & exulauit in Sueciam.

A. D. CIↃCLIII. rediit Canutus & aſſumta militia pugnauit contra Suenonem & Waldemarus deſponſauit ſororem Canuti Sophiam.

A. D. CIↃCLV. conuenerunt omnes Dani & elegerunt duos reges, Canutum & Waldemarum & fugit Suend in Saxoniam. triceps.

A. D. CIↃCLVII. rediit Suend cum duce Henrico, uenit Simerſtad & facta eſt pax.

A. D. CIↃCLVIII. interfectus eſt Canutus Roſchildiae, in uigilia ſancti Laurentii, & cum Canutus interfectus.

cum Conſtantinus, cognatus eius, & Waldemarus rex uulneratus eſt, euadens, occultansque ſe per tempus. Poſtea in Iutiam peruenit, illuc eum armata manu Suend perſequens, aggreſſusque in bello cum eo uictus ab eo. Eodem anno in Grotheſaea (in Grothenſſee) & ibi interfectus eſt, & Waldemarus totum regnum obtinuit & regnauit xxv. annis cum dimidio.

occiſo Suenone

Waldemarus ſolus regnat.

A. D. CIↃCLXIII. Waldemarus imperatorem adiuit: Et natus eſt Canutus rex filius Waldemari I.

A. D. CIↃCLXIV. obiit Victor Papa ſchismaticus & ſucceſſit Alexander, & Eſchillus archiepiſcopus iuit Hieruſalem.

A. D. CIↃLXV. in die aſcenſionis domini Abſolon epiſcopus Roſchildenſis deuicit Sclauos, qui dicuntur Röbe.

Canutus dux canonizatus.

A. D. CIↃCLXXI. translatum eſt corpus ſancti Canuti ducis Ringſtadii, filii Erici, Eygothe. Die illo Danis omnibus gaudium duplicatur ex parte una, & pater regis canonizatur ex parte alia, quod regis filius Canutus in regem inungitur. Interfuerunt diei illius ſolennitati rex ille Waldemarus, archiepiſcopus Eſchillus de Lundis, archiepiſcopus ſimul de Suecia. Stephanus lector literarum martyrem ſanctum autorizandum autoritate domini papae Alexandri & cum iis Abſolon Roſchildenſis, Simon Otthonienſis, Sueno Aruſienſis, Rulff Ripenſis, Tucho Burglanenſis, Nicolaus Wiburgenſis, Fridericus Hethebyenſis. Hellius electus de Norwegia, qui die eadem pronunciauit pacem inter Da-

niam

niam & Norwegiam. Aderant etiam cum primis & primatibus terrae tám cleri quam plebis populus innumerabilis.

A. D. CIↃ CLXXII. Lundis ſuccenſa eſt & ſecundo anno poſtea terrae motus in Dania, & Chriſtophorus dux Iutiae obiit.

A. D. CIↃ CLXXVII. Eſchillus archiepiſcopus diſceſſit & monachus in Clareualle factus eſt.

Eodem anno S. Margaretha interfecta eſt prope Köge & Canutus filius Waldemari rex factus eſt ſuper Scaniam & Hallandiam, conſentiente patre cum melioribus regni. Iam multa dicebantur de Abſolone & Waldemaro, quae alias habui in aliis libris & de rege Waldemaro etiam multum.

S. Margaretha.

alia ſcripta huius auctoris.

A. D. CIↃ CXCI. expeditio facta eſt ad Findlandiam, quae uicta eſt a Danis forti manu.

Findlandia a Danis ſubacta.

A. D. CIↃ CXCII. epiſcopus Waldemarus ſibi doli conſcius, nemine perſequente ad regem Sueciae fugam tenuit & bellum in pace exercens, armata manu rediit ſequenti anno, regisque nomen ſibi uſurpauit, & prout ratio expoſtulauit, digno uictoria exiſtente rege Canuto, a quo eſt captus.

A. D. CIↃ CXCVIII. obiit Sophia regina & Petrus epiſcopus Roſchildenſis captus eſt.

uti &

A. D. CIↃ CXCIX. Holſatia Danis ſubiugata eſt.

Holſatia.

A. D. CIↃ CC. comes Adolphus captus eſt, & comes Albertus miles factus eſt.

A. D. CIↃ CCI. obiit Abſolon Lundenſis archiepiſcopus.

A. D.

A. D. cIↄ cciii. obiit rex Canutus & ſucceſſit frater eius Waldemarus.

Eodem anno obiit Waldemarus rex Norwegiae.

A. D. cIↄ cciv. obiit Esbernus Snare, frater archiepiſcopi Abſolonis.

A. D. cIↄ ccv. rex Waldemarus duxit primam uxorem filiam regis Bohemiae Dagmar.

A. D. cIↄ ccvi. ſolutus eſt *Waldemarus* epiſcopus, & *Andreas* archiepiſcopus Lundenſis eodem anno exercitum duxit in Eſtlandiam.

A. D. cIↄ ccviii. bellum fuit *Lene*.

Waldemarus epiſcopus *Bremenſis* & *rex.*

A. D. cIↄ ccix. *Waldemarus* epiſcopus euectus eſt de ſede *Bremenſi* & iterum excommunicatus, & expeditio facta eſt in *Pruſiam* & *Semblandiam*, & *Waldemarus* bonus natus eſt ex *Dagmar*, & *Ericus* rex Sueonum duxit Ringiſiam ſororem regis Waldemari, & corruit Suercherus rex Sueciae anno ſequenti.

A. D. cIↄ ccxii. obiit *Dagmar* regina *Daniae* de Bohemia.

A. D. cIↄ ccxiv. obiit Petrus epiſcopus *Roſchildenſis* ſenior filius Sunonis.

Eodem anno rex *Waldemarus* duxit Beringeram reginam de Portugalia.

A. D. cIↄ ccxvi. obiit epiſcopus *Schielm Arbuſ.enſis* & Petrus epiſcopus factus eſt *Roſchildenſis*, filius Iacobi. Et Ericus *Plog* Penninus natus eſt.

Eodem anno dabatur *uiceſima* a ſacerdotibus.

de *Hallandia.*

A. D. cIↄ ccxviii. *Waldemarus* iii. conſecratur & obiit comes Nicolaus de *Hallandia*.

A. D. cIↄ ccxx. Waldemarus ii. iuit ad *Eſtlan-*

landiam, & Andreas archiepiſcopus receſſit ſc. ſede Lundenſi.

A. D. cIↄ cc xxii. obiit regina *Beringera*.

A. D. cIↄ ccxxiii. captus eſt *Waldemarus* rex cum filio ſuo & xc. libris argenti examinati, hoc eſt xlv. millibus marcarum. Captus rex.

Eodem anno Nicolaus conſecratur epiſcopus *Roſchildenſis*.

A. D. cIↄ ccxxvii. capti ſunt Dani apud *Borneboſſuit*, in die Mariae Magdalenae & rex amiſit uictoriam.

A. D. cIↄ ccxxxi. obiit Waldemarus iunior iii. rex *Danorum* cum regina.

A. D. cIↄ ccxxxii. Ericus *rex* coronatur & Abel *dux* factus.

A. D. cIↄ ccxxxiii. maius incendium fuit in *Lund* & tota eccleſia eſt combuſta.

A. D. cIↄ ccxxxvi. *dux Abel* duxit uxorem filiam comitis Adolphi de *Holſatia*.

Et tempeſtas in die Clementis fuit maxima.

A. D. cIↄ ccxxxviii. Ericus rex duxit uxorem.

A. D. cIↄ ccxl. obiit rex *Waldemarus* in uigilia coenae Domini & Petrus *Strangonis* obiit.

A. D. cIↄ ccxliii. *Ericus* rex duxit exercitum ad *Colding* contra *Abel* fratrem ſuum.

A. D. cIↄ ccxlv. Nicolaus epiſcopus *Roſchildenſis* fugatus eſt iniuſte a rege.

A. D. cIↄ ccxlvii. clauſtrum de *Sora* cum monaſterio totaliter concrematur & capta eſt Ripis a duce Abel cum melioribus regni Daniae & iterum reuicta a rege Erico. clauſtrum de Sora.

A. D.

A. D. CIↃ CC XLVIII. facta eſt expeditio ad *Arneskog*, & occupat rex Ericus omnia caſtra fratrum ſuorum & bona.

S. Denarius. A. D. CIↃ CCXLIX. obiit epiſcopus Nicolaus *Roſchildenſis* in Claraualle & rex *Ericus* contulit totam *Daniam* ad denarios rhedarios ſiue *Arratreleſſ*, & ueniens in *Scaniam* idem petens & fugatus eſt a ruſticis cum multa ſtrage ſuorum a ciuitate *Lunde* feria 3. ante Paſcha III. kal. Aprilis. Et poſt haec ruſtici obſederunt eum in *Helſingborrigh* donec in paraſceue, & tunc in nocte rex clam fugit in *Sialandiam*, & poſtea in ſecunda die Paſchae rediit in *Scaniam* ante ciuitatem *Lundenſem*, & facta eſt compoſitio inter *Scaniam* & *regem*.

Ericus rex occiſus. A. D. CIↃ CCL. rex Ericus a *Friſia* fugatus eſt, militibus ſuis quam pluribus occiſis & poſtea in nocte S. *Laurentii* dolo apud *Sleswich* per *Lauonem* & complices ſuos eſt captus & compedibus ligatus, facta bona confeſſione, capite detruncatur, in *Myoſund* praecipitatur, & paulo poſt Abel frater eius in regem eligitur & in die omnium ſanctorum coronatur.

A. D. CIↃ CCLI. *Folkungi* interfecti ſunt in *Suecia*.

Abel R. occiſus. A. D. CIↃ CCLII. *Abel* rex interfectus eſt a *Friſionibus* in *Iutlandia* iuxta Huſembro, in die Apoſtoli Petri & Pauli. Et eodem anno obiit archiepiſcopus *Vlffo* & Chriſtophorus in *regem* electus eſt.

Chriſtophorus R. A. D. CIↃ CCLIV. *Suinborg* proſternitur & Henricus *Emelhorn* aedificauit caſtrum in

Schie-

Schiefiskeorff & tenuit, & conflictum habuit cum rege Chriſtophoro & fugauit eum.

A. D. CIↃCCLV. *ruſtici* exaſperati ſunt contra nobiles. *ruſticorum* ſeditio.

A. D. CIↃCCLIX. captus eſt archiepiſcopus *Iacobus* in nocte ſanctae Agathae uirginis in curia *Gissleberg*. per mandatum regis *Chriſtophori*.

Et eodem anno rex *Chriſtophorus* mortuus Chriſtophorus R. † eſt & altero anno archiepiſcopus exiuit de carcere & Ieremarus uenit *Koppenhagen* cum exercitu magno Feria Hebdomadarum Paſchae, & bellum fuit in Neſtwedt.

A. D. CIↃCCLII. uenit Henricus de *Milderup* in Daniam & abſtulit regi Chriſtophoro caſtrum de *Mönn* cum inſula & multum iſto anno turbauit regem.

A. D. CIↃCCLVII. reconciliatus eſt rex *Chriſtophorus* cum rege Norwegiae, qui & Chriſtophoro promiſit fidelitatem. *Norwegia* feudalis.

A. D. CIↃCCLVIII. *Marchio* & *Dani* reconciliati ſunt, & conſilium fuit *Roſtoch*.

A. D. CIↃCCLIX. *Ericus* filius Chriſtophori coronatus eſt in regem XI. aetatis ſuae. Rex *impuber*.

A. D. CIↃCCLXI. *Birgerus* dux Sueonum uenit *Kopenhagen* cum exercitu magno & eodem anno *captus eſt Ericus* rex & mater ſua regina *Margaretha* in Lohat, & meliores regni Daniae interfecti, & capti quidam, & epiſcopus Schleswichſenſis captus & carceri mancipatus eſt. R. captus.

A. D. CIↃCCLXII. archiepiſcopus Iacobus exulauit in Sueciam, & dux de *Brunſchwich* uenit in *Daniam* regnum deuaſtaturus, & ope- *Brunſuic.* D. expeditio in *Daniam*.

operatus eſt multa, & per mandatum dicti ducis & magiſtri Gerhardi & Iohannis dicti Pawi omnia bona *Lundenſium* & *Roſchildenſium* eccleſiarum ſunt ſpoliata, ſimiliter & bona canonicorum confiſcata, presbyteri uero ignominioſe capti & captiuati ducebantur & omnibus bonis ſuis ſpoliati. Quanta mala *Deus* permiſit fieri per praedictos *ducem* de *Brunſchwich* & complices ſuos, longum eſt enarrare per ſingula.

Domus Aos obſeſſa eſt & deſtructa eſt per Scanienſes.

A. D. CIↃCCLXIII. *Scanienſes* obſederunt *Hellſingborrigh* & caſtrum coeperunt; dux de *Brunſchwich* receſſit de Dania cum magno dedecore, & captus eſt a marchione *Misnenſi* iuſto Dei iudicio.

A. D. CIↃCC LXIV. rex *Ericus* de captione liberatus eſt, & archiepiſcopus *Iacobus* iter arripuit ad curiam Romanam

Cardinalis in Daniam.

A. D. CIↃCC LXVI. uenit *Guido* Cardinalis ad *Daniam*.

A. D. CIↃCC LXIX. uenit domina *Sophia* regina Sueciae ad patrem ſuum beatum Ericum regem.

A. D. CIↃCC LXXIV. obiit archiepiſcopus Iacobus & eligitur Erlandus.

R. & regina capti.

Bellum fuit Hobro in profeſto Viti & Modeſti, & fugati ſunt Sueones a Danis, & poſt breue rex *Waldemarus* & regina ſua capti ſunt.

Obiit Erlandus electus *Lundenſis* & Trugothus Thorſtoni eligitur.

Eodem anno obiit Ericus dux Sueciae.

A. D.

A. D. CIƆ CC LXXVI. Ericus rex obtinuit caſtrum *Almethorp*, & conuocato generali conſilio Nyborg filius eius *Ericus* accepit nomen *regis*, & principes, excepto *Stigotho* marſcalco ſuo, ſub iuramento ſolenni fecerunt ei fidelitatem.

Eodem anno natus eſt *Chriſtophorus ſecundus* filius eius in die Michaëlis.

Eodem anno *Magnus*, *Sueonum* rex, duxit filiam comitis Gerhardi *Holſatiae* in uxorem, & celebratis nuptiis Sueci *Hallandiam* & *Scaniam* furtiue cum exercitu intrauerunt, deuaſtatisque quibusdam uillulis in extremis finibus, iidem audientes aduerſum ſe indigenas congregari, ſolo metu uulnerati & in fugam conuerſi cum dedecore receſſerunt. **Suecorum inuaſio.**

Anno eodem Trugothus *archiepiſcopus* a ſuo pontifice conſecratur.

A. D. CIƆ CC LXXVII. *Ericus rex Daniae* Sueciam a die Epiphaniae usque a Paſcha diuerſis inſultibus impugnauit, depraedatione & incendio deuaſtando, tandem perſonaliter ingreſſus ciuitatem *Schare* cepit, tamdiu ibidem moratus, donec eum donata pace & inito foedere placauerunt. **Inuaſio Sueciae.**

Eodem anno rediit archiepiſcopus *Trugothus*, & *miſſam* ſuam in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli celebrauit.

A. D. CIƆ CC LXXVIII. celebratum eſt conſilium in *Weddel* cum praelatis eccleſiarum ſub archiepiſcopo Trugotho.

Obiit Domicellus Abbel.

A. D. CIƆ CC LXXVIII. conſecrati ſunt in eccleſia *Lundenſi* archiepiſcopus Sueciae, &

Stigothus Roſchildenſis epiſcopus a Trugotho eiusdem eccleſiae archiepiſcopo.

R. Norwegiae moritur.

A. D. CIↃ CC LXXX. Magnus, rex *Norwegiae*, obiit, cui ſucceſſit *Ericus* filius eius.

Trugothus archiepiſcopus obiit.

Eodem anno eſt Iohannes Dros electus in archiepiſcopum.

Stigothus epiſcopus *Roſchildenſis* obiit.

Margaretha quondam *regina* & magiſter Nicolaus *Iuto* cancellarius & Cicilia uxor Abſolonis obierunt.

A. D. CIↃ CC LXXXIII. Waldemarus filius ducis Erici factus eſt dux *Iutiae*. Iacobus filius Nicolai comitis factus eſt comes *Hallandiae* in parlamento apud Worthingborrigh.

Leges adauctae.

A. D. CIↃ CC LXXXIV. rex adiecit *libris legum* quosdam articulos, multum neceſſarios, in parlamento apud Nyborgh.

Piratica.

Aluerus filius Erlungi de Norwegia egit piraticam & depraedatus eſt omnes, quos inuenit, *Danos*, *Teuthonicos* & aliarum partium mercatores.

Ericus filius Canuti ducis habuit ducatum in Hallandiam.

bellum praedatorum.

A. D. CIↃ CC LXXXV. Aluerus pirata de *Norwegia* depraedatus eſt *Horſſens* & *Callundborrig*, & ſuperuenientibus mercatoribus de *Sclauia* cum XXX. uel amplius magnis *Coggonibus* & manu ualida bellatorum, reuerſus eſt Norwegiam cum praeda, quam rapuerat. Dicti autem mercatores locauerunt claſſem, quam adduxerant, apud *Helſingör*, nihilque dignum memoria uel laude facientes, poſt octo ſeptimanas uacui & ſine honore redierunt.

Iaco-

Iacobus comes *Hallandiae* factus eſt *miles* ab Erico rege Norwegiae. Miles factus comes.

Ericus rex *Daniae* captiuauit *Waldemarum ducem Iutiae*, & ſubuertit caſtrum *Tunder.*

Ericus dux Hallandiae factus eſt *miles* a Magno, rege Sueciae.

A. D. CIƆ CCLXXXVI. *Waldemarus* dux Iutiae ſolutus eſt a captiuitate in parlamento apud *Nyborg* habito.

Interfectus eſt rex *Ericus* in lecto ſuo a ſuis militibus in nocte beatae Ceciliae. R. interfectus.

A. D. CIƆCCLXXXVII. priuati ſunt *occiſores regis* pace, ex conſenſu totius regni, ipſo die Pentecoſtes, & non multum poſt iidem regis occiſores receperunt ſe in *Norwegiam.*

Hoc anno uenit rex *Norwegiae Helſinghör* in quinta feria poſt octauam Petri & Pauli Apoſtolorum, & interiit in mari *Culben* dictus *Kutterup* & alii multi apud *Hellſingborrigh* capite ſunt truncati, & in craſtino rex cum populo reſiduo ipſam uillam *Helſinghör* incendebant, recedentes *Koppenhagen* incuſſo eis timore ab inexiſtentibus uillam accedere non audebant, ſed in ſabbatho poſt inſulas *Hueden* & *Amaebe* combuſſerunt, quo pacto iuit ex iis magna pars aduerſus *Schanör*, ubi cum duce exercitus *Kort Kryter* circiter LXX. ſunt occiſi. R. Norwegiae.

Circa idem tempus *Mariſcalcus Stigothus* fregit caſtrum *Saaſſe*, diuertensque hinc *Thornborgh* cum eccleſia incendebat, & hinc abſcedentes paucas reliquias cinerum & apud *Schilskoer* inuentas igni concremabant, & ſic recedentes ad Falſtriam *Nykioebing* in-

cendebant, & eodem tempore uenerunt Norwegienſes ad Lalandiam, ubi ad incolis terrae multi ſunt interfecti. Poſt obſidionem autem Nykiöbing remigarunt. Mariſcalcus Stigothus ad regem Norwegiae apud Amacke exiſtentem feria quinta ante Petri uincula, & cum eo uenit *Othen Heſtecorn*, & in ſabbatho proximo iuerunt omnes ſimul ad *Grönſund*, ibique caſtrum domini Wuislaui per diem & noctem impugnabant, multisque interfectis de *Norwegien* ueligantes *Stubekiöbing* combuſſerunt, & in die aſſumptionis beatae uirginis confuſi in Norwegiam ſunt reuerſi.

Hoc anno etiam poſt feſtum beati Iohannis baptiſtae uenit rex *Norwegiae* cum ſuis ad *Alaburgh*, ibique mora facta per quindenam in pace ad *Süineburgh* ueligantes eam incendebant ad modicum, & antea partem de *Langelandt* incendio deuaſtabant & ſpolio, parsque reſidua pecunia eſt redemta, quibus expletis transtulerunt ſe *Noruagienſes* ad *Norwegiam* & exules ad *Hielm*, ipſamque inſulam rebus & inſtrumentis bellicis inſtruxerunt.

Norwegiae R. in Daniam.

Hoc anno intendens *rex Norwegiae* impugnare *Daniam* collecto nauigio moram fecit apud Ekröe, & cognito defectu ſuo redierunt unde uenerunt, & medio tempore exules Methelfar & Rindelzhola incendebant.

A. D. CIↃ CC LXXXVIII. Abſolon *Anderſſön* obiit.

A. D. CIↃ CC LXXXIX. rex Ericus Norwegiae Sialandiam uenit cum exercitu, & combuſ-

ſit

t *Schialskör, Thornburg, Helſingöer, Nykiö-*
ing & multas alias inſulas.

Archiepiſcopus Iohannes *Dros* obiit.

A. D. cIↃccxc. Iohannes *Grand* in curia onſecratur in archiepiſcopum.

Inguarus epiſcopus *Roſchildenſis* obiit, cui ucceſſit Iohannes Krach.

Alff Erlingſſön uocatus eſt in Helſingborg.

Kopenhagen munitum fuit. **Hafnia munita.**

A. D. cIↃccxcIv. a rege *Erico Danorum* niſſus exercitus in inſulam *Hiſſing* uaſtauit medietatem eius. Iohannes archiepiſcopus *Grand* & praepoſitus Iacobus capti ſunt.

A. D. cIↃccxcv. Rauo *Ioenſon* captus fuit & rotatur *Roskild.*

Archiepiſcopus clam euaſit de caſtro Sioburg.

Iſarnus *Nuntius* domini *papae* uenit in Daniam. **Nuntius papae.**

A. D. cIↃccxcvI. rex Ericus fecit nuptias cum *Ingeborg* ſorore *Birgeri* regis Sueciae.

A. D. cIↃcc xcIx. Dominus Iohannes *Grand* archiepiſcopus & Iſarnus *Nuntius*, redeuntes a curia ſuppoſuerunt totum regnum interdicto, a ſexta feria proxima poſt feſtum beatae *Agathae*, quod durauit annos quatuor & decem hebdomadas.

A. D. cIↃccc. rex Ericus accepit terram *Roſtoch* in poteſtatem ſuam.

Obiit dominus Iohannes *Krach* epiſcopus *Roſchildenſis* & caſſata electione cuiusdam *Florentii*, dominus archiepiſcopus ſupra dictus elegit dominum *Olauum* & confirmatum miſit ad eccleſiam Roſchildenſem de Bornholm. **Roſchild.**

A. D. cIↄ ccc II. facta eſt translatio domini *Iſarni* de *Rigenſi* archiepiſcopatu ad *Lundenſem* & domini Iohannis *Grand* praedicti de Lundenſi a *Rigenſem*, quem noluit acceptare. Hanc translationem fecit dominus papa Bonifacius octauus.

Obiit *dapifer* Dauid regi ſuo fideliſſ.

A. D. cIↄ ccc III. regnum *Daniae* abſolutum eſt ab interdicto per dominum Iſarnum Nyborrigh in coena domini.

Dominus Ion *Little* rediit de uia *Romana*.

Regnum abſoluitur ab excommunicatione. A. D. cIↄ ccc IV. rex abſolutus fuit *ab excommunicatione*, qua tenebatur pro captione ſupradicti archiepiſcopi domini Iohannis *Grand*.

Expeditio Coggonum indicta fuit toti regno.

Obſeſſa fuerunt caſtra *Hallandiae* in hyeme, ſed non potuerunt expugnari.

A. D. cIↄ ccc V. *clerus Daniae* denuo ab irregularitate fuit abſolutus.

Obiit domina mater, regis quondam *Daniae regina*.

A. D. cIↄ ccc VI. multitudo *Noricorum* apud Thornburgh gladio & ſubmerſione periit, in quo conflictu dominus Iacobi & Olef miles ſtrenuiſſimus, incaute nauem hoſtilem inſiliens, ſubmerſus eſt.

Captus R. Ericus & Waldemarus duces *Sueciae* captiuauerunt fratrem ſuum *Birgirum regem*, comedentes cum eo in die S. Michaelis. *Magnus*, primogenitus eiusdem *Birgeri*, pridem in regem electus, clam ductus eſt in Daniam.

A. D. cIↄ ccc VII. *rex Ericus* in natiuitate domi-

domini duxit ualidiſſimam expeditionem in *Sueciam;* ſed grauiſſima hyeme impeditus rediit, acceptis Treugis.

Hoc anno obiit dominus *Ion Little*, miles deuotiſſimus & praeclariſſimus *regni Daniae*, prid. non. Auguſti.

Obiit etiam domina Cecilia domini *Ion* praedicti *Little*, in quinta die natalis domini; cuius corpus ſepultum eſt in choro monaſterii *Esrom* prope patrem ſuum. Requieſcat in pace. Amen.

Finis chronici.

NVM. II.

ANONYMI RERVM DANICARVM CHRONOLOGIA

ab an. chr. 1046. ad 1556.

DE temporibus regum, qui ex comitatu Oldenburgenſi ad diademata trium regnorum, Daniae, Sueciae & Norwegiae aſſumti ſunt, breuis & rudis hiſtoria, in hoc ſcripta, ut eruditus quispiam poſthac erudite ſcripturus habeat ueritatem, quam tuto poſſit imitari, ſine qua nulla unquam hiſtoria, quamuis erudita, eſt bonis uiris placitura. Scripta eſt autem hiſtoria temporibus regum Chriſtierni ſecundi & Friderici primi. **Praefaticuncula.**

Sueno, Eſtridſſön a matre dictus, ſpreto patris nomine, ob uiolatam ob eo matris pudicitiam. *Viſſo* pater Suenonis.

Canutus martyr.

Ericus bonus proficiſcitur Hieroſolymam, in Cypro extinctus, eius ſepultura miraculo nobilis.

Cognatio domus Oldenburgicae cum antiqua Daniae regum ſtirpe.

Carolus Flandriae

ANno ab orbe reconciliato CIϽ XLVI. electus eſt in regem Danorum Sueno quidam, Canuto Duro & ſorore Eſtride nepos, a qua etiam accepit cognomentum, repudiato patris Wlffonis cognomento, ob maternam pudicitiam ab eodem Wlffone praetextu legitimi coniugii maximo dolo ſtupratam; unde non eſt uulgo dictus ab Wlffone patre, ſed ab Eſtrida matre, Sueno Eſtridsſön. Hic inter multos, quos generauit filios, duos habuit inſigni pietate & probitate uiros, qui erant maxima patriae ornamenta, quorum primus dictus Canutus, martyr Dei effectus (qui Otthonia a perfidis iuris & pheonibus, in cauſa pietatis & religionis occubuit, interfectus) glorioſiſſimus euaſit. Secundus uero Ericus, ex re ipſa cognomento bonus, ſolo martyrio Canuto fratri minor, in caeteris uero pietatis dotibus, aut aequalis, aut etiam maior. Anno autem regni ſuo octauo, Hieroſolymam profectus, mortuus eſt in Cypro, inſula toto orbe famoſiſſima, ubi etiam non ſine grandi miraculo ſepultus eſt, eadem inſula ab illius ſepultura defunctorum cadauera continente, quae antea continere non poterat. Igitur ex his praeclariſſimis uiris propagatum eſt, quicquid regiae ſtirpis nunc reperiatur, in his tribus regnis, quod ex ſubiecta genealogia luce clarius deprehendi poteſt.

Canutus enim poſt Haraldum fratrem caeteris fratribus aetate grauior uxorem duxit filiam comitis Flandriae, ex qua filium unum nomine Carolum, duasque filias Ceciliam &

&Ingridim genuit. Carolus iſte factus poſtea Flandriae comes hereditario iure, creditur pater fuiſſe multorum ac magnorum principum, inter quos plerique non tam ditionis quam nominis fuerunt haeredes, ab hoc Carolo frequenter Caroli nuncupati. Ingrid uero iunior filia nupſit cuidam domino Falchoni, uiro in Suecia nobiliſſimo, cui genuit Benedictum quendam patrem Magni Manneskiold, a quo IX. *Ingrid Wlffone genitus eſt* nobiliſſimus quidam dux Byrgerus, cognomento Ierll. Hic igitur quarto gradu diſtans a beato Canuto rege & martyre factus eſt pater, ut uidetur, duorum regum, Waldemari & Magni Ladelaath. Ericus uero bonus, de quo paulo antea, genuit Canutum ducem ac ſanctum martyrem, patrem Waldemari primi, Danorum regis, cuius filia, Rytiſſa nomine, nupſit Erico regi Suecorum filio Canuti, filii ſancti Erici, regis & martyris, genuitque eidem Ericum regem ex re cognominatum Bleſum, qui absque liberis mortuus eſt, & *Ingeburgem* filiam. Haec filia, linea quarta diſtans ab Erico bono, ducta eſt uxor a duce Byrgero Ierll, totidem gradibus a ſancto Canuto martyre, Erici boni fratre diſtante, genuitque duos reges Waldemarum & Magnum Ladelaas. Porro Waldemarus duxit uxorem filiam regis Danorum Sophiam nomine, cuius pater Ericus, Waldemari regis, qui Danis legem ſcripſit ac in ordinem redegit, filius, a fratre ſuo Abel eſt doloſe interfectus, quae res cauſam dedit Waldemaro perpetrandi ſtupri,

com. filius Canuti martyris.

Byrgerus Iarl ſeu comes Sueciae quartus a Canuto mart. Pater Waldemari & Magni regum Sueciae.

ducit Ingeburgem quartam ab Erico bono patre Canuti mart.

Waldemarus Sueciae rex uxoris ſoro-

rem Iuditham uitiat & fugatur.

pri, ob quod regno ac diademate eſt ſpoliatus. Habebat enim Sophia regina ſororem, nomine Iudith, quae interfecto patre ſororis deſiderio ardens, poſtquam in Sueciam ueniſſet, ab ipſo rege, ſororis marito, compreſſa eſt maxima regni Sueciae turbatione. Waldemaro igitur fugato, ac tandem ſine legitimis liberis defuncto, ſucceſſit frater eius Magnus, cognomento Ladelaas, qui ducta filia comitis Holſatiae in uxorem, genuit tres filios, Birgerum regem, & Waldemarum & Ericum duces. Porro Birgerus interfectis fratribus ſuis, atque amiſſo filio ſuo Magno, qui ob paternum ſcelus capite truncatus eſt, fugiens in Daniam, exul mortuus eſt, ac Ringſtadii ſepultus. Hic periiſſet regium ſemen, niſi dominus in Erico duce interfecto ſibi poſteritatem reſeruasſet. Quandoquidem iſte Ericus tertius, filius Magni Ladelaas regis, olim ex Auinione reuerſus, quo fuerat peregre profectus, amore ac deſiderio ſummi pontificis, ibidem tunc ſedem habentis, duxit uxorem filiam Hagoini regis ſenioris, Norwegiae regis, ex qua bonam prolem ſuſtulit, Magnum Sineg, regem Sueciae ac Norwegiae, patrem Hagoini iunioris, mariti Margaretae, reginae trium regnorum & Euphemiam filiam (quia unicus Hagoini & Margaretae filius, Olaus nomine, ſine liberis ante diem obiit) niſi dominus in hac filia nobis ſemen prouidiſſet, ſiquidem haec Euphemia facta eſt mater multorum magnorumque principum. Nupſit autem duci Magnopolenſi, cui peperit

Magni Ladelaas S. R. filii tres ſibi inuicem exitiales.

Birgeri primogeniti in fratres ſcelus & infortunium.

3. Ericus papam Auinione inuiſit & ex Haguini ſenioris N. R. filia Magnum Sineg. N. R. & S. ſuſcipit. Patrem Haguini iun. Margaretae 3. regn. reginae mariti. atque Euphemiae, felicis uteri.

rit Albertum, poſtea Sueciae regem, & Henricum ducem, qui duxit uxorem filiam Waldemari regis, ſororem Margarethae reginae, ex qua genuit duas filias, prima nupſit duci Pomeraniae, cui peperit Ericum regem trium regnorum; ſecunda uero nupſit duci Bauariae, cui peperit Chriſtophorum, etiam trium regnorum regem. Albertus S.R. Henricus Megapolitanus. Ericus Pomeranus R.D. Chriſtophorus R.D.

Hic iterum extincta fuiſſet regiae ſtirpis ſcintilla, quoniam tam Ericus, quam Chriſtophorus ſine liberis mortui ſunt, niſi ſupra dicta Euphemia Norwegienſis ſuccurriſſet in filia, quam poſt duos filios Albertum & Henricum peperit duci Magnopolenſi, nomine Ingeburgem. Haec filia nupſit Henrico comiti Holſatiae, peperitque illi Gerardum comitem, qui ducta uxore Elizabetha filia Otthonis ducis Brunſuicenſis, genuit filiam nomine Helwich, quae cum nupſiſſet Friderico comiti Oldenburgenſi, peperit eidem tres filios, Ottonem & Gerardum comites, ac Chriſtophorum primum, Danorum regem, patrem duorum filiorum, Iohannis & Friderici, quorum uterque regnauit, diuerſa tamen ſorte, ut ex ſequentibus patebit. Ingeburga Euphemiae filia Henrico Holſat. com. nupta. ab hac quartus Chriſtianus I. 3. regn. rex.

Mortuo Chriſtophoro rege, filio ducis Bauariae, anno Domini CIↃ CCCC XLVI. electus in regem conſilio domini Adolphi ducis Holſatiae, Chriſtiernus primus, eiuſdem ducis conſanguineus, qui ducta uxore Dorothea relicta Chriſtophori praeceſſoris ſui, quae peperit duos filios Iohannem & Fridericum & filiam unam, Margaretham nomine, quae regi Scotorum uxor facta, genuit Iacobum Chriſtianus I. eligitur. prioris regis uiduam duxit. Iacobus Scotiae R.

regem

in bello Anglico cadit. regem Scotiae, qui pugnans aduerſus Anglos, fertur in bello occubuiſſe. Huius Chriſtierni temporibus deficit Sueciae regnum a foedere trium regnorum, electo ſibi proprio rege Carolo Canuto marechalco regni, ſed maximo ſuo malo, a quo rurſum, ob reginae fidem non ſeruatam, defecerunt proceres regni, poſtulantes iterum regem Chriſtiernum, qui abſumto regni diademate, paucis annis regnauit in Suecia. Subrogatus igitur in locum Caroli Steno quidam Sture, qui iam non amplius regis ſed gubernatoris titulo ornaretur, ob Suecici populi perfidiam, adeo regibus inſidioſam, ut uix diu regium principatum absque rebellione ſuſtineat. Porro cum Chriſtiernus rex eſſet natura clemens & egregius pecuniarum contemtor, nec odii tenax; ſed quorundam calumniatorum falſis delationibus captus eſt archiepiſcopus Vpſalienſis, D. Iohannes Benedicti, uir nobiliſſimus atque multis ludibriis affectus, in Daniam etiam miſſus, ſed ſumma iniuria. Rex tum Chriſtiernus cognita calumniatorum malitia, a capite abſolutum archiepiſcopum in Sueciam magno cum honore remiſit, qui poſtea reſtitutus priſtino gradui, permanſit regis Chriſtierni regno & principatui fideliſſimus.

defectio Suecorum.

Carolus Canuti electus & deſtitutus

Streno Sture gubernator R. S.

Chriſtiani I. laus.

archiepiſcopus Vpſalenſis, captiuus & liberatus regi fidelis.

Huius Chriſtierni temporibus, anno Domini CIƆ CCCC LII. graui incendio ac depopulatione uaſtauit magnam Scaniae partem Carolus rex, Chriſtierni praeſidia ex reliqua parte Daniae prohibente glacie, mare Balthicum adeo replente, ut nusquam haberetur in Scaniam traiectus. Anno

Glacies prohibet regem arcere Suecos, Scaniae infeſtos.

Anno Domini CIↃ CCCC LXXVII. uiſus eſt Cometa magnus per totam Europam, quo anno uita functus eſt reuerendus archiepiſcopus Lundenſis, S. Theologiae Profeſſor D. Thuo Wibergenſis, cui ſucceſſit dominus Broſtroop, Chriſtierni regis cancellarius. Cometa magnus. Epiſcopus Lundenſis moritur.

A. D. CIↃ CCCC LXXIV. Chriſtiernus rex ueterum principum religione commotus Romam peregre profectus eſt, ſub pontificatu Sixti quarti, à quo idem rex impetrauit facultatem erigendi publicam academiam in ciuitate Haffnienſi. Romanum regis iter. academia Haffnienſis fundata.

A. D. CIↃ CCCC LXXVI. eiectis monachis ordinis diui Benedicti monaſterii Otthonienſis introducti ſunt ſeculares canonici. Vtriſque igitur de iure loci ac redituum certantibus, tandem poſt annos XIV. uictoribus monachis reſtitutum eſt monaſterium. De monaſterio Otthonienſi lis XIV. annos pendens.

A. D. CIↃ CCCC LXXVII. miſſi ſunt ad Erneſtum ducem Miſniae a rege Chriſtierno paranymphi, eiuſdem Erneſti filiam, Chriſtinam nomine, ſponſam ducturi D. Iohanni, electo regi Danorum, primogenito filio regis Chriſtierni. Iohannes primogenitus deſponſatur Erneſti Miſniae d. filiae.

Eodem anno ictum eſt foedus inter Danos & Suecos Calmariae, ſub gubernatore Stenonis Sture, quod multis annis magno utriusque regni bono durauit. Conuentio Calmarienſis.

A. D. CIↃ CCCC LXXVIII. celebratae ſunt nuptiae inter Iohannem regem & Chriſtinam Erneſti ſupradicti, in ciuitate Haffnienſi, praeſentibus ibidem multis principibus uiris. R. Iohannis nuptiae.

Eodem anno uenerunt ex colonia, incepturi nouam uniuerſitatem in ciuitate Haffnienſi Primi Profeſſores acad. Hafn.

nienſi, magiſter Petrus de Sectia, ſacrae Theologiae Baccalaureus, M. Petrus Alberti, Medicinarum Licenciatus, M. Tilemannus Slect, Gelderenſis de Ruremunda, legum Baccalaureus, qui proceſſu temporis promoti ſunt in Doctoratum, ſinguli in ſuis facultatibus.

Chriſtiani I. mors, laus & ſepultura.

A. D. CIƆ CCCC LXXXIV. Chriſtiernus Gothorum rex inter paſcha & pentecoſten cum iam regnaſſet annis XXXIII. diem clauſit extremam, fortitudine, armis & uictoria potens, maxima gloria ac magnificentia diues, fide uero ac religione pius, ſepultusque eſt Roſchildiae in ſacello quodam a ſe exſtructo & fundato atque ampliſſimis poſſeſſionibus dotato, quod ad auſtralem partem adheret basilicae ſancti Lucii martyris, cuius religioſus cultus & ornatus, ſacrae quoque reliquiae ex urbe Romana delatae, quae ibidem uiſuntur, teſtantur chriſtiani principis religioſam pietatem.

Iohannes eligitur.

Huic chriſtiano principi ſucceſſit in regno primogenitus eius Iohannes. A. D. CIƆ CCCC LXXXII. celebratus eſt ſolennis dominorum regum conuentus in ciuitate Calundeburgenſi, ubi fides caſtrenſis omnium regni caſtrorum reſignata fuit D. Iohanni, electo regi nondum coronato.

Feuda recognoſcunt uaſalli.

Eodem anno mortuus eſt reuerendus in Chriſto Pater, Dom. Iohannes epiſcopus Arhuſienſis, qui ut erat uir grauitate & autoritate clariſſ. ita erat Chriſtierno regi chariſſimus, ex archidiaconatu Arhuſienſi ad epiſcopum electus, cum ob inſignem probitatem, tum uero ob ſingularem doctrinam.

Iohannes epiſc. Arhuſienſis moritur.

Fuit

Fuit enim iuris utriusque doctiſſimus Licenciatus, & ante epiſcopatum ad concilium Baſilienſe miſſus legatus, una cum epiſcopo Ripenſi, nomine regis atque totius regni ſimulatque cum domino Nicolao Ragualdi archiepiſcopo Vpſalenſi. Legatus cum aliis ad concil. Baſileenſe.

A. D. CIↃ CCCC LXXXIII. iurata eſt publica fides atque obedientia eidem regi praeſtanda ab uniuerſis Daniae regni inquilinis, quibus uiciſſim ab eodem iuratum eſt. Hoc anno coronatus eſt in templo maiori ciuitatis Haffnienſis. Iohannes coronatur. homagium.

Eodem anno dominus Eylerus ex archidiaconatu electus ad epiſcopatum Arhuſienſem conſecratus eſt epiſcopus; ſed qui fauore principis ac populi deſtitutus erat, nullaque prudentia praeditus, coactus eſt, cum paucis annis eam adminiſtraſſet prouinciam, epiſcopatum reſignare domino Nicolao Clauſſön tunc canonico Roſchildenſi. D. Eylerus epiſc. Arhuſienſis reſignat Nicolao Clauſſön epiſcopatum.

A. D. CIↃ CCCC LXXXV. obiit reuerendus in Chriſto pater D. Olaus Martini epiſcopus Roſchildenſis, faſtu & pompa ignobilis, pietate uero & miſericordia nobiliſſimus, a cuius obitu ſucceſſiones ſemper fuerunt deteriores. D. Olai Martini Roſchildenſis epiſc. mors, laus & in ſucceſſores nota.

A. D. CIↃ CCCC LXXXVI. Chriſtiernus primogenitus regis Iohannis, cum adhuc puer eſſet V & VI. annorum, aſſumtus eſt in regem publico homagio in placito Wibergenſi. Iohannis filius Chriſtiernus ſexennis eligitur.

A. D. CIↃ CCCC LXXXVII. dominus Iuarus Axelſön pulſus eſt ui ex Gothlandia, ob ſuſpicionem proditionis, eo quod factus eſſet gener Caroli regis Sueciae, hoſtis totius regni, Gothlandia pulſo Iuaro Axelſön

Daniae aſſerta.

gni, reſtitutaque eſt inſula Gothlandia ditioni Danorum, quae uidebatur alioquin Suecorum regno reſignanda, maxima Danici regni iactura.

Dorothea Chriſtoph. Bau. & Chriſtiani I. uidua Romam proficiſcitur.

A. D. CIↃ CCCC LXXXVIII. regina Dorothea ſequuta mariti ſui pietatem profecta eſt Romam, magno comitatu nobilium uirorum, abitura etiam Hieroſolymam, niſi metus graſſantis belli obſtitiſſet. Tunc temporis erat Innocentius VIII. ſummus Romanorum pontifex.

A. D. CIↃ CCCC XCI. reſignauit Arhuſienſis D. Eylerus epiſcopus reuerendo dno Nicolao Clauſon, reſeruata ſibi ditione Silſcheborrgh.

Stenonis Sture ſaeuitia & mors.

A. D. CIↃ CCCC XCIII. Steno Sture gubernator regni Sueciae ex adminiſtratore tyrannus factus, coepit eccleſiaſticos ac nobiles regni quosdam rapinis, inſolitis *cenſibus* & exactionibus grauiter affligere. Hic paulo poſt prodigioſa morte calamitoſus obiit.

Dorotheae mors.

A. D. CIↃ CCCC XCIV. obiit regina Dorothea, iam anus facta, mulier inſigni prudentia, ſed ad rem nimis attenta. Sepulta eſt autem iuxta Chriſtiernum regem maritum ſuum, in ſacello trium regum ciuitatis Roſchildenſis.

Vicecancellarii peculatoris poena.

A. D. CIↃ CCCC XCIV. ſuſpendio periit ob furti & peculatus maxime ſuſpicionem quidam Andreas ſcriba, regis Iohannis uice-cancellarius, eidem regi antea ualde dilectus.

Suecia domita.

A. D. CIↃ CCCC XCVII. rex Iohannes aſſeruit Sueciae regnum a tyrannide D. Stenonis Sture, cum multis uictoriis, tum una inſigni,

ipſo

ipſo die beati Michaelis Archangeli, ac eodem anno triumpho uniuerſi regni die beatae uirginis Catharinae, in ciuitate Holmenſi, regni diademate eſt coronatus.

Eodem anno mortuus eſt reuerendus in Chriſto pater ac dominus Iohannes Broſtorp, archiepiſcopus Lundenſis, cui ſucceſſit archidiaconus Roſchildenſis, magiſter Birgerus, olim reginae Dorotheae cancellarius, homo ſimplex & obſcuris parentibus natus, uirtute tamen ac pietate nobilis ac inſignis. Broſtorpio ſuffectus Birgerus.

A. D. CIↃ CCCC XCVIII. reuerſus eſt ex Suecia illuſtris princeps Iohannes rex, rebus omnibus ex illius ſententia ordinatis ac diſpoſitis. reditus regis.

Eodem anno promotus eſt ad doctoratum in theologia magiſter Petrus de Scotia, per nobilem uirum doctorem Ericum decanum Haffnienſem, tunc uniuerſitatis uice-cancellarium, praeſente ibidem Chriſtierno, regis filio Iohannis primogenito. Petrus de Scotia doctor.

Eodem anno uita functus eſt uir nobilis ac magna prudentia reuerendus in Chriſto pater D. Nicolaus Glob epiſcopus Wibergenſis. Nicolai Glob ep. Wibergenſis mors.

A. D. CIↃ CCCC XCIX. quum magnus princeps Ruthenorum, miſſis legatis in Daniam poſtulaſſet filio ſuo uxorem, filiam illuſtriſſimi regis Iohannis Elizabetham nomine, remiſſi ſunt ad eundem principem ex Danis legati, magiſter Iohannes Andreae, deputatus epiſcopus Otthonienſis, doctor Andreas Chriſtierni Carmelita, & magiſter Andreas Glob, qui cum nomine regis Iohannis inter cetera negotia dicto principi feciſſent poſtu- Legatio mutua regis & Rutheni, poſtulantis filio ſuo regis filiam,

lati coniugii maximam ſpem, magno honore ſunt reuerſi.

cui praelatus marchio Brand. Ioachimus.

Eodem anno ipſa Elizabeth regis Iohannis filia deſponſata fuit D. Ioachimo marchioni Brandenburgenſi, . ſacri Romani perpetuo electori &c.

Friderici h. t. ducis Holſ. bina coniugia 1) cum marchionis ſorore c) cum Sophia Pomerana.

Eodem tempore eiusdem marchionis ſoror deſponſata fuit Friderico, duci Holſatiae, regis uterino fratri, qua defuncta, poſtea duxit uxorem filiam ducis Pomeraniae Sophiam nomine, in fuga regis Chriſtierni, Danorum reginam, Friderico iam rege electo & coronato.

Expeditio Dithmarſica funeſta. Friderici III. imp. donatio.

A. D. CIↃ IↃ. ipſo die Iulianae uirginis menſe Februario, inclytus Iohannes rex, eius nomine primus Dithmarſiam (qui comitatus eſt olim regibus Danorum a Friderico *III.* Romanorum rege ſemper Auguſto donatus) eſt ingreſſus, animo uindicandi dictum comitatum, qui ante aliquot annis libertatis auidus temere defecerat. Porro cum nec ſuperi nec fortuna duci faueret, a pauciſſimis militibus terraeque incolis exercitus Danorum fuſus eſt, adeo ut ſolus rex (qui in poſteriori agmine erat) cum paucis uix euaderet.

Nic. de Schafwe Roſchild. epiſcopi mors.

Hoc eodem anno mortuus eſt reuerendus pater Dominus Nicolaus Schafwe epiſcopus Roſchildenſis, uir praeclarus, ſanguine ac uirtute nobilis, miſericordia & clementia ornatiſſimus.

Defectio Suecorum poſt

A. D. CIↃ IↃ I. defecit Sueciae regnum ab illuſtriſſimo Danorum rege Iohanne primo ſub proditoribus Steno Sture & Suantone Nielſön,

ſön, quod paulo ante ab eodem rege armis aſſertum fuerat. 4. an. ſubiectionem.

A. D. cIↃ cccc xcvii. rege enim in Daniam conuerſo, relicta fuerat Chriſtina illius uxor illuſtris regina, in praeſidiis arcis Holmenſis, quae poſtea doloſe capta eſt. Regina capta.

A. D. cIↃ IↃ ii. conati ſunt etiam Norwegienſes quidam aduerſus regem Iohannem rebellare, cuius rebellionis autor dicebatur Canutus, Adolphi in Norwegia eques primarius, ſed ſimplici ingenio magis quam peruerſo, cuius ſimplicitate ad rebellionem abuſi ſunt Sueci quidam proceres. Adolphi eques a Suecis ſeductus rebellionis Norwegiae caput.

Eodem anno ipſo die xiii. martyrum menſis Iunii D. Paulus Laymann, eques auratus, atque Iohannis regis magiſter equitum per inſidias eſt interfectus, tanti ſceleris autoribus Elbone Strangeſön ac Berone Andreae, qui perfecto tam eiusmodi flagitio adeo ducebant glorioſum facinus, ut inter ſe decertarent, quisnam haberetur ſceleris autor. Nec in hodiernum usque diem ſequuta eſt tanti ſceleleris uindicta (nam haec ſcripta ſunt A. D. cIↃ IↃ xxv.) niſi quod uterque immatura morte periit. Pauli Laymani regni magiſtri mors inulta. Sicarii qui

Eodem anno uenit in Daniam a pontifice Romano miſſus legatus Danus quidam Doctor Hermannus, profeſſor ordinis diui Iohannis, monaſterio Otthonienſi praedicaturus, quam uocant cruciatam aduerſus Turcam, qui ſuis remiſſionibus & bullis, hoc eſt mera licentia, extinxit multam pietatem. Hanc enim cruciatam non perſuaſit pietas ſed auaritia. Catholici ſcriptoris ingenuum de cruciatis iudicium.

A. D. cIↃ IↃ vii. & deinceps acriter pugnatum belligeratum cum Suecis.

tum eſt terra, & mari inter regem Iohannem, gubernatorem Sueciae atque ciues Lubecenſes, rege ubique triumphante, uerum non ſine graui iactura ſuorum ciuium ac praecipue negotiatorum. Duces autem naualis belli erant famatiſſimi uiri Seuerinus Norbii, Ottho Ruth, Iohannes Holgeri atque horum ſimiles piratae, ad praedam atque piraticam uitam non minus natura quam arte inſtructi.

Rei naualis praefecti clariſſimi.

Alii piratae Iohannis regis, Pymming, Rubech, Puthors, Remerkat, Iohannes Coelis, Georgius Cocus, Andreas Maurus, Tyli, Gützel, Andreas Barton, Scotus. Hi omnes male perierunt, nec meliori fortuna fecerunt piraticam quidam ſub principatu regis Chriſtierni, de quorum numero erant magiſter Lambertus Ripenſis bombarda percuſſus, & Nicolaus Knyphoff ab Hamburgenſibus captus capiteque truncatus.

Minoris nominis alii.

A. D. CIↃ IↃ XII. mortuus eſt D. Iohannes Iacobi epiſcopus Roſchildenſis, cum paulo ante epiſcopatum reſignaſſet nobili uiri dno Lagoni Wrne, legum doctori. In epiſcopatu autem uixit idem Iohannes XII. pene annis, obiitque in magna omnium rerum inopia, adeo fuerat tota uita ſumtuoſus & inutilis.

Epiſcopi Roſchildenſes Iohannes Iacobi; Lago ab Vrne.

A. D. CIↃ IↃ XIII. cum Iuarus Munch celebraret ſuas primitias, non ita diu ordinatus eſt D. Lago Wrne, epiſcopus Roſchildenſis in eadem ciuitate Ripenſi, praeſentibus ibidem rege Iohanne & regina Chriſtina, multiſque regni epiſcopis, maximoque dominorum conuentu.

Iuarus a Munch initiatus. Lago Vrne conſecratus.

Eo-

Eodem anno mortem ſubiit peſte captus illuſtriſſimus princeps, Danorum rex, Iohannes, eius nominis primus, mortuus eſt autem in ciuitate Olburgenſi, quae eſt Aquilonaris Cimbriae, ubi natus erat. Hic fere xxxii. annis regnauit.

Iohannes rex peſte extinguitur.

A. D. cIↄ Iↄ xiv. deſponſata fuit Chriſtierno ſecundo regi Danorum ſoror Caroli quinti Caeſaris ſemper Auguſti, ac filia Philippi regis Hiſpanniae ducisque Burgundiae, uirgo uenuſtiſſima Iſabella.

R. Chriſtierni II. cum Iſabella Caroli V. ſorore ſponſalia. & nuptiae.

A. D. cIↄ Iↄ xv. menſe Auguſto poſtridie beati Tiburtii martyris nuptiae factae ſunt in Haffnia Saelandiae inter Chriſtiernum ſecundum Danorum Gothorumque regem, ac eandem Iſabellam, illuſtriſſimi regis Hiſpaniarum filiam, quae tunc (tota aeſtate magno deſiderio expectata) nauigio recenter uenerat, magno nobilium comitatu uirorum ac mulierum.

Eodem anno menſe Iulio obiit reuerendus pater, ſacrae Theologiae Doctor, magiſter Martinus Petri, Neſtwedenſis Carmelita.

A. D. cIↄ Iↄ xvii. miſſus eſt in Daniam a Leone x. pont. Max. dnus Angelus Arcimbaldus.

Leonis X. in Dan. legatus.

Eodem anno mortua eſt Columba, Chriſtierni regis concubina, cuius morte ab impiiſſimo principe quaeſita eſt anſa perdendi multos.

Regis concubina extincta.

Tunc etiam Forbernus Oxe iniuſte capite truncatus eſt; Canutus Petri exilio punitus.

Supplicia uariorum.

Eodem anno captus eſt epiſcopus Otthonienſis D. Iohannes Andreae in publicis comitiis Haffn. a Chriſtierno rege, cauſam re-

gis dicentibus iure-conſultis, doctore Amalongo, Germano & magiſtro Georgio Scotborrigh, Dano.

Arcimboldus papae legatus uix elapſus.

A. D. cIↃ IↃ XIX. reuerſo D. Iohanne Angelo Arcinbaldo in Daniam, poſitae ſunt inſidiae a rege Chriſtierno, quas cum reſciuiſſet idem Arcimbaldus, clam fugit in Sueciam, & inde ſoluens traiecit in Germaniam magno ſuo commodo.

A. D. cIↃ IↃ XIX. menſe Nouembri ipſo die Clementis papae & martyris mortuus eſt reuerendus in Chriſto pater ac dominus Birgerus, Dei gratia archiepiſcopus Lundenſis, plenus dierum. Hic Gunnaro pauperrimo editus parochiae Lindeberg Aquilonaris Hallandiae artus.

Carmelitarum conuentus Landscronenſis.

Eodem anno dominica Laetare celebratum eſt prouinciale capitulum ordinis carmelitarum in monaſterio Landiscronenſi, unde promoti erant ad nouum Haffnienſe collegium, iam recens exſtructum eiusdem prouinciae ſumtibus, a reuerendo uiro tunc magiſtro prouinciali ſacrae Theologiae doctore magiſtro Andrea Chriſtierni, eiusdem ordinis; ſimulque fratres aliquos de ordine Ciſtercienſi, qui erga Carmelitas fuerat multis annis bene affectus. Porro huius collegii primus regens factus eſt in eodem capitulo, frater Paulus Heliae Warbergenſis.

Petr. de Scotia m.

A. D. cIↃ IↃ XX. in profeſto feriarum diui Iacobi Haffniae mortuus eſt uir eximia probitate, adeoque longa uita digniſſimus magiſter Petrus de Scotia, ſacrae Theologiae Doctor. XLII. annis praefuit academiae Haffnienſi.

A. D.

A. D. CIↃ IↃ XXI. cum Chriſtiernus rex, eius nomine ſecundus, armato milite uniuerſum Sueciae regnum inſigni uictoria triumphaſſet, quae nec creditur abſque fauore numinis contigiſſe, ſi accepta uictoria uti potuiſſet, atque iam regni diademate eſſet inſignitus, coepit mox cogitare, quomodo uniuerſos Sueciae proceres uno ſupplicio perderet, quo deinceps ſolus tyrannidem occuparet. Tertio die a coronatione ad conuiuium uocatos comprehendi iuſſit, atque comprehenſos carceri mancipauit uiros ferme LXX. nobiles ac ciues, inter quos erant reuerendi in Chriſto patres D. Matthias & D. Wincentius epiſcopi, hic Scarenſis, ille Strengenenſis. Hos omnes poſtero die e carcere ductos in publico foro ciuitatis Holmenſis decollari fecit. Iuſſionis executores erant magiſter Theodoricus Weſtphalus & Georgius Haffmand inter milites gregarios carnifex & poenarum exactor. Suecia ſubacta, afflicta,

Eodem anno defecit ab illo uniuerſum Sueciae regnum. rebellans.

A. D. CIↃ IↃ XXII. menſe Ianuario pridie conuerſionis beati Pauli Apoſtoli, ultimo ſupplicio affectus eſt quidam magiſter Theodoricus Weſtphalus. Theod. Weſtphali ſupplicium.

Eodem anno coepit Chriſtiernus rex occaſionem quaerere aduerſus omnes regni proceres, ut uniuerſos, quiſdum *in Suecia fuerant*, una morte perderet, uniuerſaque illorum bona ſuo fiſco addiceret. Chriſtierni ſaeuitia, meditata,

Deinde triumphata Suecia, cum rediret in Daniam, declinauit ad monaſterium quoddam in abbatem & mona-

chos Ny- dallenſes, dam Ciſtercienſis ordinis Nydall nuncupatum, ubi crudeliter uinciri fecit ſacratum abbatem cum aliquot monachis ſacerdotibus, eadem hora, qua ab altari (peracto uenerando euchariſtiae myſterio) uenerant, quos ſtatim uinctos aquis praefocari, atque ſubmergi fecit, crudeliterque interfici absque culpa.

& Polonorum legatos erumpens. Hic tyrannus tantae erat perfidiae, etiam erga aliorum principum legatos, ut regis Poloniae legatum Holmis ad ſe miſſum, primum honorifice exciperet, magnisque muneribus donatum dimitteret, comprehenſum tum, poſtquam ablegauerat, una cum XXIV. uiris, quibus ſtipatus aduenerat, ſubmergi fecit, uiolata omni aequitate, a gentibus etiam obſeruata.

Cimbriae defectio. Interea dum publico rumore diſcunt aquilonares Iuti, Chriſtiernum regem ad Arhuſiam uenturum, cum grandi exercitu recens ex Germania uocato, atque praecedere illum bombardas, bombardicosque pulueres & globos, quibus erat de illis ſupplicium ſumturus, ſi ad ſua praeſidia confugiſſent: praeuenientes illum fecerunt & ipſi Wibergiae conuentum, ubi ualida conſpiratio facta eſt aduerſus intolerabilem Chriſtierni tyrannidem, creuitque quotidie conſpiratio, - - - - rex uero ſuis copiis diffiſus animo deſtitutus, quod eſſet ſibi mali conſcius, relicto in Fionia exercitu, ubi tunc erat, ad Haffniam eſt reuerſus, inde paraturus ſibi fugam, quam fuit iam diu meditatus.

Interim

Interim igitur eligitur nouus princeps ac rex illuſtriſſimus Holſatiae dux Fridericus, Chriſtierni regis patruus. Electio Friderici I.

A. D. CIϽ IϽ XXIII. uigeſima die Aprilis fugit ex hoc Daniae regno mala conſcientia & iuſto Dei iudicio condemnatus ac territus Chriſtiernus ſecundus eius nominis, rex Daniae, Sueciae & Norwegiae, una cum uxore & liberis, compilatis primo potioribus regni theſauris. Fuga Chriſt. II.

Eodem anno menſe Iunio in profeſto Barnabae apoſtoli obſeſſa eſt ciuitas Haffnienſis ab exercitu Friderici primi noui regis, cui erant iunctae Lubecenſium copiae. Hafnia obſeſſa.

A. D. CIϽ IϽ XXIV. menſe Auguſto, ſeptima die eiusdem menſis cum multo tempore Haffniae celebrata eſſent ſolemnia comitia omnium procerum totius regni Daniae, illuſtriſſimus princeps atque electus rex Daniae, Fridericus primus, regis diademate eſt ſolenniter inſignitus. Fridericus I. coronatus.

Eodem anno & menſe, ipſo die beati Laurentii martyris, corruptus eſt ſubitaneo morbo, apoplexia ſiue paralyſi, dominus Nicolaus Hog, eques auratus in aedibus ſ. Spiritus ciuitatis Haffnienſis, quo mox priuatus eſt loquendi poteſtate, ac membrorum uſu, deportatusque in ſtabulum, ubi diuerſabatur, poſt nonum diem a correptione defecit, ac mortuus eſt, homo eloquens mireque deſertus. Nicolaus Hög moritur.

Eodem anno menſe Auguſto ipſo die feriarum beati Bartholomaei, habitus eſt Malmogiae ſelennis dnorum conuentus inter re- Colloquium inter reges D. & S. Malmogiae.

gem Danorum Fridericum primum, ac D. Guſtauum Erici, electum regem Sueciae, pro confirmanda perpetua pace inter haec tria regna, quo fortius obſiſtere poſſent trium regnorum immaniſſimo hoſti, regi Chriſtierno, iam e regno profligato. In quo conuentu communi conſenſu ſtatutum eſt, ut Gotlandia inſula (de qua ſemper inter Danos & Suecos fuit controuerſia) eſſet ſub ditione regni Daniae, quae dum iam fuerat CII. annos & ultra, a temporibus Waldemari patris Margarethae, reginae trium regnorum.

Gotlandia Daniae aſſerta.

Eodem anno menſe Septembri, XXIV. die menſis periit naufragio magiſter Iohannes Mule, recens conſecratus epiſcopus Opslöenſis, non procul a monaſterio Weſterwich.

Ioh. Mule naufragium.

Eodem anno menſe Iunio, igne conſumta eſt maior ac potior pars ciuitatis Weyles, quae eſt Iutiae aquilonaris, irrumpente ſubito incendio ex domo cuiusdam ciuis Engelberti nomine ex incauta luminis cuſtodia.

incendium Weyle.

A. D. CIↃ IↃ XXV. cum Seuerinus Norby praefectus Gotlandiae adhuc militaret regi Chriſtierno, trium regnorum hoſti, nullo iudicio ſed ſumma deſperatione, emiſit aliquot naues ſub Ottone Stigoti (homine perfidiſſimo, multisque ſacrilegiis famoſo) inuaſurus neſcio quas Daniae partes nomine eiusdem Chriſtierni regis, famoſi tyranni. Cumque iam occupaſſent arcem Syllisburgenſem, ciuitatem Aaſenſem atque arcem illi uicinam, ſtatim obſeſſa eſt ciuitas Raſenſis ab exercitu Danorum, D. Tuchone Krabbe principe ac belli duce.

S. Norby partes tutatus Chriſt. II. & Otto Stigoti.

Eodem

Eodem anno, cum audiuiſſet Seuerinus Norby, rem iis, quos praemiſerat, ſucceſſiſſe, ſtatim ſubſequutus eſt magna nauium claſſe, ac ingenti militum copia uindicaturus ſub poteſtatem regis Chriſtierni totam Scaniam, ſi pro uoto fuiſſet belligeratum. Scania turbata.

Eodem anno XXVIII. die menſis Aprilis D. Tugo Krabbe Malmogiam ingreſſus cum ualida armatorum manu, in aperta ac patente planitie, non procul a porta Lundenſi cum Seuerini copiis congreſſus, ſtrauit ex iis tria millia & quingentos, caeteris in fugam uerſis atque ex militibus gregariis in captiuitatem ductis XXXVI. Erat autem tam atrox, tamque crudele bellum, ut fugientes in templis ac baſilicis comprehenſi trucidarentur. E bello igitur fugientes mox reuerſi ſunt ad Seuerinum Norby, qui tum ex oppido Landescronenſi, quod occupabat, aduerſus D. Tuconem rebellionem parabat, quem ſciebat uictorem factum, mox obſidione cincturum dictum oppidum Landiscronenſe; in hoc proelio primus omnium fugit Otto Stigoti ſceleris artifex. Hoc commune malum, odium uulgi contra proceres regnorum & principatuum, adeo infecerat totam Germaniam, ut initio facto ab Araualle eisdem ferme diebus uniuerſum pene uulgus Germaniae conſpiraret in perniciem omnium principum, ſatraparum, procerum & dominorum. Principes igitur Germaniae uidentes imminere nouiſſimam cladem, ni obſiſterent tantae uiolentiae, coacto grandi exercitu caeciderunt plus quam centum millia ruſticorum,

fugatus a Tygone Krabbe ad Malmogiam Norbyus.

Bella ruſtica eius temporis etiam in Germania.

rum,

rum, caeteris multatis maxima pecuniarum ſumma, oppreſſisque grauiſſima ſeruitute.

Sophia Frid. I. coniux coronata.

Eodem anno menſe Auguſto, ipſo die feriarum beati Hypoliti, cum eſſent in ciuitate Haffnienſi publica comitia, coronata eſt in Danorum reginam illuſtriſſima domina Sophia, Friderici primi Danorum regis uenuſtiſſima coniux, & filia ducis Pomeraniae, multorum uirorum nobilium maxima gratulatione.

A. D. CIↃ IↃ XXVI. menſe Februario XIX. die menſis, dum clauſit extremum uir ualde uenerabilis & ob id longa memoria dignus magiſter Andreas Früs, cantor Haffnienſis digniſſimus.

Reformatio Haffniae coepta.

Eodem anno menſe Iunio, cum ante biduum Haffniam intraſſet Fridericus rex, Chriſtierni ſecundi ſucceſſor & patruus una cum Magno Löge, equitum magiſtro, coepit Lutheranorum more feriis ſextis carnibus ueſci & ſub utraque ſpecie communicare.

Filia regis Alberto Pruſſiae d. data.

Eodem anno & menſe ipſo die decem millium martyrum, ſoluit e portu Haffnienſi, multo nobilium comitatu, filia Friderici regis, per mare Germanicum ad ducem Pruſſiae, cui iam nupſerat.

Paulns Eliae carmelita.

Eodem anno die beati Iohannis baptiſtae accerſitus fuit ad arcem Haffnienſem quidam frater Paulus Heliae carmelita, iuſſu regis Friderici primi per dominum Tuchonem Krabbe, ut ſuam in Lutheraniſmo publice praedicans ſententiam diceret, cui ob id promiſſus fuerat ſecurus commeatus, nec ullo modo laederetur uerbis aut factis. Attamen

ab

ab arce diſcedens tantis fuit affectus contumeliis & conuitiis, ut a caede ipſius uix ſit temperatum.

A. D. CIↃ IↃ XXVII. menſe auguſto habitus eſt ſolennis dominorum & magiſtratuum conuentus Regni, Otthoniae inſulae Fioniae, ubi aderat etiam Fridericus rex. In hoc conuentu nimis extortum eſt ius epiſcoporum, non tam principis, quam prophanorum procerum malitia, quod habebant ex iure eccleſiaſtico, ex legibus caeſareis, ex lege Danica, ex longa conſuetudine atque etiam ex priuilegio omnium principum chriſtianorum, in criminoſos nimirum, adulteros, inceſtos. **In comitiis Fionenſibus ius ademtum epiſcopis.**

Eodem anno defecit ab orthodoxorum eccleſia & ordine carmelitarum quidam frater Petrus Laurentii Neſtuedenſis lector, factusque eſt impudentiſſimus Lutheranae ſectator profeſſionis, ut erat ingenii peruerſi & peruicacis, qui aliquamdiu manens in monaſterio Aſſens eiusdem ordinis, diſperſis fratribus, diſſipatis atque compilatis monaſterii rebus, ac monaſterio arbitrio ciuium Lutheranorum tradito, tandem ad Malmogiam ſacrilegorum apoſtatarum ſpeluncam atque omnium haereticorum aſylum ſe transtulit, ibidem futurus proapiſta, qui noluit eſſe papiſta. **Petrus Laurentii ex papiſta Lutheranus.** **Auctoris in eum & Malgogienſes odium.**

A. D. CIↃ IↃ XXVIII. defecit ab eccleſiae auctoritate, tota pene Malmogia, ſub praedicatore quodam Nicolao Vaſculario. Hic mira regnandi libidine in illius ciuitatis populo negotiabatur, quod eſſet rerum alioquin no- **Malmogia reformata.** **Nicolaus Vaſcularius.**

uarum

uarum cupidiſſimus; cui eodem anno contigit ſocius Iohannes Sitularius de ordine Sancti Spiritus.

Iohannes Sitularius.

A. D. CIↃ IↃ XXIX. d. XXIX. Aprilis oppetiit mortem uir nobilis ac perpetua memoria dignus D. Lago Wrne epiſcopus Roſchildenſis; ab huius reuerendi obitu coepta eſt mox ruina eccleſiae Roſchildenſis. Huic ſucceſſit uir nobilis Ioachim Ronnow multis malis & uehementer iniquis conditionibus. Hic pontificatum ſuum ſex aureorum commercabatur, (cum olim a ſummo pontifice mille aureis redimi potuiſſet) a prophano rege &c. (Reliqua, quod forte paulo durius eſſent ſcripta omiſerat S.S. Stephanius.) Ita non ſublata fuit tyrannis, qua Romanus pontifex ſibi omnes totius orbis eccleſias ſubiecerat, ſed uerius commutata.

Lago Vrne epiſc. Roſc. moritur. Suc. Ioachimus Rönnow.

Eodem anno eisdemque diebus, cum Fridericus rex ſe totum Lutheraniſmo addixiſſet, tranſtulit ex Wiberga ciuitate Iutiae in Haffniam quendam Iohannem Fauſen ex ordine Hieroſolymitanorum.

Iohannes Tauſen Lutherus Daniae.

A. D. CIↃ IↃ XXX. In feſto uiſitationis Mariae, celebrata ſunt Haffniae ſolemnia comitia, ad quae uocati fuerant cum orthodoxis epiſcopis & presbyteris etiam concionatores Lutherani, hoc animo, vt ſub iudice uulgo res uniuerſa transigeretur, Lutheranis uictoribus.

Colloquium Haffnienſe pontificios inter & Luther. Confesſio auctoris.

A. D. CIↃ IↃ XXXI. tertio die natiuitatis domini, qui diuo Iohanni euangeliſtae ſacer eſt, Suermerii quidam Haffnienſes, incredibili furore ſaeuientes ac inſanientes inuaſerunt

Imagines Haffniae expugnatae.

ſerunt templum diuae uirginis, primum diuorum ſtatuas omnes deiecerunt, ac ſecuribus confringentes ſputis, colaphis ac blasphemis uocibus irriſerunt. Huius ſacrilegii autores erant Ambroſius conſul, Conradus Kichenſit, Andreas, faber argenteus, Wilhelmus Ronge, Iohannes Niger, Erasmus, piſtor, Theodigarius, nauclerus, Hermannus Rölling, Iacobus, figulus, Petrus argentarius. Tumultus auctores.

Poſtea uero cum ſic prophanatum eſt templum, mox clauſum eſt, adeoque ceſſarunt omnia ſacra, manſitque clauſum integro pene anno, ſcilicet usque ad diem - - - clauſum templum.

A. D. CIↃ IↃ XXXI. tunc enim aegre apertum eſt iuſſu ac conſenſu quorundam procerum regni, qui eisdem diebus agebant Haffniae. Sed neque alia cauſa ſublato electionis iure ui ac poteſtate intruſus erat D. Ioachimus Rönnow, tunc pro electo Roſchildenſi habitus, quam ut per illum tota Sielandia Lutheraniſmo adiungeretur. Hoc eodem anno Chriſtiernus rex magna nauium claſſe, atque coacto grandi exercitu ſoluit ex Hollandia, ac alto mari diu iactatus, multa etiam naufragia paſſus, tandem in Norwegiam circa feſtum Martini, deſperatorum aſylum, peruenit, ubi diu fluctuabat inter ſpem & metum, incertus quorſum tandem diuerteret, nihilque efficit. Papicolis reſtitutum. Ioach. Rönnow epiſc. Roſchild. Lutheraniſans. Chriſtiernus II. Norwegiam inuadens.

A. D. CIↃ IↃ XXXII. menſe Aprili celebrata ſunt Haffniae publica comitia, in quibus conſultandum erat de ratione exturbandi regem Chriſtiernum e regno Norwegiae, quod hoſtiliter inuaſerat. Inter- Captus dolo epiſ. Otthonienſis.

Canutus epiſc. Otthon. accuſatus ab auctore 1) proditionis in Deum. 2) in anteceſſorem. 3) regem.

Interea iuſto Dei iudicio, dolo captus eſt a Canuto quodam, electo Otthonienſi, qui denique tribus proditionibus horrendis euaſit infamis. Primum proditor Dei factus, cuius omnia ſacra (quae ſuſceperat tutanda ac conſeruanda) per apoſtaſiam haereticis tradidit prophananda. Deinde orthodoxi epiſcopi anteceſſoris ſui proditor, cui neque ſeruauit ſacroſanctum iuſiurandum, nec factae reſignationis ſignatas literas. Ac deinde regis Chriſtierni eſt proditor, cui etiam iurisiurandi pollicitatione ac ſignatis littoris liberam abnauigationem promiſerat, ſi de ineundo foedere deſperatum fuiſſet. Hoſti enim quamuis immani fides etiam ab ethnicis ſolet ſeruari, nedum a Chriſtianis.

D. Chunibertus Iacobi †

A. D. CIϽ IϽ XXXI. die beati Martini epiſcopi mortuus eſt longa aegritudine fatigatus uenerabilis praepoſitus Roſchildenſis D. Chunibertus Iacobi, quondam D. Chriſtinae reginae cancellarius; Hic tametſi uiuens a paucis eſt dilectus, poſt mortem tamen nihilominus a multis eſt deſideratus.

M. Laurentius Olaui.

A. D. CIϽ IϽ XXXII. obiit mortem, diuturno morbo uexatus uenerabilis magiſter Laurentius Olaui, canonicus Roſchildenſis, dominorum epiſcoporum cancellarius, nimirum D. Lagonis Wrne & D. Ioachimi Rönnow.

Mors Friderici I. D. R.

A. D. CIϽ IϽ XXXIII. mortuus eſt in hebdomada - - - - Fridericus primus Danorum rex, cum regnaſſet annis decem. Nam A. D. CIϽ IϽ XXIII. in fuga Chriſtierni regis ex duce Holſatiae eſt rex electus.

A. D.

A. D. CIↃ IↃ XXXIII. in feriis beatiſſimae Trinitatis, cum in Dania interregnum, mortuo ſcil. Friderico, comitia celebrata ſunt in ciuitate Haffnienſi, in quibus ab uniuerſo regni magiſtratu erat conſultandum de electione noui regis; quae quidem conſultatio in hoc delata eſt, ut tempore interregni priuatis magis quam publicis commodis ſeruiretur ac conſuleretur.

Interregni incommoda.

Tunc temporis Iohannes Tauſſen in ius uocatus conuictusque, ut fertur, atque exilio condemnatus. Sed cum diuertit ad magiſtrum equitum, D. Magnum Cöge, totius Lutheraniſmi propugnatorem in hoc regno, quo uocatus erat; illius interuentu, eiusque filiae Sophiae ab epiſcopo adamatae reſtitui meruit. Epiſcopus Ioachimus Roſchildenſis haereſi quam religioni addictior huc usque, patris ſcilicet & filiae importunitate uictus, non minus ſtulte quam temere contra decretum totius magiſtratus conſenſit, eundem Iohannem Tauſſanum eſſe in Haffniam remittendum. Eſtque mox remiſſus, cum uix XV. dies abfuiſſet.

Ioh. Thauſſen expulſus & reuocatus, ope. Magni Göe ſtatoris Lutheraniſmi. Cur epiſc. Roſchild. Tauſſanum reuocari paſſus ſit. zelum religionis uincit amor.

Eodem anno cum Lubecenſes inſoleſcerent, nimio rerum ſucceſſu iam facti hoſtes non tantum caeſaris, ſed totius chriſtiani orbis, coeperunt piraticam exercere in Hollandos ac uniuerſos caeſaris ſubditos. Caeſariani uero non ferentes publicos praedones liberum mare infeſtantes, emiſſa claſſe inſtructiſſimarum nauium iuſſerunt inquiri Lubecenſium naues atque de illis dignum ſumi ſupplicium: uerum Lubecenſes, uehementer

Lubecenſium inſolentia, quorum piratica infeſtat maria.

menter gauiſi, quod Caeſarianorum manus effugiſſent, uenientesque in proprium portum ibidem tota hyeme quieuerunt.

Epiſc. Roſchildenſis arcem Hafnienſem ſibi uendicantis, animus. Lutheraniſmum profesſi.

Eodem anno epiſcopus Roſchildenſis repertas in arce Hiortholmenſi literas ſuper iure, quod eccleſia Roſchildenſis habet ad arcem Haffnienſem, ueterem ſuam poſſeſſionem poſtulauit a dominis capituli Roſchildenſis &c. quod cum illi conſultiſſimi negarent, grauiter in quosdam eſt offenſus. Ab illo namque tempore coepit palam & Lutheranus & tyrannus fieri.

Pax cum caeſare inita.

A. D. CIↃ IↃ XXXIII. in feſto beati Martini celebri magiſtratus regni conuentu Otthoniae congregato, ac praeſentibus ibidem Caroli caeſaris nunciis, ictum eſt perpetuum foedus inter Danos & caeſarianos odio Lubecenſium, qui mira temeritate liberum mare infeſtantes piraticam exercebant in occidentales omnes caeſaris imperio ſubiectos.

illuſtrium quorundam mortes & cenſura.

Eodem anno mortui ſunt equites aurati duo, unus in Scania, D. Mauritius Iacobi, alter in Fionia, D. Iohannes Biornſſön decoctor magnarum & multarum poſſeſſionum, maxima liberorum inopia.

Eodem anno mortuus eſt in monaſterio Burglan Nicolaus Stygge, uir nobilis, plenus dicrum, mundo magis quam Deo diues, qui tota uita ſua unicam ſobrietatis uirtutem coluiſſe fertur, caeterarum uero egregius contemtor. Fuerat olim ex monacho Burglanenſi epiſcopus Burglanenſis factus, monachatu prorſus abdicato.

A. D.

A. D. ∞ I ɔ XXXIV. cum exorta eſſet grauis ſimultas inter Lubecenſes Lutheranos & occidentales orthodoxos, caeſaris imperio parentes, de iure nauigationum, a quibus Lubecenſibus contendebatur occidentales eſſe arcendos, atque ad certum nauium numerum cogendos, acceptis utrimque damnis. Hamburgenſes uero uidentes, imminere grauem calamitatem, impetrarunt a dna Maria, Caroli caeſaris ſorore, celebrari in ciuitate illorum ſolemnem conuentum inter eosdem, ſuper contractu ineundi foederis. Lubecenſes igitur multis technicis ac dolis obtinuerunt foedus IV. annorum, animo interim belligerandi aduerſus Holſatos, Danos & Suecos, etiamſi conuentum erat cum occidentalibus & caeſarianis, ne unquam foedus facerent cum Lubecenſibus, niſi Holſatis, Danis & Suecis ſub eodem foedere comprehenſis & concluſis.

Lubecenſium de nauigatione cum caeſareis controuerſiae ſopitae Hamburgi in IV. anno, excluſis Danis, Suecis, Holſatis.

Eodem anno obſederant graui exercitu, multorum principum ſymbolo coacto, urbem quandam Weſtphaliae, nomine Monaſterium epiſcopi monaſterienſis, quae rebellis facta inſania & impudentia omnium Suermerorum, & urbem uicerat: erant autem anabaptiſtae. Lubecenſes igitur, iam a caeſarianis tuti, coacto grandi exercitu, duce eiusdem comite Oldenburgenſi, ſtatim miſſis fecialibus ex inſperato denunciant bellum clariſſimo principi Chriſtiano duci Holſatiae circa feſtum aſcenſionis Domini, moxque Holſatiam ingreſſi uaſtant omnia, praecipue nobilium bona, ferro & igne.

Monaſterium Weſtphaliae captum.

Lubecenſes Holſatiam aggreſſi omnia uaſtant.

Malmogienſes ſeditioſi, Interea dum haec aguntur ancipiti ſpe incertaque uictoria, Malmogienſes ueteri perfidia inſignes nimioque rerum ſucceſſu elati, non tam Lubecenſium fauore ſeducti, quam nobilitatis extinguendae deſiderio flagrantes, grauiſſimam moliuntur perditionem aduerſus regni conſules & magiſtratus, uniuerſamque nobilitatem, Malmogienſibus alioquin addictiſſimam. Animaduertentes itaque Malmogienſes, nunc adeſſe opportunum tempus perficiendi, quae olim decreuerant, non ſolum ob interregnum, aut nobilium periculoſa diſſidia, uerum etiam ex imminenti bello Lubecenſium: ſubornant ſeditioſi ciues huius infamis perditionis infamem ducem ac principem, nimirum Georgium Cocum, Weſtphalum, fabrum monetarium, primarium ciuitatis conſulem, hominem furtis, uſuris, ſacrilegiis, peculatu, multisque adulteriis infamiſſimum.

ducem legunt fabrium monetarium.

Hic ex fece plebis collecto magno numero - - - - ſexta intra octauas Pentecoſtes, quae erat XXVIII. dies Maii, ſub horam diei nonam, dolo uocatum ad commune colloquium Magnum Gyldenſtiern, arcis Malmogienſis praefectum, mox captiuum tenuit, arce quoque per fraudem intercepta, continue eam arcis partem, quae urbem reſpiciebat, demoliri fecit ab ipſis etiam fundamentis, aliosque duos e magiſtratu regni nobiles uiros, D. Frugothum Gregorii, & D. Nicolaum Podebuſch ad ſe bona fide uenientes, nec quicquam mali ſuſpicantes captiuos fecit. Quosdam etiam nobilium liberos

Praefectus arcis captus,

& alii nobiles.

beros Malmogiam inſtituendi gratia miſſos, & iam a parentibus reuocatos, etiam tenuerunt captiuos.

Eodem anno ac ipſo die Pentecoſtes moritur uenerabilis quidam uir D. Simon, canonicus Roſchildenſis, plenus dierum, ſemper religioſus & probus. **D.Simon.**

Eodem anno comes de Oldenborrigh, nomine Chriſtophorus, regis Chriſtierni conſanguineus, ex Holſatia, quam inuaſerat Lubecenſium opera, Chriſtierni ducis armis pulſus, ipſo die decem millium martyrum uenit in portus Sielandiae, Lubecenſium nauibus transuectus, occupaturus, ſi pro uoto illi omnia ſucceſſiſſent, non tantum Sielandiam, ſed uniuerſam Daniam nomine regis Chriſtierni iam captiui. Cumque unam tantum noctem quieuiſſent, diluculo profecti beati Iohannis baptiſtae, terram aſcendentes, eodem die Roſchildiam peruenerunt, ubi mira alacritate uulgi iuratum eſt in nouum principatum, nullo ſanguine fuſo, ac pene nulla ui admota; In curia epiſcopi mira ſpoliandi libidine graſſatum eſt, atque in quoſdam clericos grauiter ſaeuitum, idque potius ſaeuitia militum, quam iuſſu principis, a quo minarum uiolentia ſic multis eſt intentata, ut nihil non impetrarent. Hic uidere licuiſſet, quanta ſit ignobilis uulgi inſania, quod nullo iudicio, nulloue conſilio praeceps ruit in omnem immanitatem. Nam ante finem tridui adeo defecerat uniuerſum Sielandiae uulgus a propriis dominis, ſic urgente ualida conſpiratione, **Pulſis Holſatia Lubecenſibus bellum in Sielandiam transfertur.**

tione, ut non ſolum incenderet ac ſpoliaret nobilium aedes, ſed etiam perderet ac captiuaret bonam nobilium partem, ſi licuiſſet.

Grauis auctoris in nobiles cenſura.

Erat enim iuſtum Dei iudicium, quod tunc nobilitati imminebat, nimirum crudelitatis, auaritiae, ſuperbiae ac haereſeos condigna poena. Nam debacchatio illa communisSuermeriorum adeo illorum ingeniis arridebat,ut ſolius cleri odio facti eſſent omnium ſacrorum Chriſtianae religionis impudentiſſimi contemtores; hoc nequiores, quod euangelii titulo & pietatis ſpecie fecerint omnia, cum eſſent alioquin ſceleratiſſimi. Erant ex Haffnienſibus multi (quam Suermerii) Chriſtierno regi addictiſſimi, quidam uero nobilitatis oſores grauiſſimi, ob negotiationes, quas exercebant ditiores maxime, omnium ciuitatum detrimento, ac perpetuo earundem murmure: ſiquidem nobilium negotiationes & tyrannis uidetur fuiſſe praecipua huius tragoediae cauſa; mercatus illorum erat ciuitatum maxima iactura, iuſtum uero eorundem erat ruſticis ut nouum onus ita intolerabile. Sicque factum eſt, ut auaritiae&quaeſtus cauſa ruerent in mutuam perditionem.

Dux belli comes Oldenburgenſis.

Porro cum praefectus comes de Oldiborrig unam tantum noctem Roſchildiae transegiſſet, exuſta ibidem curia epiſcopi, nomine Biſtrup, & incenſo caſtro Harildsborrigh, ad oppidum Kögen profectus eſt, quo

Koagium munitum

cum perueniſſet, ibidem caſtra metatus eſt, coepitque reparare ueteres munitiones pau-

lo

lo ante deſtructas, quo illic haberet tutiora praeſidia, ac liberiores excurſiones. Interea libere graſſatum eſt in aedes ac bona nobilium ac horum imprimis, qui aliqua ratione uel differebant, uel tergiuerſabantur iurare fidelitatem regi Chriſtierno. Huc ex omnibus Sialandiae partibus (ſeu potius angulis) confluebant nobiles ac eccleſiaſtici pretio redemturi ſuas aedes ab incendio, ac fidem promiſſuri regi Chriſtierno, noua & inſolita iurisiurandi forma, eaque dura & intolerabili, quandoquidem nemo *iurantium* fateri auſus eſt, quod & quomodo iurauerat. In Sialandia igitur nulla uictoria glorioſior fuit quam incendii & ſpolii, tametſi multa feliciter geſſit contra nobiles proditione ciuium ac ruſticorum. Huiusmodi namque armis expugnata fuit ferme tota Sialandiae nobilitas, a qua, ob imitationem tyrannidis regis Chriſtierni, populus ſemper meditabatur defectionem, adeoque tacitis uotis ambiebant regnum Chriſtierni regis, quod aut contineret nobiles in officio, aut prorſus extingueret. Et D. Ioachimus Rönnow, tunc pro electo epiſcopo Roſchildenſi habitus, iram Dei ob haereſin & impietatem contra ſe iuſte prouocauerat. Erat tamen uerſutiſſimus ac callidiſſimus, nec ulla re inſignis, niſi impoſtura, uiolentia, tyrannide ac auaritia, quare etiam omnium bonorum uirorum odia & inuidiam in ſe concitauerat, iuſto Dei iudicio, ab uniuerſa functione, & occupata uerius, quam legitime obtenta turpiter depoſitus

In nobiles ſaeuitum.

Coacti fidem iterum Chriſt. II. iurant.

Miſera in interregno rerum facies.

Rönnow epiſc. Roſchildenſis deiectus.

Os durum.

 ſitus

ſitus eſt, non ſuo tantum pudore, ſed etiam amicorum omnium, maximo quoque detrimento eccleſiae Roſchildenſis, quum in hac depoſitione multa eccleſiae bona cum deſtructa tum alienata ſunt.

Hafnia prodita. Eisdem diebus cum Haffnienſis ciuitas eſſet multis proditionibus infamis, fide nec ſeruata Deo, nec regni magiſtratibus, quum occultis conſiliis & clandeſtinis machinationibus idem molirentur Haffnienſes, quod perfidi Malmogienſes, ſimulabant ſeſe non facturos ciuitatis deditionem, donec regem Chriſtiernum carceribus exemtum uiderent portis Haffnienſibus reſtitui; uerum nondum exacto decem dierum ſpatio, tradita eſt ciuitas in poteſtatem comitis, nulla urgente neceſſitate, ſed mera perdendi libidine D. Iohannem Wrne, arcis Haffnienſis praefectum ac uniuerſos regni nobiles, quorum erant perfidiſſimi proditores, *futuri* etiam eorundem crudeliſſimi carnifices, ſi, quod ardentiſſimis uotis moliebantur, pro arbitrio ſucceſſiſſet. Nec alia potiore lege tradita eſt ciuitas, quam ut circumiacentem uiciniam Haffnienſium ciuitati perpetuo iure ſuſciperet occupandam.

ArxHafn. proditione capta. Seditionem igitur ciuitatis mox conſequuta eſt arcis deditio, militibus ac domino Iohanne Wrne perfidiſſime deficientibus, adeoque uiolentia ac proditione deditionem urgentibus, ut omnino prohiberi nequiret. Neque eo proelio ſine proditione aliqua fuit parta uictoria, adeo inualuerat eo ſeculo proditorum malitia. Scanienſibus interim tumul-

multuantibus ac rebellionem molientibus eligitur in epiſcopum Roſchildenſem Guſtauus Trolli, olim archiepiſcopus Vpſalienſis, homo leuis ac inconſtans, ac animi ferocis, minas & caedem ſpirantis in omnes, quibus ille male uolebat: ſed nondum accepta poſſeſſione deſtitutus eſt, ſupplantante illum praeceſſore ſuo, domino Ioachimo Rönnow, donatione decem millium Marcarum Danicarum. Nam bina uice emerat eccleſiam Roſchildenſem, ſemel a rege Friderico ſex Florenorum millibus, & nunc iterum a comite Chriſtophoro decem millibus Marcarum Danicarum. Guſtauus uero ſucceſſit in epiſcopatu Otthonienſi, turpiter fugiente Canuto Henrici, qui magnam occaſionem dederat huic bello, ob non ſeruatam fidem Chriſtierno regi, iam infelici captiuitate detento. Scanienſes uero, qui deſperabant diu expectata Suecorum auxilia & praeſidia, timentes ualidam contra ſe irruptionem, nec habentes fidem ciuibus Landischronienſibus, apud quos parauerant ſibi praeſidia, unde fuiſſent repugnaturi; tandem etiam ipſi iurisiurandi iuramento iunxerunt ſe regi Chriſtophoro, non ſine graui offenſa Guſtaui, Suecorum regis, a cuius etiam ſolenni foedere hac ratione diſceſſum eſt.

Guſtauus Tolle electus Roſchildenſis,

cui iterum epiſcopatum praemercatur I. Rönnow

Guſtauus Otthonienſem epiſcopatum accipit.

Scaniae deditio.

Eisdem diebus quum Fionia contempta obedientia defecerat ad partes comitis de Oldeborrig, Fioniam Holſati & Iuti, hanc defectionem grauiter ulciſcentes, non ſolum direptione facultatum ciuitatis Otthonienſis, uerum etiam interfectione crudeliſſima

Fionia uindicata,

amiſſa,

multorum ciuium eiuſdem; Verum non potentes uti uictoria, a uigilantiſſima comitis militia usque ad unum in oppido Nyborrigh aut capti ſunt aut interfecti, fugientibus paulo antea, quam erat congrediendum, dno Iohanne Rantzow & Petro Ebbonis, eiuſdem belli ducibus.

aſſerta.

Chriſt.III. electus.

Illuſtriſſimo interea Chriſtierno Holſatiae duce in regem a Iutis electo, mittuntur legati ad regem Sueciae, eidem perſuaſuri, ut Scaniam inuadat: qui mox coacto grandi exercitu, cepit oppidum Halmſtadenſem, non ſine graui iactura Suecorum. Moxque Wartbergenſe oppidum obſidione cingentes, oppugnant, ſed diu fruſtra, irritis ſemper Suecorum conatibus, qui tametſi erant uiribus ſuperiores, fortuna tamen erant longe inferiores, ſi rerum exitus prooemiis reſpondebant.

Sueci ſocii Scaniam tentant.

Tyge Krabbe aſſertor Scaniae.

Deinde eiectis Oldenburgenſium militibus ex Scania, prudenti quodam conſilio, cum ui coniuncto, ipſius dni Tügonis Krabbe, quibus ipſe Georgius Monetarius Malmogienſis praefuit, ex cuius conſilio & perfidia totum hoc bellum (ne dicam proditionem) ortum fuiſſe opinor, dnus Tyggo Malmogiam una cum nobilibus Scanienſibus & & exercitu Suecorum cinxit, nomine tamen eiecti regis Chriſtierni, cui dedita eſt ciuitas A. D. CIↃ IↃ XXXVI. in ſancta hebdomada.

Malmogia capta.

Hafnia fame domita.

Die Laurentii proximo electus rex Chriſtiernus cum magna pompa & militum exercitu in Haffniam intrauit, concordia inter regem & ducem Michelburgenſem & comi-

tem

tem Oldenburgenſem antea habita, ut illi regnum deſererent. Nam ciuitas Haffnienſis adeo calamitate oppreſſa fuit, & in ſummam paupertatem redacta, ut uix absque laeſione capitis & uitae interitu diutius illam occupare aut defendere poſſint. Fames quidem illos coegit cum electo rege Chriſtierno concordiam inire &c. comes Oldenb. expulſus.

Eodem anno CIↃ IↃ XXXVI. uidelicet, praenominatus rex Chriſtiernus omnes epiſcopos Danos, nec non Norwagos captiuari fecit, Sed Haffniae uero die Clarae uirginis poſt diem Laurentii capti ſunt hi epiſcopi, nimirum Forbernus Bilde, archielectus Lundenſis, Ioachimus Ronnow, electus Roſchildenſis, & Olaus Münch, electus Ripenſis, ductique ſunt in arcem per Gallen uan Lynden militum principem, rege praeſente. Epiſcopi in uincula conjecti.

Deinde dominica proxima poſt natiuitatis Mariae eodem anno captus eſt reuerendus epiſcopus dnus Aue Bilde Arhuſienſis, regis Iohannis defuncti, nec non regis Chriſtierni filii, olim cancellarius fuit, doctrina & excellenti uirtute praeditus, prudentia & conſiliis pollens, ductusque in arcem Draugsholm, poſtea ad Nyburgium, unde liberatus ſatis duris conditionibus, anno Domini CIↃ IↃ XXXVII. eſt, die Iouis poſt Dominicam Trinitatis. Oueni Bille epiſ. Arhuſienſis laus & captiuitas. liberatur.

A. D. CIↃ IↃ XLIV. facta eſt pax & confoederatio inter caeſaream maieſtatem, Carolum quintum & regem Chriſtiernum. Legati huius confoederationis ex rege emiſſi fuerunt dnus Andreas Bilde, dnus Iohann Rantzow, &c. Pax Carolum V. inter & Chriſt. III.

Eo-

Dithmarſia ſubiugata.

Eodem anno rex Chriſtiernus filius Friderici regis circa feſtum Olaui, hoſtili manu, & magna copia militum Dithmarſiam uiſitauit, in ipſo tamen curſu redacti ſunt in concordiam & gratiam certis quibusdam rationibus.

Bibliothecam Arhuſienſem auget Oue nus Bille,

A. D. CIↃ IↃ XXXXV. ſabbatho poſt Dionyſii haec patrum uolumina reuerendus in Chriſto pater, dnus Auo Bilde, dono dedit eccleſiae Arhuſianae; Primum opera Auguſtini VII. partibus, Hieronymi IV. partibus, Chryſoſtomi V. partibus, Ambroſii II. partibus, Hilarii I. parte, Tertulliani I. parte, praeſente dn̄o Iohanne Henrici, canonico ibidem.

quando do factus epiſcopus

Idem dnus epiſcopus Auo accepit epiſcopatum A. D. CIↃ IↃ XX. die Simonis & Iudae apoſtolorum & dominica Laetare immediate conſecratus eſt (ut uocant.)

Olaus Roſenkrantz.

A. D. CIↃ IↃ XLV. feria ſecunda poſt octauas omnium ſanctorum obiit nobilis uir ac eques auratus dnus Olauus Roſencranz in Walöe, qui etiam ſepultus fuit in profeſto Martini.

Trudo de Heſchebierg.

Eodem anno ante Martini obiit nobilis uir ac ſtrenuus miles, dnus Trudo Gregorii in Heſcheberg ualde miſere, quantumuis ditiſſimus auro fuit.

Aſpera & intenſa hyems.

Eodem anno incepit hyems ante natalia domini, atque continue tam acre & durum frigus ad dominicam Eſto Mihi fuit, adeo ut totum illud uaſtum mare inter Roſtochiam & Daniam, inter Fioniam & Sialandiam congelatum ſit, quod per glaciem alii cum Rheda,

da, alii pede, bobus & equis ambulare poſſint, & in illa ipſa hyeme laſtum hordei aut ſiliginis XL. Daleris uenundaretur &c.

Eodem anno CIↃ IↃ XLVI. parens totius religionis Doctor Martinus, qui multum in uinea laborabat, XVIII. Februarii diem ſuum finiuit Isleuiae in ducatu Mantzfeld inter ſecundam & tertiam ante ortum ſolis, praeſentibus doctore Iona, magiſtro Michaele Celio, concionatore ibidem, domino Alberto comite una cum comitiſſa uxore ſua. Natus fuit Isleuiae anno CIↃ CCCC LXXXIII. mortuus eſt CIↃ IↃ XLVI. XVIII. Februarii. Hoc dictum Luthero ſemper in ore fuit: **Lutheri mors.**

Viuens fui peſtis, mortuus ero mors tua, papa.

A. D. CIↃ IↃ XLVII. Obſeſſa fuit Wittenberga a Carolo imperatore, & eodem anno captus eſt Iohannes Frider. dux Saxoniae & Landgrauius a praenominato caeſare. **Dux Saxoniae & Landgrauius capti**

Eodem anno die Lunae poſt Martini obiit ſanctus homo Dei Doctor Iohannes - - - **Doctor Iohannes.**

A. D. CIↃ IↃ XLVIII. deſponſata fuit ſereniſſima filia Anna regis Chriſtierni, filii Friderici, Auguſto Saxoni Coldingiae circa carnis priuium, ni fallor. **Filia regis Auguſto Saxoni deſponſata.**

Eodem anno Fridericus praenominati regis Chriſtierni filius circa feſtum Iohannis baptiſtae cum nauibus & ſenatu regni profectus eſt in Norwegiam ad Oxeo, ubi in futurum regem elegi debebat; rediit altera naui negotio ſuo peracto & completo &c. **Fridericus R. filius a Norwagis electus.**

Eodem anno dominica ante Batulphi Doctor Olaus Chryſoſtomus & magiſter Franciſcus **Epiſcopi Lutherani.**

ciſcus impoſitionem manuum a Doctore Palladio in Superintendentes acceperunt. Ille ad Burglanenſem, hic uero ad Opſallenſem epiſcopatum.

Eodem anno die Viti & Modeſti obiit uir laude dignus magiſter Georgius Samſeing, cantor Arhuſienſis.

Nuptiae Annae Danae & Auguſti Sax. Torgauiae.

Eodem anno circa natiuitatis Mariae, profecta eſt regina Daniae Dorothea nomine in Misniam cum filia ſua Anna unice dilecta, deſponſata duci Auguſto, magno procerum exercitu concomitante ad ciuitatem Turgo, ubi nuptiae celebratae fuerunt.

Auguſti Sax. in Daniam aduentus.

A. D. CIƆ IƆ XLIX. d. XXVI. Iunii praenominatus dux Auguſtus cum uxore ſua in Daniam ad patrem ſuum regem Chriſtiernum profectus eſt, atque eodem die praeſcripto uenit in ciuitatem Haffnienſem: exceptus eſt primum circa Wernaa per Dn. Andream Bilde, Burgerum Trolle, conſiliarios regni, qui ſecum tres egregie inſtructas atque oneratas naues habuerunt. Deinde prope ciuitatem Haffnienſem cum magna pompa exceptus eſt, &c. in ciuitatemque ductus, &c. ac poſtea uenationem cum rege patre ſuo exercuit.

Eſcherus Bille †

A. D. CIƆ IƆ LII. undecimo die Februarii circa nonam ueſpertinam obiit nobilis ac generoſus uir dnus Eſcherus Bilde, magiſter curiae regni.

Mors Oueni Bille,

A. D. CIƆ IƆ LV. decimo die Aprilis obiit uir clariſſimus incredibili uirtute praeditus, omni memoria dignus, ad ueram & puram euangelii doctrinam in ſenectute conuerſus

dnus

dnus Auo Bilde, quondam epiſcopus Arhuſienſis. Diem clauſit in coenobio Syluano, ac ſepultus eſt apud parentes defunctos in Antuerskoff, praeſente rege Chriſtierno, eius nominis tertio, filio Friderici regis &c. Regis in eum amor.

NVM. III.

INCERTI AVTORIS

Ex uetuſto codice MSC. bibliothecae Hafn.

ANno Chriſti CIↃ CCXLI. I. calend. Aprilis obiit inclytae recordationis Waldemarus ſecundus, in coena domini, filiis ſuis matrimonio iunctis, & regni negotiis in bona pace compoſitis, qui prius ante mortem, anno Dni CIↃ CCXXXII. fecit Ericum filium ſuum coronari in regem per Offonem archiepiſcopum Lundenſem, in die Pentecoſtes. Ac Abel filium ſuum tertium conſtituit ducem Iutiae. Iſte illuſtriſſimus rex Ericus, uir ſanctus, ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, largiſſimusque omnium regum erat, & natus eſt anno dni CIↃ CC XVI. Cui pater eodem anno contulit ducatum Sliſuicenſem, de quo Erico plura nunc habentur alibi. Waldemari II. mors. Ericus rex coronatur & laudatur.

A. C. CIↃ CCXLV. orta eſt diſcordia inter regem Ericum & epiſcopum Nicolaum, qui eodem anno fugit in Norwegiam.

A. C. CIↃ CC LII. Henricus de Emmeltorp occupauit Möen, & omnia regalia lata ſunt til Möen, & Falſtria praeda magna facta eſt. Henricus de Emmeltorp rebellis.

A. C.

A. C. CIↃ LI. Canutus dux Laalandiae, filius Waldemari ſecundi, obiit Idibus Octobris, ſepultus Ringſtadiis, & cum ipſo iacet filius eius Ericus, dux Hallandiae, qui obiit CIↃ CCCIX. uerum poſt Ericum Abel regnauit, de quo alias. Et poſt hunc Chriſtophorus frater eius, qui conſecratus eſt Lundis ab epiſcopo Sleswicenſi Eſchillo A. C. CIↃ CCLII. Hic parum habuit de induſtria naturali & ideo ruſtici coeperunt inſoleſcere, deſtruentes fortalitia & munitiones pugnabantque contra eum. Item

Abel rex. Chriſtophorus R.

A. C. CIↃ CCLIII. ruſtici occiſi ſunt iuxta pontem Lethrae. Et rex Chriſtophorus caſtrum Suinborigh uicit & deſtruxit, & caſtrenſes eiusdem decapitauit. Eodem anno Henricus Emmeltorp, cum exercitu Sielandiam ueniens, Schielsköör occupauit; cui cum rex Chriſtophorus occurriſſet cum exercitu, a dicto Henrico fugatus eſt, & plurimi Dani capti ſunt, & Sielandia in magna parte depopulata. Rex Chriſtophorus oppidum Schielsköör obſedit, & dictum Henricum fugauit.

Seditiones ruſticorum. & Emmeltorpii.

A. C. CIↃ CCLVI. Haguinus rex Norwegiae fuit in Dania, & eodem anno Petrus Ebbonis obiit.

A. C. CIↃ CCLVI. Iacobus archiepiſcopus celebrauit concilium prouinciale apud Weyle & rex Chriſtophorus celebrauit concilium ſuum apud Nyborrigh.

Eodem anno erexerunt ſe ruſtici cum claua contra regem & nobiles.

A. C.

A.C. CIↃ CCLVIII. factum eſt concilium prouinciale apud Haffniam circa feſtum Martini, & eodem anno bellum fuit Toſtrup inter regem & ruſticos.

A. C. CIↃ CC LIX. captus eſt archiepiſcopus Iacobus, pro cauſa eccleſiae Danicae a Chriſtophoro rege. Et eodem anno Iarimarus princeps Rugianorum deuaſtauit Siellandiam in bona parte, & fecit magnam ſtragem ruſticorum iuxta Neſtued, & illud oppidum cepit procurante Petro Bang, epiſcopo Rueſchyldenſi, nepote eiusdem archiepiſcopi, & occiſa ſunt tria millia hominum forte ex parte Slauorum & forte Bondonum Gundonum. Et ſcribitur alibi, quod Chriſtophophorus rex a ſuis inuiſus regno eiicitur. **Miſera regni ſub Chriſtophoro facies.**

A. C. CIↃ CCLIX. captus eſt Iacobus archiepiſcopus in nocte Agathae beatae, in domo ſua uiolenter ab Henrico de Mechelborrigh Satellite, & a Nicolao praefecto Lundis, iuſſu regis Chriſtophori & Margarethae reginae pro cauſa eccleſiae Danicae, miſſus ſcilicet Borringholmb, & incarceratus in caſtro Hagenskow: ob quod fuit interdictum, quod pauci ſeruauerunt in dioeceſi Roſchildenſi & Lundenſi. In Iutia uero nulli; defuncto autem rege Chriſtophoro, aggrauatum & innouatum fuit interdictum ſuper Margaretham reginam & ſuos &c. **Iacobus Lundenſis captus.** **Fulmen papale in Dania mutum & brutum.**

A. C. CIↃ CC LXI. ſed euadente & fugiente archiepiſcopo, relaxatum eſt interdictum ab ipſo, niſi ſolum in locis, in quibus regina cum complicibus ſuis eſſet. Tandem A. C. CIↃ CCLXVI. uenit Guido cardinalis legatus pa- **Guidonis papae legati**

pae

interdictum aeque languens.

pae in Daniam, pro reformanda pace inter dominum regem & archiepiſcopum. Sed uidens ſe nihil proficere feſtinauit egredi, excommunicans regem ſcilicet Ericum, & matrem eius Margaretham cum multis aliis clericis & laicis ac religioſis fautoribus eorum, regemque ſuppoſuit interdicto, quod pauci ſeruauerunt. Canonici tamen Ripenſes & fratres minores totius Daniae per VIII. annos cum dimidio ſeruauerunt, reportantes ab eccleſia pro obſeruantia paruas huius gratias.

Christophorus moritur.

A. C. CIↃCCLIX. uaſtata eſt magna pars Syderiutiae circa Siliam a comitibus Holſatiae. Quo etiam anno Chriſtophorus rex obiit Ripis & ſepultus eſt, dum proditioſe occiſus. Secundum uero alios ueneno interiit.

Ordo ſanctae Clarae in Dania introductus.

Et eodem anno uenit ordo ſanctae Clarae in Daniam, ſic forte dotatus & fundatus per comitiſſam Ingertt, filiam Iacobi Sunnonis de Reynſteynn, quae fundauit nobile monaſterium Roſchildis & dotauit ſufficienter, adducens ſorores de Argentina, & ſepulta eſt apud fratres minores Roſchildis.

Ericus rex Chriſtoph. fil. †

Ericus filius Chriſtophori ſucceſſit ei in regnum, & coronatus eſt A. C. CIↃCCLX. & ſecundo anno poſtea fuit in Lohett, & poſtea dux de Brunſchwich fuit in Dania, & caſtrum Arnskoug deſtruitur.

Ingeborrig nupta Magno R. N.

Eodem anno coronatus eſt Magnus rex Norwegiae, qui duxit uxorem filiam beati regis Erici, filii Waldemari ſecundi, Ingeborrig nomine.

A. C.

A. C. CIↃ CC LXIII. obiit Haguinus rex Norwegiae, & regnauit Magnus filius regis pro eo.

Eodem anno combuſtae ſunt quatuor eccleſiae Lundis & magna pars ciuitatis die Pentecoſtes. Et

A. C. CIↃ CC LXVI. obiit Byrgerus dux Sueciae, pater Waldemari eiusdem & eodem anno uenit legatus in Daniam Guido cardinalis, & Andreas pincerna captus eſt.

A. C. CIↃ CC LXVII. regnum denuo ſuppoſitum eſt interdicto & renouatum & celebratum, & concilium a quatuor epiſcopis, ſcilicet Iacobo archiepiſcopo Lundenſi, Petro Roſchildenſi, Eigero Ripenſi, Bondone Sleswicenſi, in quo concilio excommunicati ſunt Tucho epiſcopus Arhuſienſis, Iohannes Burglanenſis, & plures alii praelati. Venerabilis autem archiepiſcopus Iacobus ob graues infirmitates fecit ſe abſolui a cura paſtorali & ingreſſus eſt ordinem fratrum minorum Lundis, apud quos tandem obiit A. C. CIↃ CC LXXIV. Iacobus Lundenſis Lerna malorum †

A. C. CIↃ CC LIII. ſoror Agnes ſe reddidit religioni, quae fuit filia Erici regis, & poſtea A. C. CIↃ CC LVI. Domicella Iuta religioni ſe reddidit.

A. C. CIↃ CC LXVIII. reaedificatur caſtrum Koldingae, & tempeſtas magna fuit die Benedicti.

A. C. CIↃ CC LXX. bellum fuit in Eſthonia, & Matthias dapifer corruit, & Andreas pincerna obiit.

A. C. CIↃ CC LXXII. obiit dux Ericus filius

 Abel,

Abell, & Ericus rex expugnauit ducatum Iutiae.

A. C. CIↃCCLXXIII. rex Ericus duxit uxorem filiam marchionis de Brandenburg, Agnetem nomine.

Concilium Lugdunenſe. A. C. CIↃCCLXXIV. celebratum eſt concilium generale ſub Gregorio X. Lugduni, & eodem anno moritur archiepiſcopus Iacobus, in reuerſione de exilio factus frater minor Lundis, apud quos requieſcit in choro ſub lampadis lapide. Et regina peperit Erico regi filium.

A.C. CIↃCCLXXV. Magnus dux Sueciae expulit fratrem ſuum regem Waldemarum de regno, fretus auxilio regis Daniae, & regnauit pro eo.

Eodem anno relaxatum eſt interdictum ſupra poſitum a Guidone legato. Et poſtea

A. C. CIↃCCLXXVI. rex Magnus Sueciae inuaſit Scaniam, & eodem anno Waldemarus rex Sueciae exulauit in Dania cum uxore & filio duobus annis. Et regina Agnes peperit ſecundum filium regi. Et ſeptimo anno Ericus rex Daniae fecit expeditionem bis in regnum Sueciae, ut reſtitueret dictum Waldemarum, ſed non praeualuit.

Ericus bis fruſtra Sueciam tentat,

tertio reſtituit Waldemarum S. R.

Sed A.C. CIↃCCLXXVIII. Ericus rex Daniae uaſtauit Weſtgothiam, & Waldemarus redit in Sueciam, & Domicellus Abel, filius Abel regis, obiit Suinborrig, & ſepultus fuerat ibidem apud fratres minores.

A. C. CIↃCCLXXX. obiit Magnus rex Norwegiae, & regnauit Ericus filius eius pro illo annos natus XIV. Et Ericus filius Erici regis

gis Daniae eligitur in regem uiuente patre.

Et peſtilentia magna pecorum fuit in Dania.

A. C. CIↃ CC LXXXII. commoti fuerunt omnes principes contra regem Daniae.

A. C. CIↃ CC LXXXIV. Schannör uaſtata eſt a Normannis & Waldemarus filius Erici ducis factus eſt dux Iutiae, qui anno ducatus ſui ſecundo captus eſt a rege Erico, cum dno Tüchone Appelgardt, & incarceratus; ſequenti anno, ſcilicet CIↃ CC LXXXVI. ad preces nobilium liberatus, conſpirare coepit cum Stigotho marriſcalco, Iacobo comite, Rannone camerario, Agone Cache, Offone Dyre, Iacobe Blaford, & aliquibus aliis nobilibus regni, numero duodecim, in mortem regis, qui & interfectus fuit clam, & iugulatus truculentiſſime per aliquos ab eis miſſos, in ſempiternum opprobrium Danorum in Nordiutia, in uilla Tinderup iuxta Vibergum, dum dormiret in lecto ſuo, in nocte ſanctae Caeciliae uirginis, **Conſpiratio in regem.**

Praedicto A. C. CIↃ CC LXXXVI. anno uero regni XXVII. ſepultusque eſt Wibergis in eccleſia cathedrali. Recepit autem (quod dictu audituque horrendum eſt) mortalia uulnera quinquaginta ſex, quorum fuit nullum infra pectus, praeter unum. **Ericus R. 56. uulneribus confectus.**

A. C. CIↃ CC LXXXVII. incenſum eſt clauſtrum fratrum praedicatorum Lundis, & magna pars uillae.

Ericus primogenitus Erici ſucceſſit patri in regnum. Nam etiam ante patris mortem dictus erat rex, quamuis illa electio confir- **Ericus Erici filius R.**

mata fuit & renouata ſequenti anno, ſcilicet CIↃ CC LXXXVII. in die Pentecoſtes in parlamento Nyborrigh, in quo interfectores patris rei iudicati ſunt, & proſcriptione damnati, ac pace priuati, nec non bona eorum fiſco regio adiudicata ſunt, qui fugientes ad regem Norwegiae Ericum collecti ſunt, quibus & conceſſit caſtrum Kongel, cui regi dicti profugi aſſignauerunt regnum Daniae, qui & ſe praeparauit cum magna multitudine nauium & copioſo exercitu bellatorum, & applicuit littoribus Daniae: ſed occurrentibus Danis bellum exhibentibus, fruſtratus rediit ad propria. Dicti autem profugi aedificauerunt & munierunt inſulam Hielm; anno uidelicet Domini CIↃ CC XC. de qua frequentes iuſultus fecerunt in partes Iutiae, ſed dno agente, cito de medio ſublati ſunt. Plura de iſto rege & aliis habes in ſequentibus.

Sicarii profugi tumultuantur & extinguuntur.

A. C. CIↃ CC LXXXVII. iuratum eſt in Dania a XXVI. nobilibus uiris, dominum Iacobum comitem Hallandiae, dominum Stygothum Mariſcalcum, dnum Nicolaum Hallendzfar, dnum Petrum Pors, aliosque multos illorum complices ueros eſſe Erici regis interfectores.

A. C. CIↃ CCXC. captus eſt Aluerus pirata & rota fractus, apud Helſingborrigh, & ſequenti anno Schielm dapifer interfectus eſt in praeſentia regis.

Regina uidua Gerardo

Sic Gerardus dux Holſatiae duxit Agnetem reginam, & anno 30. captus eſt Iohannes archiepiſcopus, & cum eo Iacobus praepoſitus

poſitus Lundenſis, dictus Lang, in Annuntiationis dominica & ſequenti anno clanculum euaſit de Siörborrig. Holſatiae nupta.

A. C. CIↃ CC XCII. congelatum eſt mare tanto rigore, ut equitari poterat de Opslo ad Iutiam.

A. C. CIↃ CC XCVIII. factae ſunt nuptiae regis Byrg, & reginae Margarethae in Stockholmb. Byrgeri S. regis in fratres ſcelus.

A. C. CIↃ CC XCIX. obiit Ericus rex Norwegiae filius Magni regis & ſucceſſit frater eius.

A. C. CIↃ CCC IV. facta eſt magna diſcordia inter Byrgerum regem Sueciae & illius fratres, ſcilicet Ericum I. & Waldemarum duces, quos poſtea dolo cepit nocte nudos in lectis ſuis, & mox poſito omni pudore in uincula coniecit, plagis ac uerberibus afflictos, ac fame interfecit: ob quod proceres & milites dictorum fratrum inſurrexerunt contra Byrgerum regem, & caſtris prius occupatis ipſum cum uxore & familia eiecerunt de regno, qui fugiens in Daniam, ibi mortuus A. C. CIↃ CCC XXI. & Ringſtadis ſepultus.

A.C. CIↃ CCC XIX. obiit Haguinus rex Norwegiae, & eodem anno electus eſt in regem Sueciae Magnus Schmech, Erici ducis filius apud Wexadam.

A. C. CIↃ CCC XXXII. interfecta eſt magna multitudo Alimannorum in eccleſia Lund.

A. C. CIↃ CCC XXXIV. Magnus rex Sueciae emit Scaniam pro LXX. millibus marcarum argenti puri a dominis Holſatiae, qui illam in pignus acceperunt a Chriſtophoro rege. Magnus S. R. Scaniam emit.

A. C. CIↃ CCC LIII. Magnus rex Sueciae creauit

uit in ducem Findlandiae & Hallandiae Benedictum Algothi.

A. C. CIↃCCCLVI. Ericus rex filius Magni regis obſedit caſtrum Waroborrig, fugato Benedicto duce, ſed anno CIↃCCCLIX. obiit Ericus rex filius Magni regis.

Waldemarus D. rex Scaniam intercipit.

A. C. CIↃCCCLX. Waldemarus rex dolo & fraude abuſus ſimplicitate Magni regis Sueciae iterum uindicauit Scaniam ex Suecorum poſſeſſione, exuſtis omnibus literis Magni regis ſuper Scaniam.

Gothlandia uindicata.

A. C. CIↃCCCLXI. Waldemarus rex Daniae occupauit Olandiam & Gothlandiam, priuatus eſt tamen eodem anno Olandia, Gothlandia retenta.

Cur a filio magnus R. S. captus.

A. C. CIↃCCCLXI. rex Magnus captus eſt Calmariae ab Haguino filio ſuo, quia paſſus eſt ſe decipi in amiſſione Scaniae tanti emptae a Suecis; proceribus regni Sueciae hoc agentibus, qui filium aduerſus patrem excitabant.

Margaretha Haguino nupta.

A. C. CIↃCCCLXII. Haguinus rex Norwegiae accepit in uxorem Margaretham filiam Waldemari regis.

A. C. CIↃCCCLXIII. Albertus filius ducis Magnopolenſis in Sueciae regem eligitur, in odium & deſtructionem regis Magni Smech & incredibili Suecorum damno & iactura.

A. C. CIↃCCCLXV. bellatum eſt apud Oſtenbroe inter Albertum & Magnum reges, ubi rex Magnus captus eſt, multis occiſis, & Haguino rege Norwegiae fugato, qui uolebat patri ſuo Magno regi eſſe praeſidio.

A. C. CIↃCCCLXXI. liberatus eſt a captiuitate

tate rex Magnus per Haguinum filium ſuum, qui Haguinus obſedit ciuitatem Holmen.

Eodem anno peperit regina Margaretha uxor Haguini regis Olaum, Norwegiae & Daniae regem.

A. C. CIↃ CCC LXXIV. obiit Magnus rex Smech in quodam ſtagno Norwegiae.

A. C. CIↃ CCC LXXX. obiit Haguinus rex Norwegiae, Magni regis filius.

A. C. CIↃ CCC LXXXVII. obiit Olaus rex, Margarethae filius.

A. C. CIↃ CCC CX. dni de Pruſſia occupauerunt ciuitatem Wysbi, expulſis ibi piratis.

A. C. CIↃ CCCCIII. Dnus Abraham Bröerſön & dnus Algothus Magni cum exercitu magno uenerunt in Gotlandiam circa feſtum Martini, ibique extruxerunt quinque munitiones fortiſſimas, quae eſſent illis praeſidiorum uice, obſederuntque ciuitatem Wisby.

Sed A. C. CIↃ CCCCIIII. magiſter Pruſſiae inſtructus magna militum copia & ingenti nauium claſſe ſuccurrebat ciuitati Wisby iam obſeſſae, ſubuertitque omnes munitiones, quas Dani & Sueci ſtruxerant, accepta interim magna populi ſui clade, ceciderunt namque multo plures de Prutenis, quam de Danis aut Suecis.

A. C. CIↃ CCCCV. fluit continua pluuia a feſto beati Olaui, usque ad feſtum natiuitatis Chriſti, putrefactaeque ſunt omnes fruges, tam agrorum quam pratorum, eratque hyems leuis & inſtabilis.

A. C. CIↃ CCCCVI. Dominus Thuricus cum duobus nobilibus de Dania profectus eſt in Angli- Nuptiae Erici D. R. cum

Philippa Angla. Angliam, ductūrus Erico regi in uxorem filiam regis Angliae Philippam nomine, celebrataeque ſunt nuptiae Lund, circa feſtum omnium ſanctorum.

A. C. CIƆ CCCC VII. paulo poſt feſtum Paſchae combuſta eſt ciuitas Stockholmb repente & totaliter.

Gothlandia redemta. A. C. CIƆ CCCC IX. Ericus rex cum Margaretha regina redemit Gothlandiam e manibus Pruſſiorum, pro x. millibus nobilium Anglicanorum, quam ipſi tamen Pruteni habebant impignoratam pro xx. nobilium.

Wysbyenſis arx exſtructa. A. C. CIƆ CCCC X. Ericus rex Gothlandiam ueniens aedificauit fortiſſimam arcem circa ciuitatem Wisby, cum antea fuerit ibidem nulla arx extructa. Hic plurimas nobilium uxores immodica raptus libidine uiolauit.

NVM. IV.

INCERTI AVCTORIS.

Ex eodem codice.

Ericus Chriſtophori fil. R. D. ANno Domini CIƆ CC X. Ericus filius Chriſtophori regis ſucceſſit patri in regno. Hic decimas eccleſiarum tulit, nullam fecit iuſtitiam, monaſteria per equos ſuos & canes depauperauit, totusque lubricus uxores nobilium uiolauit. Propterea diuino iudicio comites Holſatiae & Iarimarus, princeps Rugiae, regno plura damna intulerunt.

A. D. CIƆ CC LX. Ericus filius Abel factus eſt dux Iutiae, mortuo fratre Waldemaro, & Olauus

Olauus epiſcopus Burglanenſis occiditur in eccleſia ſua per quendam militem Iohannem Glob.

A. D. CIↃ CC LXI. factum eſt bellum in Lohett inter regem & ducem Ericum, in profeſto S. Olaui. Et cecidit nobilitas Danorum ex parte regis propter proditionem Petri Findzön, qui principalis fuit in exercitu regis, captusque eſt rex cum matre ſua regina Margaretha Speregheſt, & Nicolaus, epiſcopus Sleswicenſis, & multi alii; & plures occiſi ſunt in illo bello. Praelium in Lohett.

A. D. CIↃ CC LXII. ſed ſequenti anno regina Margaretha liberata eſt, quae ſtatim per Matthiam Floſtorp capi fecit Petrum Findzen, & altiſſime ſuſpendi ante caſtrum Nyborrigh. Proditor in crucem actus.

A. D. CIↃ CC LXIV. liberatus eſt rex ea conditione, ut Agnetam filiam Alberti marchionis uirginem pulcherrimam in uxorem reciperet ſine dote.

Anno regni eius VII. Guido cardinalis fuit in Dania, de quo alias.

Anno regni eius IX. aedificatum eſt caſtrum Colding. Et poſt haec obiit dux Iutiae Ericus. Rex autem Ericus pro paruulis ducis adminiſtrationem ſuſcipere uolens arces & domus coepit occupare, quod etiam comites Holſatiae attentarunt, ob quod bellum inter eos oritur.

Anno eius XVI. celebratum eſt concilium generale Lugduni per Gregorium papam X. ubi fortaſſis reconciliatus eſt rex Ericus cum archiepiſcopo Iacobo. Concilium Lugdunenſe.

Eodem anno, ſcilicet CIↃ CC LXXIV. mortuus

tuus eſt in reuerſione de exilio Iacobus Archiepiſcopus, cui ſucceſſit Erlandus.

Noruagi caeſi.

A. D. CIↃ CC LXXVII. bellum fuit acerrimum inter Danos & Noricos in Schanöer, & praeualuerunt Dani, & ceciderunt de Noricis ultra V. millia.

A. D. CIↃ CC LXXXIII. Waldemarus filius Erici ducis factus eſt dux Iutiae.

Mors regis tragica.

A. D. CIↃ CC LXXXVI. ducatus ſui ſecundo captus eſt cum dno Tuchone Appfelgardt per regem & incarceratus, ſed ſequenti anno ad preces nobilium liberatus conſpirare coepit cum aliquibus regni nobilibus in mortem regis, qui & interfectus fuit per aliquot clam ab iis miſſos, iuxta Wibergum, cum dormiret in lecto ſuo, clam in nocte ſanctae Caeciliae; anno uero regni ſui XXVI, ſepultusque Wibergis in eccleſia cathedrali. Accepit autem uulnera mortalia LVI. quorum fuit nullum infra pectus, praeter unum. Reliquit autem tres filios, Ericum, qui fuit rex deſignatus ante mortem patris, Chriſtophorum & Waldemarum, qui mortuus fuit apud marchionem auunculum ſuum.

NVM. V.

INCERTI AVTORIS

Ex eodem codice.

ANno Domini CIↃ CC XCV. rex Ericus reſignauit Erico duci Laalandiae omnia bona in regno Daniae ſita ad dominam Sophiam uxorem dicti Erici, ex ſucceſſione ſororum ſuarum Iuttae uel Agnetis iure haeredi-

reditario deuoluta, ergo prius erat uxoratus.

Sub hoc rege mortuus eſt Erlandus archiepiſcopus & ſucceſſit illi Fragothus, & ſedit annis VI. & quinto pontificatus ſuo anno, prouinciam ſuam uiſitauit, & celebrauit concilium Weyle. Hic primus inter archiepiſcopos conſecratus eſt a papa. Eccleſia ſua ad - - florenorum taxata fuit. Anteceſſores autem ſui a ſuffragiis intra prouinciam conſecrationem ceperunt; & poſtea ſucceſſit Iohannes Droſs, qui ſedit annis x, & relictus eſt Iohannes Grund, de quo alias. Concilium Weyle.

A. D. CIↃCCLXVIII. magna ſiccitas fuit in Dania ab annunciatione beatae uirginis, usque ad feſtum Botulphi, quoniam non pluit & tamen fuit fertilitas, & rex Daniae & Sueciae occurrerunt apud Faureuall.

A. D. CIↃCCLXXII. marchio duxit uxorem ſororem regis Daniae.

A. D. CIↃCCLXXIV. Ericus filius Chriſtophori duxit Agnetam filiam marchionis, & eodem anno magna fames fuit.

A. D. CIↃCCLXXVII. Magnus dux Sueciae factus eſt rex, qui Scaniam ſibi ſubdere uolens, tres de ea prouincias incendit & ſpoliauit, ſed dapifero Vffone ſuperueniente repulſus eſt.

A. D. CIↃCCLXXXIX. Ericus filius Erici coronatus Lundis per Iohannem archiepiſcopum in die natalis domini.

A. D. CIↃCCXC. bellum fuit in Schielskör, ubi Petrus a duce Waldemaro capitur, & rex Norwegiae Daniam infeſtat, & multi ſuorum

rum occiduntur in Strupſtedt & Schanör.

Ericus pius.

A. D. CIↃCCLXXXVIII. Ericus primogenitus Erici regis, cognomento pius, ſucceſſit patri in regnum & Chriſtophorus frater eius factus eſt düx Hallandiae; & quia multum iuuenis erat, dux Iutiae Waldemarus habens fautores pleroſque regni nobiles, iuueni inſidiabatur, ſed regina Agnes mater regis prudenter ſe gerens, ac aliqui nobiles, quorum corda tetigerat Deus, conſtanter pro rege ſtabant, propter quod dictus dux, habens ſecum potiores regni, occurrit reginae in Schielschöer, tanquam de bono ſtatu regni cum ea tractaturus, ſed pugna ibi orta inter homines reginae & ducis, dux cepit reginam, quae infra paucos dies per ſubtilitatem manus ducis euaſit.

Sicarii qui.

Anno autem ſecundo regni Erici Iacobus comes Hallandiae, Stigothus Anderſön & Martinus - -

A. D. CIↃCCLXXXIX. Rano atque Ago Kaehe, & Vffo Dyre, Iacobus Blaaförd & aliqui ſolenniſſimi Dani milites & armigeri in parlamento Nyborrigh rei iudicati ſunt pro morte regis, & pace priuati ſunt, & bona eorüm fiſco regio adiudicata, qui fugientes per regem Norwegiae Ericum collecti ſunt, quibüs & conceſſit Konge Elff, ac ſequente anno cum eis uenit uerſus Aleborg cum maximo exercitu nauali, ſperans ſibi terram ſubiügandam, ſed occurrentibus indigenis ac bellum ei exhibentibus, ad propria eſt reuerſus.

eos recipit rex Norwegiae.

Idem

Idem rex Norwegiae obſedit Haffniam, forte eodem tempore, ſed fruſtratus receſſit.

A. D. CIↃ CC XC. dicti profugi muniuerunt inſulam Hielm, de qua frequentes inſultus fecerunt in partes Iutiae ac in naues per mare transeuntes: ſed Deo agente cito de medio ſublati fuerunt, aliqui naturaliter mortui, aliqui rotati ac decapitati.

A. D. CIↃ CC LXXXVIII. regni 30. coronatus fuit Lund in die natalis Domini, quemadmodum caſtus & iuſtus & pacis amator malos puniuit & bonos dilexit; quamuis multos graues aemulos haberet, ut Waldemarum ducem Iutiae, & Ericum Langben fratrem eius ducem Laalandiae, nec non & proprium Germanum Chriſtophorum ducem Hallandiae, & multas inſidias ſibi frequenter fecerunt: tamen in omnibus protexit eum Deus. **Regis laus & aemuli.**

A. D. CIↃ CCC X. iſte Ericus Langebeen duxit filiam Domini Nicolai de Sclauis, ſororiam Sophiam domini regis Dan.

Hic in iuuentute ſua Sclauiam potenter deuaſtauit incendiis & rapinis, cepitque ciuitatem Roſtoch, & multas ciuitates & munitiones circumquaque, aedificauit turrim fortiſſimam in Wernemyndo, ubi poſtea fecit marchionem militem cum maxima ſolennitate, humiliauit ciuitatem Sunderfin, multaque alia fecit, propter quae in multis regnis famoſiſſimus erat. Hic duxit ſororem Byrgeri regis Sueciae Ingeborrigh in uxorem, qui & uice uerſa habuit ſororem Erici regis uxorem Margaretham, propter quam affinitatem **Ericus Langebeen dux Laalandiae Wernemundae marchionem inueſtit. Fratrum in Suecia furiae.**

tatem magnas expenſas poſtea rex Ericus fecit. Nam dictus Byrgerus rex cum uxore ſua per Germanos ſuos Ericum & Waldemarum duces captus eſt, & in turri poſitus fuit, qui poſtea manus eorum euadens, in Daniam ad Ericum regem confugit.

Tertia demum expeditione fratrum iras componit Ericus D. R.

A.D cIↃ CCC XVII. Ericus bis exercitum ad ſupradictos duces miſit in Sueciam: ſed propter falſitatem Danorum nihil ad intentum iuſtum factum fuit. Tertia autem uice perſonaliter uenit in Sueciam cum CCM & D. dextrariis. Erat numerus totius equeſtris exercitus LX. equitum millia. Statim autem dicti duces a facie eius fugerunt ad caſtra ſua maritima, parati ulterius fugere, extra regnum, ſi eos inſequutus fuiſſet. Tranſiuit igitur pacifice per Smalandiam & Oſtgothiam, nullo praeſumente reſiſtere, intrauitque ſuperiorem Sueciam, ac potenter obſedit caſtrum Nykiöping, adeo illud machinis impugnauit, ut ab intus manentibus defendi non poſſet. Cumque ad eum exire uellent & caſtrum reſignare, ecce quidam Dani potiores, occulte corrupti promiſſionibus dictorum ducum, exercitum regis demiſerunt, atque regem uerbis grauiter inuadentes ab eo cum maiore parte exercitus receſſerunt, in tantum, ut ibi uel captus uel peremtus fuiſſet, niſi extraneos teutonicos ſecum habuiſſet, qui ſecum fideliter permanſerunt. Coactus igitur redire dictos proditores poſt reditum ſuum in Daniam iuſte uita priuauit. Cum autem eſſet in redeundo, praemiſſis legatis: occurrit ei alter dictorum ducum Ericus, ſicque

quorundam Danorum perfidia.

Teutonum in regem fides.

ſicque cum eo placitauit, ut rex Byrgerus tertiam partem regni Sueciae meliorem pacifice poſſideret. Cum autem dictus rex Byrgerus in parte ſibi aſſignata maneret, intellexit, quod dicti duces iterum in malitia ſua machinarentur, ſed aſtute proueniens eos ad ſe inuitatos cepit. Sicut ipſum prius ceperant proditioſe, ac poſuit in turri in caſtro Nykiöbing, ubi ipſum prius captum poſuerant, ibique fame miſerabiliter mortui ſunt. Qui autem prædictis ducibus zelabant, occulte exercitum cumulabant, atque ſubito ſuperuenientes regem Byrgerum de terra fugarunt cum uxore & quibusdam liberis. Veniens igitur in Daniam ibi mortuus eſt, & cum regibus Ringſtadiae ſepultus.

Fratres fame enecat Byrgerus S.

& ab illorum ſecta regno pellitur.

A. D. CIↃCCLXXXVIII. Schleswig periit igni proprio.

A. D. CIↃCCXC. Alff Elffningſön rotatur Henſinburgh.

Et eodem anno mortuus eſt rex Sueciae Magnus.

A. D. CIↃCCCII. Waldemarus filius regis obiit & Domicellus Waldemarus frater regis obiit Roſtoch, ſepultus Soræ.

A. D. CIↃCCCIV. ſolenne parlamentum fuit in Kneruö, ubi reges & reginæ, Daniae & Sueciae conuenerunt, & Agnes quondam regina Daniae. Et eodem anno obiit Ericus, dux Hallandiae, filius Canuti ducis Hallandiae filii Waldemari II.

A. D. CIↃCCCVI. rex Sueciae captus eſt cum regina & liberis a fratribus.

A. D. CIↃCCCXXIII. hyems ſaeuiſſima in

Martio fuit, quod mare equitauerint.

A. D. CIↃ CCC XIV. uel V. Rano Ionſſen rotatus eſt.

A. D. CIↃ CCC XII. Helſingöer incenditur & Schanöer cum caſtro & quibusdam inſulis & ciuitatibus ſtagnalibus. Eodem anno rex Ericus fecit multos ruſticos ſuſpendi circa Haffniam, & Waldemarus dux Sleswicenſis obiit, & Agnes filia ducis Chriſtophori obiit & ſepelitur Sorae.

A. D. CIↃ CCC XIV. ruſtici Sialandiae ſuſpendio interierunt, & multi proceres decollati, & multi proſcripti per Ericum regem, inſidiantes &c.

A. D. CIↃ CCC XVI. Bondones Noriutiae ſuccubuerunt in bello, extincto Nicolao Dapifero.

A. D. CIↃ CCC XIX. obiit Ingeborg uxor eius, & ſepulta eſt Ringſtadiae apud fratrem regem Byrgerum, & cum eo iacet uxor ſua Margaretha, filia regis Erici & Agnetis praedictorum.

A. D. CIↃ CC XCV. rex habiturus bellum taliauit monaſteria & ciuitates grauiter.

A. D. CIↃ CC XCVII. facta eſt magna diſcordia inter regem & fratrem eius, quod patuit in expeditione facta in Calindborg, circa feſtum natiuitatis Mariae.

A. D. CIↃ CC XLII. Ericus dux Lallandiae interfecit dapiferum Schielm Eodem anno exules regni ſpoliauerunt Holbeck & combuſſerunt. Et eodem anno fuerunt duo parlamenta, ſcilicet regum & archiepiſcopi, in quo commorati ſunt praelati & alii multi.

A. D.

A. D. cIↄ cc xcII. parlamentum ordinatum Wattherhö, in quo congregati fuerunt reges, ſcilicet Daniae & Norwegiae cum multis nauibus & exulibus.

A. D. cIↄ ccc xII. Waldemarus dux Schleswig obiit.

A. D. cIↄ ccc xvIII. rex Ericus iterum miſit ſororium ſuum, Domicellum Magnum, filium dicti Byrgeri regis in Sueciam cum exercitu ad pugnandum, qui dum Weſtgothiam intrauiſſet, occurrentes ſibi in bello trucidabant, atque uenientes in Oſtgothiam intraſſent caſtrum Steckeborrigh: populus autem profanus illius regni ſuperueniens caſtrum obſedit ac oppugnauit, ut intus manentibus nulla euaſio eſſet, propter quod dictus Domicellus pro liberatione Danorum, qui ſecum erant, Suecis ſe ipſum tradidit, ea conditione, vt non laederetur uel in uita uel in membris; ſuper quo iurabant omnes nobiles illius regni, facientes ſuper hoc publicum inſtrumentum ſub ſigillis ſuis. Sed mortuo Erico rege Danorum, quem plurimum metuebant, perfidiſſimi & periurii dictum Domicellum, cui homagiati fuerant, dum pater ſuus in regno potens erat, tanquam hoſtem regni & inuaſorem publice iudicantes decollabant, qui ſepultus eſt cum auo ſuo, rege Magno, Stockholmb in eccleſia fratrum minorum. Magnus Erici D. R. auxilio fruſtra Sueciam tentat. captus & mortuo Erico D. R. perfide obtruncatus.

A. D. cIↄ cc xcIv. Ericus rex Daniae capi fecit per Chriſtophorum, ducem Sams & Hallandiae, Iohannem Grand archiepiſcopum in propria curia Lundenſi, & poſuit eum in ca- Chriſtophorus D. Hallandiae & Ioh.

Grand archiepiſc. Lundenſis capti. Fulmen Vaticanum in Dania ſpretum.

ſtro Söeborrig. Sed ſequenti anno occulte euaſit, altero die Luciae, & iuit ad curiam, contra regem conqueſturus.

A. D. cIↄ cc xcix. Nuncius papae Iſarnus in Daniam ueniens poſuit interdictum ſuper regnum a parte papae & excommunicauit regem, quod durauit ad annos v. quod a paucis ſeruabatur.

A. D. cIↄ ccc III. Idem nuncius rediens regnum ab interdicto & regem ab excommunicatione abſoluit, qui poſtea factus eſt archiepiſcopus Lundenſis, Iohanne Grand translato ad ſedem Rigenſem.

A. D. cIↄ ccc x. Iohannes Grand factus eſt archiepiſcopus Bremenſis, & Iſernus translatus eſt ad archiepiſcopatum Halleni - - - qui ſedit ſeptem annis. Et Esgerus Iul, epiſcopus Arhuſienſis, factus eſt archiepiſcopus in concilio Auinianae, cui ſucceſſit Carolus praepoſitus Lundenſis. Hic Ericus fecit Ericum, filium Waldemari ducis, ducem Iutiae. Hic etiam, quamuis multam prolem cum uxore habuerit, nullam tamen poſt ſe reliquit. Mortuus eſt autem in magna gloria anno regni ſui xxxIII. Sepultus eſt cum aliis regibus Ringſtadii.

Erici mors.

Chriſtophorus Erici frater rex Daniae.

A. D. cIↄ ccc xx. Chriſtophorus frater Erici ſucceſſit in regno, electus in parlamento Wibergenſi, in feſto conuerſionis Pauli, quarto ab expulſione reuerſus. Sed nullam iuſtitiam fecit, ſed magis tyrannidem exercuit, ueritatem in uerbis non habuit, nimirum lubricus fuit, communitatem grauiter taliauit. Nobiles indifferenter cepit uel

pro-

proſcripſit, propter quod quantumcunque ſibi fidelis de ſe ſecurus non erat. Hic habuit tres filios, Ericum, Otthonem & Waldemarum, quorum primum regem conſtituit, & ſecum Woringborrigh per Esgerum archiepiſcopum coronari fecit CIↃ CCC XXII. Et ſequenti die rupit omnia iuramenta facta archiepiſcopo, & ipſum cum ſuis mortaliter diffidauit, ſed cito gloriam ſuam poſtea amiſit.

A. D. CIↃ CCC XXVII. regni ſui ſeptimo filius eius Ericus rex per nobiles regni captus, incarceratus fuit Hadersleff. Quo audito Chriſtophorus in Teutoniam fugit. Nunquam poſtea priſtinam gloriam eſt adeptus. Dani uero aſſiſtentiam comitum Holſatiae Gerardi & Iohannis pecunia conduxerunt, ac in odium Chriſtophori ac prolis ſuae Waldemarum filium paruulum relictum poſt Ericum ducem regem creauerunt.

Eius filius a nobilibus captus Hadersleſui cuſtodiae mandatur. Regis in Germaniam fuga. Waldemarus infans electus.

Sequenti anno poſt fugam ſuam Chriſtophorus cum magno exercitu Teutonicorum nauigio ad Sielandiam uenit, potenterque illam terram obtinuiſſet, ſi fraus Teutonicorum, qui cum eo erant, non fuiſſet, qui nolebant pugnare contra Teutonicos, qui cum Danis erant. Igitur bello facto in Teutoniam eſt reuerſus. Dani igitur ſecure inceperant proteruire, nullum iam timentes, tranſieruntque ad Syderiutiam ac caſtrum Hadersleff, in quo homines comitis Gerardi erant, incendunt. Perrexerunt ulterius in Gottorp, & illud caſtrum ſimiliter habuiſſent, niſi quidam Dani, qui pro dicto comite zelabant, populum

Iuti rapinis & ſeditione omnia miſcent.

populum auertiſſent. Confugit autem rex ad Margrauium Brandenburgenſem, qui regis filiam in uxorem duxerat. Quamuis enim dictus comes Iutis contra Chriſtophorum fideliter aſſiſteret, ipſi tamen perfidi iam a Chriſtophoro liberati non ſolum comiti, quod ſibi promiſerant, negauerunt, ſed & ipſum & terram ſuam deſtruere intendebant.

A. D. CIↃ CCCXXIX. conuenerunt omnes Iutenſes in caſtro ante Gottorp, contra comitem Gerhardum, ſibique uictoriam per proditionem quorundam Danorum amiſerunt, multis proſtratis, innumeris captis, qui per diuerſas partes Teutoniae ſunt abducti; & tunc incepit fieri grauiſſimum iugum Teutonicorum ſuper regnum, qui non ſolum terram, ſed & caſtra regni obtinebant; nobilesque regni, qui ſperabant, ſe poſt expulſionem Chriſtophori regnaturos, iam per Teutonicos, quos introduxerant, arcebantur, capiebanturque, ſerui fiebant. Propter quod latenter in odium Teutonicorum Chriſtophorum reuocabant: ſed ipſe reuocatus memor iniuriae ſibi factae, cum comite in odium Danorum concordabat, in cuius concordiae ſignum & fomentum filius eius, rex Ericus, iam de carcere liberatus, recepit ſororem comitis, Duciſſam Saxoniae uxorem, recedit autem in Schanderborgh Chriſtophorus. Ericus autem filius eius in Nyborrigh. Longum eſt autem enarrare de malis, quae fiebant ſuper indigenas terrae. Solenne parlamentum fuit die Canuti regis in Nykiöbing per regem & filios & alios.

Chriſtophorum reuocant, qui cum Gerhardo affinitatem & amicitiam iungit.

Hic

Hic Chriſtophorus curiam ſuam Knarderop in monaſterium erexit, anno regni ſui VI. Cepit autem Chriſtophorus quendam Tuchonem epiſcopum Burglanenſem, propter cuius captionem clerus regni tenuit interdictum annis VII. Poſtmodum orta eſt diſcordia inter Chriſtophorum & comitem, repudiauitque rex Ericus ſororem eius. Inimicitiae cum Gerhardo.

A principio regni Chriſtophori duodecimo, bello laborarunt Chriſtophorus & filius eius contra comitem Gerardum in Lohett & propter falſitatem Teutonicorum, qui cum iis erant, ut dicitur, uictoriam amiſerunt, multique de ſociis eorum captis aufugerunt. Sed ſtatim poſtea eodem anno rex Ericus miſerrime in Chilone defunctus eſt, dilatumque eſt corpus eius in Sialandiam & Sorae ſepultum. Chriſtophorus in Lohede uictus

A. D. CIↃ CCC XXXI. ſecundum chronicon uulgare, Chriſtophorus in Lalandiam fugiens, a Teutonicis captus & in caſtro Aleholm incarceratus, ſed cito poſtea liberatus, tranſiuit in Falſtriam, ibique in caſtro Nykiöbing mortuus eſt, & Sorae ſepultus. moritur Nikopiae.

A. D. CIↃ CCC XXXI. circa hoc tempus Scanienſes plurimos Teutonicos occiderunt Lundis & circa Helſingborrigh, miſeruntque nuntium ad regem Sueciae Magnum, filium Erici ducis Sueciae, exhibentes ei terram Scanienſem, qui annuens promiſit Teutonicis pro praedicta terra & Helſingborrigh LXX. millia marcarum puri argenti, datis multis obſidibus, Danis & Suecis, quousque dicta ſumma ſolueretur. Magnus rex Sueciae Scaniam emit.

expellit Holſatos.

A. D. cIↃ ccc xxvi. Carolus archiepiſcopus conſilio Scanienſium fretus regem Magnum Sueciae in Scaniam, Hallandiam, Bleckingiam potenter introduxit, occiſis Holſatis.

Anacephalaeoſis.

Erico ſucceſſit Chriſtophorus frater ſuus cum Erico filio, qui ſimul conregnarunt, & ſimul de regno expulſi ſunt, poſt quorum miſeram expulſionem Dani ſunt ſubditi miſerabili & importabili Holſatorum ſeruitio. Huius Chriſtophori filius Ericus aedificare coepit oppidum in Kiöge, in fundo monaſterii Sorae. Hic rex omnibus inglorius per magnates regis incarceratus Chilo obiit.

Ottho Chriſtophori ordini equitum Teutonicorum adſcriptus.

A. D. cIↃ ccc xxxiv. Ottho, ſecundus filius Chriſtophori, venit cum ſocietate de Laalandia in Noriutiam, ſperans terram cum indigenarum adiutorio obtinere: ſed bellantibus contra eum Gerardo comite cum ſuis Teutonicis circa Wiborrigh, & quibusdam Danis falſis non ſolum victoriam perdidit, ſed & captus eſt, & in caſtro Holſatiae Segeberg poſitus fuit. Hic Ottho poſtea laxatis vinculis cum in conſpectu eius eſſet uniuerſum Daniae regnum, unde facile conſequeretur ducatum, maluit, accepta ueſte ſacrae religionis, Dno in ordine fratrum Teutonicorum militare, idque perfecit, ut fratri Waldemaro relinqueret ſoli ſceptra regni.

Gerardus Iutiam ſubiugare conatus

A. D. cIↃ cccxl. Gerardus comes Holſatiae intrauit Iutiam cum magno exercitu, habens ſecum plus 11000. expeditorum bellatorum, & intendens totam Iutiam, nobilitatem Iutiae extirpare, & illam terram ſuis

ſuis Teutonicis aſſignare. Partem autem exercitus ſecum habuit, partem autem duobus filiis ſuis in aliis locis Iutiae demiſit. Dum autem ipſemet Rhandrus moratur cum 4000. ecce quidam nobilis Iutenſis, nomine Nicolaus Ebbeſön, habens ſecum tantum 67. ſocios, primo die Aprilis nocturno tempore in diluculo villam Rhandruſienſem per pontem intrauit, cubiculumque dicti comitis adiens, percusſis campanis, incendioque poſito in uillam, illam ualidiſſime effregit, ipſumque comitem intus cum aliquibus aliis fortiter interfecit. Cum tamen ibidem in villa comitis eſſet exercitus 4000. armatorum, quo pacto dum per eundem pontem euadere vellet, inſequuti ſunt eum ex ſociis comitis cum plurimis vexillis, quos adeo valide repreſſit, ut interficeret ex eis duos ſolennes milites cum aliquibus aliis. Sicque tabulas pontis poſt ſe diſſoluens cum ſuis euaſit, non amittens aliquem praeter unum. Dicto autem comite interfecto, totus ille grandis exercitus cum verecundia ad propria remeauit, ſtipendiis promiſſis & hoſpitio deſtitutus. Nec non & plurimi ex iis occiſi per latentes incurſus Danorum. Eodem anno ſecundo die Martii idem Nicolaus Ebbeſſön interfecit Teutonicos multos, circa amnem Schierem, qui nitebatur ibi caſtrum aedificare in malum Danorum. Sed in eodem anno, dum idem Nicolaus obſideret caſtrum Scanderburgh, congreſſus eſt cum magno exercitu Teutonicorum ſuperueniente, in die

a Nic. Ebbeſön nobili Dano Rhandruſii occiditur. facinus egregium

Nic. Ebbeſön libertatis Cimbriae vindex.

ad Scandeburgum cadit.

animarum magnam ſtragem in eis fecit; attamen ipſe cum aliquibus Danis ibidem occubuit.

Cimbria liberata

A. D. CIↃCCCXL. poſt longam & diutinam tumultuationem & tribulationem regni Danici, exigentibus demeritis incolarum, placuit Dno, ut ad ſuum ſtatum rediret; Ideo Dani plures per literas & nuncios ſollicitauerunt Waldemarum filium Chriſtophori tunc in curia imperatoris exiſtentem, ut rediens acciperet ſolium paternum, & eos a duri iugo & tyrannide Alemannorum educeret. Eo tempore uenerat Ludouicus Marchio, qui Ludouici imperatoris filius fuit, qui ſororem Waldemari habuit uxorem, in Lubecam. Hic cum comitibus Holſatiae, Iohanne & Henrico, & duce Schleswicenſi Waldemaro, qui quidem rex appellatus erat, ad ſe uocatis, egit, ut Waldemarus filius Chriſtophori iam diu regno exulans, per factionem Gerardi caeſi in Randruſs Iutiae, reduceretur in regnum paternum; quod & factum eſt. Nam Waldemarus praedictus filius Chriſtophori ueniens, ut omnia ad tranquillitatem & pacem melius redirent, accepit Heluigem ſororem uxoris praedicti in uxorem, quae poſtea ſepulta eſt in Eſſerom, & nuptiis regalibus cum ea in Synderborg peractis, intrauit Daniam circa Pentecoſten, & in placito Wiburgenſi omnes proceres ei homagium praeſtiterunt, ſicque Selandiam intrauit, & ibi ſimiliter ut rex conſalutatus eſt, & quaſi per annum in Selandia manens, nihil

Valdemarus Chriſtophori rex Daniae.

hil ad intentum obtinuit, per fraudulentiam Teutonicorum & falſitatem aliquorum Danorum, quamuis tamen maximam ſummam argenti exponeret pro caſtris ibidem ſitis. Deinde rediens ad ciuitatem Wibergenſem ſabbato ante diem Priſci & Faeliciani legem renouauit, uidelicet municipalem Handfeſtningh, & poſtea debellando Holſatos, Alemannos & Suecos intentus erat. Iſte Waldemarus accepit unum calicem cum patina de qualibet eccleſia, & cum illo auro & argento redemit ad ſe caſtra de Holſatis.

A. D. CIↃ CCCL. liberata eſt Dania ab omnibus Teutonicis: obſeſſum fuit caſtrum Kalunde, tentum per Holſatos, a Waldemaro, & non uictum.

A. D. CIↃ CCC XLII. combuſta fuit eccleſia Helſingae per Holſatos, & multi Bondones ibi propter metum eorum congregati, alii cremati, alii occiſi, alii caſtrati ſunt. Hic Waldemarus extitit magnificus regni Danorum liberator & recuperator de Tyrannide Alemannorum, nam uirili animo contra omnem ſpem debellando omnes Alemannos, Holſatos, Suecos & quoſcunque alios extraneos de omnibus caſtris, arcibus & munitionibus, a mari Baltico usque ad terminos Sueciae eiecit, & primo exhibuit habentibus caſtrum pecuniam, argentum & aurum, ut illa dimitterent, & ad propria redirent. Sed cum nollent iuſtis conditionibus quieſcere, uiolenta & armata manu ea accepit, & detinentes expulit & primo Waldemari laus.

Kallend-

Kallendborg obſedit & expugnauit, poſtea Siöburg. Deinde uicit Friſiam in profeſto 11000. uirginum, demum tres arces accepit in Iutia. Volens autem exturbare Holſatos de Laalandia, obſedit prius arcem Worthingborrigh, ſed dimiſſa obſidione eam cum Laalandia 8000. marcarum redemit, quia forte pro tot impignorara fuerat. Deinde accepit Korſöer & Petersborrig. Interim Waldemarus cum magno exercitu, duce Saxoniaę Erico concomitante, nauigauit in Pruſſiam. Conſtituit autem cum fratribus ordinis Teutonicorum (in quo iam habebat fratrem Germanum, ſcilicet Otthonem) inuadere Lithuaniam, Chriſto non credentem, Chriſto militaturus. Sed quoniam uel treugae erant, uel aliis iuſtis cauſis dimiſſa ibi militari manu & hybernis peractis in Pruſſia, cum Erico duce & decenti familia ingreſſus eſt longinquam peregrinationem in terram ſanctam, perueniensque ad dominicum ſepulcrum, & ibi de manu ducis Erici factus miles Chriſti, qui ante fuit rex ſeculi, die beatae Magdalenae.

Friſia ſubacta.

Lithuaniam tentat.

in terram ſanctam profectus.

A. D. CIↃ CCC LV. tantum erat frigus in die conuerſionis Pauli, quod multi in ſyluis & campis mortui ſunt.

A.D. CIↃ CCC XLVI. CIↃ CCC XLVIII. CIↃ CCC XLIX. tanta erat mortalitas hominum per totum orbem, quanta fuerat unquam a tempore Diluuii. Vix in aliquibus terris reliquit centeſimum hominem, & ubi tranſiuit, fere nullus illius uillae uel oppidi tranſire potuit, & quicunque ſe de rebus mortui intromittebat, nequaquam per noctem uiuere ualebat.

Orbis peſtilentia afflictus.

Reuer.

Reuerſus autem Waldemarus redemit multa caſtra & arces a Teutonicis. Deinde Waldemarus fecit expeditiones in Sclauiam & uaſtauit inſulam Pole, tunc parentem Alberto Megapolenſium duci, inter quem ducem & Ludouicum marchionem, qui habebat in uxorem ſororem Waldemari, bellum fuit. Secunda uice deuicit & debellauit hoſtes generi ſui ſcilicet & marchionis. Tertia uice concordauit eum cum duobus comitibus in Stetin; Item Waldemarus concordauit ſimul Ericum ducem Saxoniae & Albertum ducem megapolenſem. Eo tempore rex accepit Franeckier & Norborg, uicit quoque Fimmeren. **tres expeditiones Slauicae.**

Demum A. D. CIↃCCCLX. alibi CIↃCCCLVI. uel circa, Waldemarus manu ualida intrauit Scaniam, & caſtrum Helſingborrigh in profeſto regis Canuti obſedit, & Scaniam, totam Hallandiam & Bleckingiam cum caſtris, arcibus & munitionibus ſuis obtinuit, & regem Sueciae Magnum de finibus illis expulit. Sed tamen poſtea rex Sueciae Magnus literas iniuſtae emptionis ſuper terra Scaniae regi Waldemaro reddidit in Helſingborrigh, facta deſponſatione filiae Waldemari Margarethae cum filio regis Magni Haguino Norwegiae. Item Waldemarus accepit Boringholm & totam terram. **Scania ſub imperium Danicum redacta.** **uti & Borringholm.**

A. D. CIↃCCCLXIV. rex Waldemarus tempore Vrbani V. papae cum ſolenni apparatu uiſitauit curiam Romanam. Et eodem anno nundinae Schanör in tantum deſolatae ſunt, exceptis duobus Bodis de Stetin, & unus qui- **Rex papam adit.**

quidem mercator non comparuit. Maritimae tunc ciuitates bellum apertum Waldemaro indixerunt ideo, ut quidam dicunt, quia non ſineret mercatores earum ſine nouis impoſtibus agere. Qua de re ciuitates illae nauibus expeditis duxerunt in regnum, nec ſegnior rex nauibus impoſitum exercitum obuiam iuſſit proficiſci, cui ſuum filium praefecit Chriſtophorum. Congrediuntur nauali pugna fortiter certantes. Duraſſet in longius pugna, niſi regis filius Chriſtophorus ictu bombardae, quod bellicum tormentum tunc nuper inuentum erat, grauiter uulneraretur. Quo accepto incommodo regia claſſis ſe pugnae ſubduxit; ex quo uulnere breui diem ſuum obiit.

Bellum cum ciuitatibus.

Praelium nauale.

A. D. CIↃ CCC LXI. claſſis urbium ad praedam in terras Daniae applicuit, expoſitoque exercitu in longinquum per terram excurrebant, qua opportunitate accepta, claſſis regis cum cerneret claſſem ciuitatum non ſatis cuſtoditam, inuadunt, & VI. maiores naues abduxerunt. Redeuntes autem qui praedatum abibant, omiſſa praeda in reliquas naues cum dedecore reuertuntur. Chronicon Sclauorum habet, quod rex Waldemarus aberat, qua opportunitate adepta maritimae ciuitates miſerunt claſſem nauium in Daniam & fiunt excurſiones; per eos expugnarunt arces, capiunturque Haffnia, Helſingöer, Nicopia, Falſterböe, Schanöer, Elsholm: ſed proceres cum eis conuenerunt, ut redditis arcibus, quas acceperant, Scaniam per annos XVI. tenerent, cum omnibus obuentionibus

Dania claſſe urbium uaſtatur.

Scania iis oppignoratur.

nibus regis in compenſationem damnorum, quae mercatoribus irrogauerat. Haec ſi uera ſunt, ignoro.

A. D. CIↃCCCLXIII. obiit Chriſtophorus filius Waldemari, dux Hallandiae & Laallandiae, die Bernardi Apoſtoli.

Anno autem CIↃCCCLX. vel CIↃCCCLXIII. Waldemarus fecit nuptias filiae ſuae Margarethae, cum eſſet XI. annorum, cum rege Norwagiae Haguino, qui erat filius Magni regis Sueciae, cum quo habuit filium Olaum, qui regnum Norwagiae haereditauit, quod etiam usque hodie ſub dominio & fide Danorum perſeuerat. Hic Waldemarus etiam tradidit Henrico duci Megapolenſi filiam ſuam Ingeburgam in uxorem, qui genuerunt Albertum bonum principem, & regno dignum, cum Margaretha, altera regis filia, relicta regis Norwagiae iam uidua, regnandi cupida, iſtum Albertum excluſiſſet. **Margaretha Haguino Noruago nupta.** **Ingeburga Henrico Meckle mb.**

Cum autem Waldemarus multa praeclara & mirabilia opera geſſiſſet, illud non erat paruae aeſtimationis, quod Gothlandiam & Wisby accepit, ubi omnia bona in abundantia habuit. Nam ibi tunc erat emporium ſiue ſtapula (ſtabelin) ciuitatum maritimarum, ob quod grauiſſime diffidatus eſt ab iis. Ock da de ſchreffue an hem und ſigelſe het. Reſcripſit eis cum eodem nuntio nec plus nec minus: Seeuen und Seuentigh Henſen, hefft ſeeuen und ſeuentigh genſen, wo my de Genſen nich en bitten, na de henſſen frage ick nich en Schitten. Igitur cum magna claſſe nauium ueniunt, & Helſingöer **Rex Gothlandiam capit.** **Ciuitates contemnit**

erectis

erectis XVI. machinis ualde expugnant. Sed Waldemarus ſuper eos irruens cum expedito agmine, ad naues cum rubore ac dedecore redire coegit, multis captis & occiſis. Habebat autem, ut dicit chronicon Saxoniae, a rege Daniae Nicolaus comes Holſatiae Fioniam in pignus, ubi cum obſideret Bramberg, Manibergh; Waldemarus hoc audiens irruit ſuper occidentes, occiſis pluribus, ex eis multos cepit, & Nicolaus comes amiſſo oculo in pugna a Dano quodam equo deturbatur & capitur. Sed non cognitus quis eſſet, arma uictori tradidit. Ipſe abire permiſſus, uix ad ſua magno labore reuertitur. &c.

& uincit.

Nicolaus Holſatiae comes in Fionia uictus.

A. D. CIↃ CCC LX. deuicta fuit Scania per Suecos.

A. D. CIↃ CCC LXI. deuicta fuit Gothlandia per regem Waldemarum. Huius Waldemari tempore cum rediiſſet de curia omnis traditio ſeniorum; & leges paternae, & libertas eccleſiae Danicae abolitae ſunt. Militarium, mercatorum & ruſticorum quies in tantum abrogata erat, quod non daretur tempus in toto regno comedendi, quieſcendi & dormiendi, quin ad labores per officiales & aduocatos excitarentur ſub obtentu regis gratiae, recuperatione uitae & bonorum omnium dilapidatione. Qui rex ob demerita, diuina ultione urgente, fugit ſiue exulauit diu de regno nemine perſequente, anno Domini CIↃ CCC LXVIII. in coena Domini, quo anno & Albertus rex Sueciae intrauit Scaniam, & rediit poſt annum

Exercita laboribus Dania.

uoluntarium regis per quadriennium exilium.

num quartum & ſuperuixit poſtea tribus annis. Dicitur tamen, quod ſui eum intoxicare uellent, & ob hoc locum dedit eis ad tempus. Demum

A. D. CIↃ CCC LXXV. in feſto Criſpini obiit in caſtro Gurſſue & ſepultus eſt in Worchingborrigh, ſed poſtea per Margaretham filiam translatus in Sore & iuxta patrem tumulatus. Succedit Margaretha cum filio Olao. Regis mors.

A. D. CIↃ CCC LXIII. Albertus rex Sueciam intrauit & occupauit per 25. annos, & demum captus eſt a Margaretha regina Daniae.

A. D. CIↃ CCC LXXVI. Waldemaro ſucceſſit Olaus nepos Waldemari ex filia Margaretha, in feſto inuentionis S. Crucis, in Parlamento Staylofiae celebrato a potioribus regni & popularibus. Sed quia iuuenis erat, & mater eius mulier erat ſagaciſſima & magnanima; ideo ipſa quodammodo omnia diſponebat & gubernabat, tam ſub Olao filio naturali, quam ſub Erico Pomerenſi, filio adoptiuo, & hinc eſt quod ſcribitur, eam regnaſſe pluribus annis, qui etiam filiis adſcribuntur. Olaus rex D. ſub tutela materna.

A. D. CIↃ CCC LXXXVII. Die inuentionis Stephani ante feſtum Laurentii, obiit Olaus adoleſcens in Halſterböe & ſepultus eſt Sorae. Mortuo Olao mater regina Daniae & Norwegiae ſtrenue gubernabat, erat enim foemina prudentiſſima, ac ingenti ſpiritu ac animo pollens uirili, perfecitque induſtria ſingulari, ut tria regna, poſt multorum memoriam ſeculorum, foemina coniungeret, Olai mors. Margarethae laus.

ret, quod diui & excellentes uiri non potuerant. Eo tempore comites Holſatiae, qui tunc ſex erant, conuenerunt contra Margaretham Danorum & iam Norwegiae reginam, obſecrantes, quatenus totius Daniae procerum uoluntate ducatus Sleswicenſis, qui tum uacabat, uni eorum, quem ipſi eligerent, iure feudi permittatur, & in beneficium concederetur, atque comites perpetuo foedere iuncti maneant in fide coronae Daniae, nec per ullam occaſionem ad bella quisquam proſiliat. Sed cum aliquid inuicem natum fuerit quaeſtionis, Dani ex Holſatis, & uiciſſim illi ex Danis binos eligant, qui rem in controuerſia poſitam dirimant; quod ſi non poterunt, habeant facultatem quintum aſſumendi, cuius uotum alteri parti accedens rem omnem abſoluat.

Comites Holſat. Slesuicum in feudum petunt.

A. D. CIↃ CCC LXXXVIII. elegerunt comites ad hanc dignitatem Gerardum, filium Gerardi occiſi in Rhanderhus, quem regina cum filio Olauo inueſtiuit, ducemque Slesuici inſtituit & appellauit. Crantz.

Gerardus inueſtitur.

Erat a nato Chriſto poſt mille trecentos octuageſimus nonus annus, cum Albertus rex Sueciae, qui erat filius Alberti ducis megapolenſis ex ſorore Magni regis Sueciae, iam feliciter regnaret. Hic uidens foemineum principatum Daniae, multis contumeliis reginae eius Margarethae illatis, uocando eam regem inbraccatum, iurauit, non ſe geſtaturum caputium, priusquam illi ſceptra Daniae adimeret; inde & bellum ei indixit. Hoc dicunt chronica noſtra alia. Cauſa iſtius

Bellum cum Alberto Su. R.

iſtius belli traditur a Sclauis, quæ ſequitur, & potuit eſſe utraque. Rex ille Albertus erexit oportuno loco munitionem, unde poſſet Danorum in ſua tranſitum arcere. Regina nulli cedens uiro, prudentia & animi magnitudine multos ſuperans, non paſſa ullum a rege præiudicium, aduerſus nouam regis arcem in ſuo ſolo erexit aliam, unde commeatus poſſent intercipi in nouam regis arcem conuehendi. His de rebus primum praefectorum iurgia, deinde etiam excurſiones fiunt inuicem, quae odio creuerunt in immenſum, ut ipſi principes, hinc rex inde regina, totis regnorum uiribus concurrerent: eduxere acies, fit bellum acerrimum die Matthaei Apoſtoli, ſed Danis uictoria relicta eſt, qui & iuſtum bellum habebant; capitur rex cum filio Erico & tribus comitibus & multis nobilibus, & in altiſſimis cuſtodiis recluduntur VII. annis, in carcere manentes VII. annis in arce Lindholm. Interim multa fiebant & tractatibus & armis, ad eius laxationem: non tamen poterant ullae conditiones reperiri, quae foemineum animum poſſent permollire, niſi quod regno renunciaret, & quoniam iurauerat, ſe non portaturum caputium, antequam reginam regnis Daniae & Norwegiae priuaſſet; ideo ipſa fecit ei fieri caputium de Bucello XV. ulnarum, cum Licippio XIX. ulnarum. Iohannes patruus regis, dominus de Stargardia, multum laborabat pro laxatione regis. Manſerat autem ſolummodo in fide regis ciuitas Stockholm, quam Dani obſidebant; Intrauit

eius cauſae.

Albertus uictus & cum filio captus,

in cuſtodia VII. A. detinetur.

intercepit regina Alberti uotum,

Liberatio Alberti fruſtra tentata ab Ioh. de Stargardia.

uit mare dictus Iohannes cum multitudine nauium, ut ueniens obſidionem ſolueret. Saeua autem tempeſtate orta, uix ipſe cum paucis ſaluatus eſt.

& aliis pari euentu.

A. D. CIↃCCCXC. expeditione iterum inſtaurata adſunt cum eo ciues Roſtochienſes & Wismarienſes, quanta poterant uirtute pro rege, natiuo principe ſuo, omni niſu contendentes, ut captiuitate rex liberaretur; ſed nihil profecerunt. Demum urbes Roſtochium & Wismaria proclamationes faciunt in ſuis & uicinis locis, ut, quotquot ſorte propria militare uellent in nauibus contra Danos & Suecos & Noricos, uenirent & portubus ſuis & urbibus uterentur pro refugio: quatenus male uexati Dani & Norici cum Suecis ad laxationem regis capti inclinentur. Venit ſubito multitudo magna Gregariorum & Vitulianorum, & mare intrant; ſed ſine diſcrimine obuios quosque in mari depraedabant, neque memoratarum urbium ciuibus deferentes multa inde urbibus prouenerunt incommoda, multae ab exteris quaerimoniae, nonnullae excitatae ab illa radice cauſae, quae per iuris ſtrepitum agerentur apud imperatorem. Per multa mox ſequuta tempora durauerunt. Erat tunc annus a nato Chriſto CIↃCCCXCV. a captione autem Alberti regis anno ſeptimo, cum de eius laxatione multa uariis locis placita haberentur, tandem interuentu VII. urbium, Lubecae, Sundenſis, Gripswaldenſis, Gedanenſis, Torn, Elbingenſis, & Reualiae, quae ſe uades in hanc rem interpoſuere, ſpondentes,

Ciuitatum piratica ipſis & aliis infeſta.

tandem a VII urbibus 60000 Marcis uadatus demiditur.

dentes, ut rex laxatus intra triennium reginae uoluntatem expleret, de ſua filiique ac captiuorum redemptione aut urbes 60000. marcarum perſoluerent, aut urbem Stockholm cum pertinentiis ſuis in manus reginae conſignarent. In eas conditiones rex laxatus cum filio & concaptiuis proficiſcitur in ſuam magnopolim. Demum moritur Ericus filius eius. Cum iam inceperat impleri triennium, quo rex Albertus reginae arbitratu de ſua captiuitate exiret, eique ſatisfaceret. Igitur *VII.* urbes, quae fidem interpoſuere, regem adeunt, optionem ex tribus faciunt, quid malit, aut in captiuitatem redire, aut ſexaginta argenti marcarum millia numerare, aut urbem Stockholm & perinde regnum dimittere. Ipſe autem urbem reginae permiſit, cum reliqua regni iam illa teneret. Ita eſt Albertus A. D. M CCC XCVIII. regno ad plenum abſolutus, & Margaretha regina per deditionem accepit caſtrum & urbem Holmenſem, fuitque honorifice & magna proceſſionis pompa introducta. Eodem anno Domini de Pruſſia occupauerunt ciuitatem Wisby, expulſis inde piratis.

quibus non ſolutis Sueciam Margarethae transſcribit.

Holmia tradita.

A. D. CIↃ CCC XCIX. Ingens rigor brumae & a multo tempore incompertum frigus erat, ut pedeſtri itinere per mare in urbem Sundenſem & inde in Daniam perueniretur.

Circa idem tempus urbium Sclauicarum oratores nauigarunt in Daniam, conuenientes reginam Margaretham in tribus regnis imperantem, quam adorti ſunt reperientes in Selandia, ut apud illam tranſigerent & re-

pararent, quae diuturno bello infracta fuerunt mercatorum in regnis priuilegia propter eorum demerita: quam beneuolentiam interuenientes omnia reparauerunt.

Cometes per ea tempora in quadrageſima toto fere menſe terruit orbem, cum annus ageretur cIↃccccI. ſecutae ſunt multorum principum neces & mala in orbe.

Catarthacta.

A. D. cIↃcccc. in octaua Apoſtolorum Petri & Pauli, & poſtridie octauam, tanta fuit in Oſtgothia pluuia, ut homines multi in Sydercopia montana peterent, metuentes nouum diluuium, quod illi ciuitati uidebatur imminere. Repleuerat enim omnia loca coemiteriorum & platearum usque ad genua transeuntium. Deiecti ſunt etiam omnes pontes & molendina iſtius regionis.

Pſeudo-Olaus combuſtus.

A. D. cIↃccccII. Margaretha, eadem trium regnorum Aquilonarium potens regina, iuuenem quendam, qui forma corporis & aetate uero filio eius Olao non dispar uideretur, cum ſecretiſſima quaeque, & quae non ſolent niſi inter matrem & filium conſtare, ſigna prodidiſſet, inſtinctus ab Olai filii nutrice: qui quod & filium eius ſimularet, ipſa tamen mortis filii certiſſima, conuictum de falſitate in Falſterböe iuſſit concremari.

A. D. cIↃccccIV. Gerhardus dux Sleſuici duxit in Dithmarſos, ubi etiam occiſus eſt: Quod Margaretha audiens cogitauit iam tempus adueniſſe, quod ducatum regno ſuo Daniae adunaret. Recepit autem aliquot arces, ſcilicet Tynder, Lybke, Obenras. Habuit iſte Gerhardus tres filios, Ger-

hardum

hardum nondum natum, Adolphum trinum, & Henricum agentem ſeptimum annum, quem regina miſit in regnum educandum, obſidem habitura, ſi quid ab Holſatis intentaretur. Habuit & filiam, quae tradita eſt domino de Sclauia, principi Balthaſar; cumque ille non diu ſupereſſet, nupſit Theodorico comiti ab Oldenburgh, & peperit Chriſtiernum, Mauritium & Gerhardum, quorum primus poſtea rex Daniae factus eſt, & genuit Iohannem regem Daniae, & Fridericum ducem, poſtea Holſatiam tenentes. Nam tres filii Gerhardi ſupradicti ſine prole obierunt.

initium turbarum Slesuicenſium.

A. D. cIↄ cccc x. die beatae Clarae uirginis apud Moelle bellum fuit inter Danos & quendam comitem de Schowenburg, in quo multi Dani corruerunt, & multi nobiles captiuati. Et eodem dnus Abraham miles iuſſu Erici regis Danorum decollatus eſt apud Syndenborg propter tyrannidem.

Praelium ad Moelen.

Demum Margaretha regina, mulier prudentiſſima, quæ trium Aquilonis regnorum ſceptra coniunxerat, cum iam prolem ſuperſtitem non haberet, & ſeneſceret, adoptione ſibi quaerebat filium, ut uel ſic ſanguis regius conſeruaretur. Igitur de uoluntate procerum Pomeraniae ducem Ericum duodennum ſibi adoptauit in filium, qui erat filius filiae Waldemari ſororis ſuae, conſobrinus Sigismundi imperatoris: pater enim Erici, & mater Sigismundi, ſoror & frater fuerunt. Qui ueniens accepit gubernacula iſtorum trium regnorum, quamuis quo-

Ericus Pomeranus electus.

dammodo ipſa omnia regebat cum Erico, quoad uixit.

Margaretha regnauit XXVII. annis poſt mortem patris.

A. D. CIↃ CCC XCVII. Ericus rex coronatur Calmariae ab archiepiſcopis Lundenſi & Opſalenſi.

A. D. CIↃ CCCC VI. Ericus rex celebrauit nuptias in curia Lundenſi, in craſtino Criſpini cum regina Philippa, regis Angliae filia.

A. D. CIↃ CCCC XXIII. in feſto Laurentii arripuit iter uerſus Hieruſalem & rediit A. D. CIↃ CCCC XXIII. infra octauam Aſcenſionis.

A. D. CIↃ CCCC XXXVIII. coepit fugere in Gothlandiam. Et eodem anno expellitur de Scania & Chriſtophorus introducitur.

A. D. CIↃ CCCC II. cometa a principio anni usque ad Paſcha apparuit. Villa Schaffuershöe igni coeleſti deuorata eſt. Scania rotauit & cremauit regem Ruthenorum. Sanguis effluxit de cruce in Biſtorp circa Roſchildiam. Hic Ericus perficere uolens, quod mater inceperat, de adunatione ducatus coronae. Dicebat enim rex, beneficium fuiſſe perſonale, ſed ſoli Gerardo permiſſum, nec tranſire ad poſteros. E contra filii ducis ſeu tutores eorum dicebant, feudum legitimo iure ad filios pertinere: quae res infinitos peperit utriſque labores per annos ſupra XXX. & utinam hodie finem haberet. Dum autem Gerardus ante mortem ſuam commiſit filios tribus militibus, ut eſſent tutores eorum, ſed frater Gerardi, comes Holſatiae

Controuerſiae feudales Slesuicenſes.

ſatiae, ſibi hoc uſurpat; ob quod inter eos oritur magna diſcordia. Cum ergo ducatus ipſe & Holſatia legitimo capite, in quo plena reſideret poteſtas & authoritas, uideretur orbata: multa inuicem Dani Holſatis, & uiciſſim ipſi Danis incommoda & damna intulerunt, propter quod rex Ericus Henricum comitem, qui ſibi indebite uſurpauit & uindicauit ducatum adminiſtrandum ex parte nepotum, cum pater eorum tribus militibus ipſis in tutores commiſerit, ut dictum eſt; euocauit redditurum rationem eorum damnorum, quae Dani ab Holſatis paſſi dicerentur, quae ad 11. aureorum millium ſunt taxata, in cuius ſoluendae ſummae pignus, oppidum Flensborrig cum uicina noua domo, quod praeſidium Nicolaus comes firmauit, deponeretur. Sed Holſati oppidum poſtea dolo recuperauerunt. Quo comperto rex iuſſit ualidius incumbere de monte, & recuperauit oppidum, & ſaeuiens in quosdam ex ciuibus, maiores rotis & gladio, quod perfidiam illis aduerſus Sacramenta imputaret, enecauit.

A. D. cIↃ cccc xxx. obiit Philippa Anglicana, uxor Erici, in feſto trium regum, ſepulta Vadſteen.

Quo tempore quidam ex Holſatorum primoribus ad regem tranſierunt, rex inde arces, munitiones, & praeſidia locis oportunis, quibus non erant, erexit, & quae antea fuerant, firmauit praeſidio.

Eo tempore archiepiſcopus Lundenſis, Petrus Kruſe, conſtituerat in Slesuico officium

Metropolitani peragere, in quam rem uaſa argentea ſanctae ſedis Lundenſis, una cum pretioſa mitra, & baculo paſtorali cum aliis pontificialibus, nauibus impoſitis, iuſſit petere locum memoratum; ſed quidam Holſati nauibus egreſſi de Chilone excubabant ad praedam, dictamque nauem aggreſſi ceperunt, inque portum Chilonienſem perduxerunt, aurum & argentum ineſſe putabatur non parui ponderis. Circa illud tempus rex de mandato imperatoris cepit ciues Lubecenſes in Scania piſcantes non pauciores quadringentis, ex mercatoribus: eo quod erexerant ſe contra ſenatum ſuum, & plurimos ex illis expulerant, quorum, ſcilicet piſcantium, arreſtatae merces, conſcriptae ſunt. Aliquot ex his carceri iniecti ſunt, alii ſacramentis praeſtitis, ut in regno liberi diuerſentur, ſunt permiſſi. Alii Lubecam remiſſi, ut inter eiectum conſilium & communitatem agerent de pace, quam ſi perficerent, omnia illico ſua eſſent reddenda cuique. Si autem ipſi in conſtituta loca ad ciuitatem redirent, per quae tempora omnes Lubecenſium ciuitates maritimae, usque ad orientem Gripſwald, regi Daniae confoederarentur hoc modo: ſi bellum ingruat regi, paratusque ſit ſtare in iuſtitia ad arbitros idoneos, mille armatis ei militabitur ex eis urbibus. E diuerſo, ubi ciuitatibus quid tale immineat, rex idem faciet, dummodo iuſtitiam ipſorum ille in manibus habeat. Hamburgenſes etiam qui Iure ſuberant comitibus Holſatiae, ceteris ciuitatibus

Quadringenti ciues Lubecenſes capti.

Foedus cum Hanſeaticis.

bus conſenſere, & etiam pro tempore Ditmarſi audientes regem habere iuſtam cauſam: rex autem contracta multitudine bellatorum centum millia, obſedit urbem Sleswich, & arcem Gottorp, ſed urbe expugnata & recepta, arcem dimiſit, eo quod audierat, iam Hamburgenſes foedus ac pacem cum eo initam, rupiſſe turpiter, & ſimul cum Dithmarſis contra ſe uenire. Deinde etiam aliae ciuitates Sclauiae, foedera & fidem uiolantes, a rege receſſerunt, & Holſatiae iunctae ſunt. Lubecenſes tamen ſteterunt diu, ſed tandem aliis ciuitatibus adhaeſerunt. Rex autem nolens cedere, armauit naues ſuas, & mare ciuitatibus ſatis anguſtum fuit: nec tamen ipſe ſine damnis, & inſulae ſine depraedatione, (quod aliter eſſe non potuit) fuerunt.

Ab illis ruptum.

A. D. cIↃ ccccxII. illuſtriſſima principiſſa Margaretha, mater cleri, & benefactrix ſingulariſſima ex hac uita migrauit, in naui exiſtens cum exercitu ſuo contra Holſaticos in portu Flensborrigh in uigiliis Simonis & Iudae. Sepulta primum Sorae, ſed poſt annum, procurante Petro epiſcopo Roſchildenſi, translata eſt ad Roſchildiam, & in medio chori cathedralis eccleſiae tumulata. Circa illud tempus rex tenebat inſulam Cimbriae, quam quidem corrupte Fimbriam, alii Imbriam nominant. Erat annus xvi. poſt mille quadringentos, cum Holſati eam habuerunt; armis, dolo, uel de uoluntate habitantium, non pro certo inueni. Sed rex proxime reuerſus animo ferociſſimo ſe uindi-

Margarethae mors

Fimbria ſubiugata.

uindicauit, nullum fuit diſcrimen in ſacris & prophanis, altaria euerſa, eccleſiae exſecratae, abductae uirgines & matronae, lacrimabiles uirorum ſtrages; quam etiam rex omni aeuo ſuo in oculis ſemper fertur habuiſſe, ac lacrimaſſe, quoties illius diei recordaretur!

Sigismundus imp. ex I. feudali Danico Slesuicum regi adiudicat

A. D. cIↃ cccc xx. ſcriptores Dani tradunt, inſulam Fimbriam ſeu Imbriam uictam & ſubiugatam a Danis. Deinde Ericus rex cauſam ſuam de ducatu Schleswicenſi apud imperatorem Romanorum Sigismundum egit, euocauitque duces Sleswicenſes, ut de ducatu coram illo tranſigatur. Ille re & cauſa examinata per aliquos iurisperitos & principes ac barones ſententiam promulgauit: Henricum, Adolphum, Gerardum, comites Hollatiae, ducatum Sleswicenſem iniuſte poſſidere, eisque abdicauit, & ad illum regi Danorum reſtituendum condemnauit: ſed illi nihilominus in pertinacia ſua manentes cauſam coram ſummo pontifice propoſuerunt, quam commiſit Theodorico Colonienſi archiepiſcopo examinandam. Sed nihil actum eſt; Sigismundus imperator indignatus ſummo pontifici, quod auderet falcem in ſuam meſſem demittere, & cauſas coram ſe per ſententiam terminatas attrectare tentaret: multa fecit, ut papa commiſſionem reuocaret. Nota, quod ſi Dania uel iure uel conſuetudine uteretur Romanorum, tunc plana videbatur cauſa & expedita, ut filii ſurrogarentur. Sed quemadmodum ius aut conſuetudinem Romani

& papam iudicem ſpernit.

diff. I. feudalis Danici a Germ.

feudi

feudi Dania non agnoſcit, ideo conceſſio Gerardo patri facta, non erat realis, ſed perſonalis.

Octauus decimus erat annus poſt mille quadringentos, cum in urbe Lubeca, ſicut ante ſaepe & poſt, ſolennis erat conuentus oratorum ab urbibus de communione, Hanſe Teutonice. Hi cum conueniſſent, primo miſſis ex ſuo numero quibusdam in Daniam, pertentauerunt & laborauerunt pro pace habenda. Iam enim ciuitates Sclauiae ſe rebus implicauerant pro ducibus Slesuicenſibus in magnum & irreparabile diſpendium earum. Sed nihil tunc illa legatio promeruit. Poſtea duces fecerunt aliqua damna in partibus Iutiae. Circa illud tempus fuit in maritimis regionibus tanta aquarum inundatio, ut Nöe tempora in memoriam redigerentur. Hanſeaticae fruſtra pacem orant.

A. D. CIↃ CCCC XVIII. circa Dordracum oppidum Hollandiae magna pars terrae paluſtris interiit. Sedecim dicunt parochias cum innumera populi multitudine fuiſſe interceptas, quod dictu miſerabile eſt.

A. D. CIↃ CCCC XXIII. Treugae erant inter regem & urbes uel circa. Gelu per brumam fuit incomparabile & inauditum, quod usque adeo mare conſtrinxit, ut equites a Gedano Pruſſiae in Lubecam per uiam nauigantium tranſirent incolumes. Ferunt & a Magnopoli in Daniam glacie tunc ſtratum ſtetiſſe mare.

A. D. CIↃ CCCC XXVII. urbes emiſerunt claſſem magnam, quae inſulas Daniae adorta Henricus d. Sl. ad

pauca

Flensburgum caeſus.

pauca comportauit. Oppidum quoque Flensborrigh ea tempeſtate obſidetur a ducibus & urbibus; ſed Henricus ſenior frater ducum ibi interfectus eſt, ſicque obſidio ſoluta eſt.

Hanſeatica claſsis fugata.

Eadem aeſtate. A. D. CIƆCCCCXXVIII. ciuitates maritimae magnam claſſem confecerunt, ut mare ſecurum nauigantibus praeſtarent, uenturas enim ſciebant onerarias naues magnas de occidentis partibus, multorum opes ſubuecturas. Sed qui claſſi praeerant, obliti mandatorum, cum infeliciter cum Danis in Oreſund conflixiſſent, Hamburgenſibus captis, fugam non ſatis decoram inierunt, naues, quas tutare deberent, tunc hoſtibus Danis permittentes. Vix enim diſceſſere de ſolito ſuae ſtationis loco: Ecce adnauigant naues onerariae, quae expectabantur, & Danis incurrentibus ad praedam patuerunt; ita duplici uictoria Dani tunc ſunt potiti, per unum diem multis & uariis bonis locupletati.

Onerariae captae.

Per eandem aeſtatem rex Ericus miſſis litteris communitatem urbium memoratarum accuſauit, quod aduerſus antiqua, & etiam iam noua foedera & promiſſiones plurimas in regno, (quae magno incremento eſſent urbibus & protectui) iniquo bello ab urbium ſenatibus premeretur, & niſi ipſi bello auerterent ſuos conſulares & ad leges pacis & foedera implenda & tenenda conuerterent --- Cumque communitas urbium has literas accepiſſet, inſurrexit contra ſenatum ſuum & conſulares, ut aliquot occiſis, plurimisque depoſitis, nonnullis etiam

Senatores eiecti.

iam pulſis & praeſcriptis, nouum ſibi concilium & ſenatum crearent.

Proxima aeſtate, ſcilicet CIↃ CCCC XXVIII. ut uidetur Craenz dicere, ſed chronicon noſtrum dicit CIↃ CCCCXXX. emiſerunt ex urbibus grandem claſſem ducentarum & LX. nauium, quarum capitaneus erat Sigwardus dux Sleswici (Germanus Henrici iam antea occiſi) & duxerunt in inſulas Oreſund Daniae praedatum, & ut mactarent vaccam Danicam, duodecim millia militum erant ad pugnam, ueneruntque in portum, quem uocant, mercatorum, ſed multum diuque ibi laboratum eſt inaniter. Conſeruerunt enim Dani trabes in mare demiſſas, & ita uelut in terra pugnantium bombardas impoſuerunt, viriliter pugnantes, nec poterant urbem ad interiora penetrare, prohibiti fixuris trabium & aſſiduis ictibus bombardarum. Qua de re ut portum interciperent, & obſtruerent, & aditum & exitum intercluderent, naues ueteriores eligunt, quas iniectis grandibus ſaxis, in mari demergerent. Igitur dum haec attemptauerunt perficere, Dani eos uiriliter oppugnauerunt, horribiliter detonantes bombardis, & nauibus, quas iam communierant, inuaſerunt, perfeceruntque, ut intermiſſo opere tanti conatus, fugam inirent, cum magno detrimento & dedecore Daniam & eius uaccam relinquentes intactam. Circa id tempus, uel haud diu ante, rex Ericus per oratorem, ſummo pontifici miſſum, accuſari curauit legitimis modis archiepiſcopum Vpſalenſem, grauibus

Numeroſa Hanſeaticorum claſſis fruſtra oppugnat Hafniam.

Archiep. Vpſalenſis depoſitus.

bus irretitum crimnibus, depoſitione dignis, conuictum, aut facinoritate, aut aliis competentibus uiis, quibus poſſunt crimina inclareſcere. Depoſitum iuſſit abſtinere pontificialibus, fratremque ordinis Byrgeri in eius locum obtinuit conſecrari. Interim urbes VI. Sclauiae inuitant ducem Luneburgenſem, ut 400. lanceis Iutiam ingrediatur, uaſtaturus, ſed cum aliqua pauca diſcrimina feciſſent; Ibi dux Brunſwicenſis inuaſit terram ipſius. Per id tempus cum rex Ericus abeſſet apud Romanorum regem, & deinde in peregrinatione terrae ſanctae, & familia reginae Philippae multas naues in conſpectu (quibus uteretur ſi uellet) haberet: Igitur LXXV. nauibus perarmatis urbem Sundenſem ibant Dani exterrere. Quo cum ueniſſent, omnes naues in portu inuentas incenderunt, & crebris ictibus bombardarum in urbem iaciebant: ciues autem ſe continuerunt urbe. Sed cum iam Dani uellent recedere, ui uentorum detenti ſunt intra Penem fluuium. Interim uenerunt naues de Lubeca, & ſuperfuerant aliquot incendio, quibus praeparatis inuaſerunt Danos iam conſtrictos a mari & terra. Sed illi uiriliter pugnant, & ſe defendunt, attamen Sundenſes habuerunt aliquot ex nauibus Danorum, & aliquot demerſae fuerunt, caeterae fuga elabebantur. Vna autem de maioribus nauibus Danorum cum capta eſſet, & impoſiti in ea aliqui uiri, qui iam captos tutarentur, Dani, qui inierant, non ſatis obſtricti a uictoribus, uentum nacti ſecundum, abeuntes, cuſtodibus ſecum abdu-

Ciuitates D. Luneburg. in Danos concitant

Dani infeliciter Stralſundam tentant.

abductis pro captiuis. Cum autem rex rediret, grauiter eſt indignatus contra reginam, quod illud non procuraſſet, uel interdixiſſet negotium; addunt nonnulli impraegnantem tunc reginam indigne a rege attractam, inde mortem obiiſſe. Quod tenera mulier & praegnans, toruo etiam uultu poterat ſatis laedi. Vrbes interea, quae uocantur Sclauicae, diuturno bello in Danos fatigatae, & malis multiplicibus uexatae, ſaepe fecerunt mentionem & poſtulationem pro pace. Quippe quae nihil ſibi proficere poſſunt, niſi tutam nauigationem habent. Conſtitutus eſt locus in Nykiöping, miſerunt oratores ex unaquaque urbe. Diu tractatum eſt de compenſandis damnis & ſatisfactione in regem, eo quod foedera rupiſſent, deque ipſis reformandis. Haec omnia rex deponebat, ſed Roſtochienſes ſoli pacem a rege uoluere, eiusque conſtituta acceptauerunt, coeteris ſibi deliberandum dicentibus. Deliberatione habita cum maioribus, miſerunt omnium nominibus Sundenſem proconſulem, regi ſatis familiarem, qui cum eo cuncta perageret: ſed & ille, ubi regem in ſuam ſententiam flectere non potuit, tranſiuit in placita regis, pacem & ipſe pro ſua urbe approbans.

Reginae mors.

Ciuitates pacem ambiunt.

A. D. CIↃCCCCXXXI. Auxilio aliarum ciuitatum duces Sleswicenſes obſidebant Flensborrigh & montem, quod tandem obſeſſi ſe dederunt, fame eos ad hoc perurgente. Demum cum quidam miles Broderus Sund eſſet praefectus claſſi Danorum; uenerunt quatuor

Flensburg capitur.

Broderi Dani ſolertia.

magnae naues de Riga mercibus onuſtae pretioſis, quas aggreſſus Broderus tres ex illis cepit, quarta elabente in portum Lubecenſem. Dani alacres potiuntur rapina, praedam retinentes; mercatores, ut ſuo ſe aere redimant. Sed Lubecenſes dolum inſtruunt, ut Danis uicem rependant. Naues Riualiam petere ſolitas perarmant, impoſitis ſatellitibus adiungunt alias celeres ad curſum armatas, ſtipendiarios mercatoribus coniungunt, & naues mercatorias coeteras ſolis armatis ad pugnam implent, procedunt in mare; Sed Broderus ſinit primum maiores naues praeterlabi, poſtremas inuadere conſtituens. Sed inſiliunt armati latitantes, & fit pugna grauiſſima. Sed Broderus capitur cum multis aliis & Lubecam deducitur. Fama uolat, captum cum commilitonibus militem, qui nuper tres e Liuonia naues cepiſſet: ciuitas tota obuiam effunditur, hoſtem captum uidere percupiens, ſtatim omnes uinculis alligantur coguntúrque pro fortuna cuiusque aere ſe redimere; ſed miles Broderus diutius in uinculis manet, eo quod nauticus uir eſſet, qui laxatus quieturus non uideretur.

Broderi captiuitas.

A. D. CIↃ CCCC XXXIII. tentata eſt iterum concordia, miſſis in Daniam oratoribus Sclauicis ex quatuor urbibus, Lubeca, Hamburgo, Luneburgo, Wiſmaria in arcem Suineburg ad regem. Sed fruſtrati ſunt oratores, quia regem non uiderunt, nec ille uerba eorum dignabatur audire.

Legati ciuitatum non audi-ti.

A. D. CIↃ CCCC XXXIV. ciuitates uix treugas impe-

Fruſtra de

impetrare potuerunt. Eodem uero anno uel circa, conuentum Lubecae habuerunt mercatores de communione, Hanſe, tractantes, ſi aliquo modo pax poſſet fieri inter regem & duces Slesuici, quibus ducibus quatuor urbes Sclauiae deeſſe nolebant; ſed quia duces ducatum renunciare nolebant, nihil actum eſt. Eodem anno iterum miſſi ſunt proconſules IV. ciuitatum praedictarum in arcem Wartingborrig, ad regem, qui ſecum honoris hominum gratia ducebant duos pontifices, Verdenſem & Raceburgenſem. Rex autem aduocauerat ex amicis, principes Bauariae, Pomeraniae, Stetinenſis, Megopolenſis, Saxoniae duces, & de ſuis Lundenſem, Roſchildenſem, Aböenſem, Ripenſemque pontifices. Cum diu multumque inuicem contuliſſent: ſed tamen nihil uenit in medium, quod utrisque partibus placeret. pace actum.

A. D. CIↃ CCCC XXXV. iterum nauigabant ducum & memoratarum urbium oratores in Daniam in Warthingborrig, ubi diu tractatum eſt ſine ducibus, quibus quatuor ciues deeſſe nolebant, feudi ſucceſſionem obtendentibus, omni legitimo iure comprobatam. E contra rex cum proceribus regni Daniam non eſſe dicebant ſub Romano imperio, nec regnum haereditarium, nec ius & conſuetudinem Romani feudi agnoſcere, & ſic conceſſionem ducatus Gerardo factam non eſſe realem, ſed perſonalem, & pro hoc ſe habere ſententiam Romani imperatoris. Sed dum multi dies in eo tractatu ſine fructu conſume- Demum cum ciuitatibus & ducibus foedus initum.

ſumerentur, proceres regni iam dudum pertaeſi, & nihilominus timentes, ne ciuitates coniungerent ſe Suecis, qui iam contra regem ſe erexerant, & grauiores incumberent regno: ideo adeunt regem, eſſe tempus, dicentes, de pace cogitandi, & de treugis; multos ſuorum eſſe praeliis conſumptos, uaſtatas inſulas, nullam ſecuritatem incolas habere, ſemper ſuſpicantes hoſtes, ſuumquemque priuatum ſentire incommodum, obſecrantes, ut ſibi ſuisque conſulat ad temporum tranquillitatem: quorum conſiliis rex annuens, permiſit, ut ipſi conſtituerent de pace & treuga cum ciuitatibus & ducibus.

Ericus regno cedens theſaurum ingentem ſecum aufert.

A. D. CIↃ CCCC XXXVIII. regnis ceſſit Ericus, cum iam multis & uariis laboribus & incommodis affectus eſſet, eo ex die, quo primum eſt ingreſſus regnum. Nam diuturno cum ducibus Sleſuici & Sclauicis urbibus bello (ultra XXX. annos) ſucceſſit in Suecia noua perturbatio, cum ibi proceres nouum ſibi gubernatorem conſtituiſſent. Itaque tribus opulentiſſimis regnis ille ceſſit, plurimos theſauros regni ſecum aſportans, & Gothlandiam intrauit, ubi aliquot annis manſit. Aliqui dicunt eum expulſum, aliqui eum ſponte diſceſſiſſe. Tandem ibi diffidatus eſt a Carolo filio Canuti, quem iam Sueci erexerant ſuper ſe, & tandem obſeſſus. Sed Chriſtiernus rex eum liberauit; Suecis fugatis & partim occiſis, partimque captis: qui tandem rediit in ſuam Pomeraniam, ubi & mortuus eſt, & regnauit annis 41. Chriſtophorus

in Gothlandia obſeſſus a Chriſtiano I. liberatur.

Chriſto-

rus dux Bauariae, & comes palatinus, nepos praedicti Erici ex Germana ſorore in eius locum electus eſt in regem Daniae. phorus Bauarus electus.

A. D. ciↄ cccc xxxix. & ſtatim poſt paſchalia Lubecam intrauit, ibi quoque ad diem uiſitationis commoratus eſt, ſicque in regnum perductus & rex conſecratus Ripis in die circumciſionis dni per dominum Iohannem Laxmand archiepiſcopum. Coronatus. In cuius regni principio ruſtici Noriutiae uolebant regere & dominari, uilipendentes & contemnentes regem, clerum & proceres (ſub principe ſuo Henrico Thageſs: & interfectus eſt cum eis 1400. ita habet alius liber): quos in Iutia ſciuit conſpiratos & coniuratos, rex aggreſſus perdomuit, ac puniuit, aliquot (ſcilicet 2000.) occiſis. Ruſticos tumultuantes compeſcit. Per ea tempora dux Sleſuicenſis & comes Holſatiae Adolphus, qui difficili & diuturno bello pro eo ducatu cum rege Erico dimicaſſet usque ad nouiſſima ipſius regis tempora; acceſſit ad hunc Chriſtophorum iam nouum regem, poſtulans ab eo ducatum in feudum, qui attendens multa mala exorta pro concertatione ipſius ducatus, tempore auunculi ſui ipſius praedicti, ſimulque ſe nouum regem nec prolem habentem, cui conferret, nonnullis etiam aliis de cauſis & rationibus conceſſit ei ducatum in beneficium & oblata per praedeceſſorem eius Ericum denuo conceſſit. Adolphum Sleſuicenſem inueſtit. Limes ducatus ab aliquibus dicitur pons Coldingenſis; dux autem Adolphus accipiens de manu regis ducatum, homagium ei praeſtitit, & fidelitatis iuramentum.

Chriſtophori nuptiae.

A. D. CIↃ CCCC XLV. dominica ante Michaelis accepit hic Chriſtophorus in uxorem filiam marchionis Brandenburgenſis Iohannis, nomine Dorotheam & celebrauit nuptias in caſtro Haffniae. Multa per ea tempora ſunt innouata in regnis Daniae, Sueciae & Sclauicis urbibus & earum mercatoribus aduerſa. Chriſtophorus enim ipſe liuenti ſemper oculo Lubecam fertur aſpexiſſe, multumque undecunque theſauri congregauit, cum quo proceres ſuſpicabantur ipſum receſſurum, quemadmodum praedeceſſor eius & auunculus Ericus fecit: ſed ille perueniens ad extrema iuſſit adeſſe ex primoribus proceres. En inique, (ego morior), theſaurum, quem ego compoſui, arbitramini ut emitterem, habetis in illo loco, mihi eum impendere ſemper in animo fuit ad recuperandam regno urbem Lubecenſem, quae, ut audio, Danici iuris aliquando fuit.

Apparatus ad recuperandam Lubecam.

Mors. Chriſtianus I. coronatur.

Obiit Helſingborrigh Anno CIↃ CCCC XLVIII. regni ſui anno IX. in feſto trium regum, ſepultus eſt Roſchildis. Cui eodem anno ſucceſſit comes Chriſtiernus de Oldenborrigh & Delmenhorſt, nepos Adolphi ducis ſupradicti ex ſorore, in profeſto beati Michaelis in parlamento generali Lundis electus, & in monte Lybberrigshoygh confirmatus, cui dominus Thuo archiepiſcopus uexillum regni tradidit, & ſequenti anno circa feſtum Simonis & Iudae in eccleſia Haffnienſi in regem coronauit, ipſi inſignia regalia conferendo. Hic princeps magnificus, humaniſſimus & liberaliſſimus erat; quanquam enim

Virtutes Chriſtiani I.

enim multotiens multis poſſeſſiones, res, uitam, propter legitimos actus, patria proſcribere & adimere potuiſſet, deſtitit tamen, ſciens eſſe ſcriptum: regem bene regere uolentem, ſuper omnes miſericordem eſſe oportere.

Sueci audientes Danos elegiſſe regem ſibi, & ipſi ſimiliter Carolum filium Canuti erexerunt ad ſceptra, literis nec ſuis nec praedeceſſorum ſuorum, qui haec tria coniunxerant, deferentes. Et ſtatim Carolus obſedit Ericum Pomeranenſem in Wisby, ſed rex Chriſtiernus ueniens eum eripuit, Suecos fugauit, multis occiſis & captis & inſulam poſtea poſſedit. **Carolus Canuti a Suecis electus.**

A. D. CIↃCCCCXLIX. in die Olai regis Chriſtiernus dehinc nuptias fecit in caſtro Haffnienſi cum dna Dorothea, relicta Chriſtophori regina. Demum tenuit bellum cum Suecis, antequam eum eligere uoluerunt in regem, annis VIII.

Sed interim A. D CIↃCCCCL. coronatus eſt in regem Norwegiae in Trundhem in die S. Olai.

A. D. CIↃCCCCLII. Carolus rex Sueciae modicum ante Carniſpriuium Scaniam cum multis forte millibus hominum manu hoſtili fraudulenter intrauit, & magnam partem Scaniae combuſſit, & quaſi omnia bona ſedis archiepiſcopalis incinerauit, & curias epiſcopales Helſingborrig, Boreby, Wenpinge & Gatthöffte totaliter combuſſit. Sed archiepiſcopus cum ſuis eccleſiam & curiam Lundenſem manu armata defendit, cuius **Carolus Scaniam uaſtat.**

etiam famuli multos de comitatu Caroli captiuauerunt, tempore quo idem rex iacuit in Dalby; ſicque Carolus rediit in Sueciam, & in redeundo Gersſcherridt & Willantzherridt quaſi totaliter combuſſit.

A. D. CIƆ CCCC LV. Chriſtiernus obtinuit caſtrum Elfſsborrigh die apoſtolorum Petri & Pauli. Eodem anno natus eſt Iohannes filius Chriſtierni, & modicum poſtquam Scanienſes aedificauerunt caſtrum Danikholm circa Taffbröe.

Subacta Oelandia & Borringholm.

A. D. CIƆ CCCC LVII. rex Chriſtiernus fecit expeditionem in Oland & caſtrum Borringholm obſedit & tandem expugnauit, & cepit machinis & bombardis. Eodem anno miſit claſſem nauium in Findlandiam, & caſtrum Wyborig conflagrauit. Eodem anno Sueci Carolum regem expulerunt, qui nauigio uenit ad ciuitatem Danſchen, circa medium quadrageſimae.

Sueci Carolum eiiciunt,

& Chriſtianum in regem legunt.

Eodem anno Sueci elegerunt Chriſtiernum in regem, in feſto Iohannis in More Moraſteen, & coronatur poſtea in Vpſalia. Eodem etiam anno coronata eſt Margaretha filia regis, quae poſtea tradita eſt Scotorum regi in uxorem.

Adolphi morte ducatus Slesw. Daniae conſolidatus.

A.D. CIƆ CCCC LIX. die Barbarae Virginis obiit Adolphus Scleswicenſis dux & comes Holſatiae, nullo haerede legitimo ſui corporis relicto, & ducatus coronæ conſolidatur, quod diu a regibus per multos labores erat quaeſitum. Sed filii regis, Iohannes & Fridericus, eundem ducatum, patre moriente, denuo a corona ſeparatum inter ſe per partes diuiſerunt, ſicut

cut & Holſatiam, quod utique erit cauſa multorum malorum futuris temporibus, & mirum eſt, quod conſiliarii regni hoc permiſerunt. Videant, quanta mala ſub Erico Pomeranenſi exorta ex diuiſione ducatus a regno. De comitatu autem Holſatiae res peruenit in contentionem de iure ſuccedendi inter Chriſtiernum regem e germana ſorore Adolphi natum, & Otthonem de Schouenberg comitem, qui longiore quidem gradu diſtabat, ſed tamen ex maſculino latere. Holſati uero militares, tunc ſuum rati eſſe arbitrium eligere quem uellent, ſuper ea re conſultauerunt, & elegerunt Ripis Chriſtiernum regem A. CIↃ CCCC LX. ut eſſet comes Holſatiae in hebdomada Inuocauit, data a rege ingenti pecunia Otthoni, qui iuri ſuo renunciaret. **Holſati nobiles ipſi ducem legunt Chriſt. I.**

Dominus Iohannes archiepiſcopus Vpſalenſis captus fuit in caſtro Stockholm per Chriſtiernum regem de conſenſu & uoluntate potiorum militum regni Sueciae, & captiuus ductus nauigio ad caſtrum Haffnienſe circa feſtum Martini, & anno ſequenti liberatus. Poſtea Sueci rebellauerant, reuocantes Carolum regem, quem ante expulerant. Chriſtiernus autem pluries intrauit Sueciam non cauſa belli, ſed ut tractaret de pace, pro communi bono; unde & magnum damnum reportauit, quia Sueci habita oportunitate inuaſerunt exercitum eius; ſed ipſe eis uicem reddidit, maiora damna & caedes illis inferendo: ſemel habuit de il- **Res Sueciae.**

lis magnam uictoriam in Henliung, & obtinuit uexilla eorum quinque.

Chriſtiani in Suecos lenitas.

A. D. CIƆ CCCC LXX. iterum uenit in Sueciam pro pace habenda, & ut in regem acciperent eum, ſicut & ante elegerant. Cum autem diu poſtulaſſet in monte Grunchebierg bona reſponſa, ſicut Sueci quotidie ei promittebant; interim ipſi congregauerunt exercitum, & ſubito ſuper eum irruerunt, ubi multi ex utroque exercitu corruerunt. Plures etiam per quendam magnum & maleficum Monachum faſcinati & maleficiati ſe mari praecipites dederunt. Vbi etiam ipſe rex Chriſtiernus grauiter uulneratus eſt. Tandem conſiderans rex, Suecos nec fidelitatem aut iuramentum litteris uel uerbis praeſtitum ſeruare, & quia ipſe pacem & quietem diligebat, elongauit ſe ab eis, dimittens eos ſibi ipſis.

Iohannes electus.

Sabbatho Trinitatis idem rex Chriſtiernus fecit filium ſuum Iohannem eligi in regem in placito generali Scaniae Lundis. Et eodem anno Dnus Iuarus Abſolonis miles diffidauit Chriſtiernum regem, circa feſtum Pentecoſtes, & propterea rex circumuallauit caſtrum Sölisborrig & caſtrum Lilleöe obtinuit A. D. CIƆ CCCC LXVIII. circa medium quadrages. quod proxima aeſtate deſolatum eſt.

Iuarus quidam priuatus bellum regi indixit.

Legatus papae Marinus libros Gothicos conquiſitos ſecum aufert.

Circa idem tempus quidam legatus apoſtolicus, nomine Marinus, collegit ex Dania libros, quos a memoria Gothorum ibi diceretur reperiſſe.

Eodem

Eodem etiam tempore rex Chriſtiernus circa feſtum Iohannis Baptiſtae IV. Anglicorum naues de Pruſſia nauigantes cum rebus non paucis, eo quod proximo anno Angli in Islandia eius praefectum occidiſſent, detinet. Per idem tempus ſaeuiebat peſtis grauiſſima per urbes Sclauicas, cui ab hominum memoria nulla par erat lues, nullis ea remediis potuit placari, refugerat omnem opem medicam, potuerunt pauci ſuperare uim ueneni, beneficio naturae; ſed ubi manus medentis acceſſit, illico furens uenenum atrocius ſaeuiebat in omnem partem corporis, profuit abſtinere medicamentis, opem ferre non potuit ulla cura, multa hominum centena millia breui tempore periere hoc malo. Habuit autem rex Chriſtiernus duos fratres germanos, Gerardum & Mauritium, Gerardus habuit Oldenborrigh, Mauritius Delmenhorſt; & his rex dedit XL. millia - - - ut gratarentur, eo quod dicebant, ſe aeque ius habere in Holſatiam cum rege, nec diu ſuperfuit Mauritius. Gerardus autem omnibus modis & conatibus quibus potuit laborauit, ut excluderet regem Holſatia, ſed non praeualuit. Interdum captus fuit a rege, & aliquando capi potuit; Sed rex ſinebat eum recedere & elabi, quod Germanus eius eſſet.

Controuerſia cum Anglis.

Peſtis funeſta & immedicabilis.

Chriſtiani pius in fratrem hoſtem animus.

A. D. CIↃ CCCC LXIX. uel circa, conuenerunt rex & Sueci Lubecae, ut de pace tractarent, ſed nihil actum eſt; ubi Lubecenſes egerunt apud regem de multis incommodis & damnis, quae in mari mercatoribus ſuis per ſatellites

Regis tractabile in Lubecenſes ingenium.

tellites regis irrogata dicerentur, & qui erat humaniſſimus princeps, paſſus eſt ſe ſuperari, promiſitque damnificatis aliquot millia, oppidum Chilonem tradens illis in pignus.

Regis iter Romanum.

A. D. CIↃ CCCC LXXIV. rex Chriſtiernus deuotiſſimus uiſitauit limina apoſtolorum Petri & Pauli, excipitur ubique magnis honoribus, trium regnorum tutelis inſignis, & qui in ſua ditione teneret Gothos, quorum tam celebre nomen ab antiquo fuit per omnes prouincias, quorum opera Romae nunc uiſuntur, in dimolienda urbe, ſi uoluiſſent. Sed illi reliquerunt Romam, quam poſtea Italici Normanni de Apulia in eam deformitatem & uaſtitatem, quae hodie cernitur, poſtea perduxerunt. Romam ueniens, honorifice accipitur ab omnibus & a papa Sixto IV. ordinis minorum in palatium ſuſcipitur, & primo confeſſione facta abſoluitur a pontifice ab aliis peccatis, caſibus & cenſuris. Deinde contulit ei iurisdictionem, erigere & inſtituere in una ciuitatum regni publicum gymnaſium cum priuilegio, quod Haffniae poſtea ad effectum deductum fuit. Dehinc contulit ei multa priuilegia & ſanctorum reliquias pro capella ſua Roſchildis, multaque alia donaria. Fridericus autem imperator contulit ei Dithmarſiam, & erexit eam & Holſatiam in ducatum. Qua re comperta, Dithmarſi miſerunt nuncium, qui diceret imperiali maieſtati, eam terram eſſe ſubiectam eccleſiae Bremenſi, quae etiam ſuis in terram uteretur praefectis, laborauitque nuncius ille, ut reuocaretur illa donatio uel con-

Studia in eum papae & imperatoris.

Dithmarſia ei collata.

conceſſio, ſed non obtinuit. Deinde poſt aliquot annos rex uocauit Dithmarſos in Randeſsborrigh, & oſtendit eis imperiales litteras; quod terra eorum ducatui Holſatiae incorporatur, & quod iubentur regi & haeredibus ſuis legitimis reſpondere. Requiſiuitque ut praeſtarent homagii ſacramenta. Erat tunc quintus annus poſt impetrationem litterariam. Dithmarſi reſponderunt, terram ſuam ſubiectam eccleſiae Bremenſi, cuius etiam archiepiſcopi praefectos in ſua terra haberent; ad quod rex reſpondit: ſubiectionem, quam praetenderent, magis eſſe in uerbo quam opere, & praefectos in terra eſſe ad uanam ſpem, nihil adminiſtrationis, nihil obedientiae habere, quoties urgeatur illo refugere, non recognoſcere archiepiſcopum, niſi quoniam illis omnia bona ſunt tranquilla. Proinde pareant imperialibus litteris; hoc ſe facturum, quod neceſſarium fuerit, ad extorquendam obedientiam. Sed interuentu eorum, qui regi aderant in conſilio, annales treugae conſtituuntur pro deliberatione. Chriſtiernus autem rex rediens ab urbe Roma noua uectigalia inſtituit exemplo regionum, quas peregrinatus uiderat per Italiam perque ſuperiorem Alimanniam. Sed incolae Sclauicarum urbium allegabant priuilegia ſua ab olim indulta, promiſſionem etiam regis praeferentes, quod nullis nouis ab eo uectigalibus in futurum tempus grauarentur. Reſpondit rex, quod ex nouis ſuperuenientibus cauſis, ubi euidentia facti teſtaretur, poſſe

Dithmarſis datum deliberandi ſpatium.

poſſe conſtitutum odioſum antiquari. Quis enim ſibi legem dicit, a qua non liceat rationabilibus diſcedere cauſis? facile tamen coepto deſtitit princeps, ſemper humaniſſimus, & qui praeter profuſionem ſuarum rerum non haberet, quod in eo caperetur.

Nuptiae Iohannis cum Chriſtina Erneſti Saxonis filia.

Poſtea A. D. CIↃ CCCLXXXVIII. rex Chriſtophorus miſſis ſolennibus nunciis ad illuſtriſſimum marchionem Miſniae & ducem Saxoniae Erneſtum egit, ut filia eius Chriſtina, puella moribus & nobilitate praeſtantisſima, deſponderetur filio ſuo Iohanni, quam etiam Albertus dux Saxoniae & marchio Miſnenſis, germanus Erneſti inſigni agmine duxit per Roſtochiam, ibi nauigium inſcendens, & in Daniam ſe transferens. Multi cum eo fuere comites & pontifices. Octingentis equis ingreſſus, auratis curribus puellam regiam regio more deduxit, in Haffnia regia regni nuptiae ſunt peractae. Plura poſſunt ſcribi de illo illuſtriſſimo principe, ſed cauſa breuitatis iam dicta ſufficient.

A. D. CIↃ CCCC LXVIII. regularis obſeruantia, quae ad fratres minores, introducta fuit in Daniam, per reuerendum patrem, fratrem Laur. Brender, ipſo rege ad idem ſumme poſt regem coeli cooperante. Quam obſeruantiam fauit, protexit & auxit usque ad mortem totis uiribus & conatibus. Demum.

Chriſtianus moritur.

A. D. CIↃ CCCC LXXXI. XXI die menſis Maii altera die N. in caſtro Haffnienſi ex hac uita ad coeli faſtigia migrauit, ſepultus Roſchildis in capella ſua regia, regnauit laudabiliter

ter annis 33. uel 34. Cui ſucceſſit filius ſuus ſenior Iohannes, qui iam ante mortem patris coronatus erat rex. Hic non multum patri diſſimilis, imo in multis excedebat. Eodem anno fuit grauiſſima peſtis animalium, ita quod tertia pars periit, & magna caritas fuit.

Iohannes patriſſat.

A. D. CIↃ CCCC XCVII. Sueciam deuicit potenter, ubi & rex tandem coronatus eſt die Catharinae in Stockholm, ſed illi pro more conſpirauerunt in eum, ut plane interceptus fuiſſet ab eis, niſi Deus eum protexiſſet. Regina autem (ipſo euadente) diu obſeſſa fuit in arce Stockholm, & tandem arcem & ſe dederunt, atque aliquamdiu in regno (praeſtita fide) euagati, antequam recedere potuerunt. Eodem anno die diuiſionis apoſtolorum natus eſt Franciſcus filius eius Haffniae, qui tandem A. D. CIↃ D XI. obiit, ſepultus Otthoniae apud fratres minores. Rex autem Iohannes concepit magnam indignationem contra Lubecenſes, quod dicerentur agere occultis conſiliis & machinationibus, ut Sueci minime ei parerent, ſed magis rebellionem ipſi oſtenderent; quod ſciebat, ut non tam prompte rex de iuſtitia ſatisfaceret Lubecenſibus querulantibus, ſe damnificatos a Danis, rege tamen id ignorante.

Suecia ſubacta rebellis.

Regina capta.

Regis in Lubecenſes ira.

Hyems grauiſſima fuit; multae domus totaliter niuibus tegebantur, & homines deſuper inſidebant, & quadrigabant. Demum cum ageretur annus Domini CIↃ D. rex Iohannes cum fratre Friderico duce, iam dum diu

Infauſta in Dithmarſos expeditio multis.

diu Dithmarſis inſinuarunt literas imperiales, quod ſubiecti per imperatorem Holſatiae ditioni dicerentur: illi uero refragati ſunt, ad eccleſiam Bremenſem pertinere ſe contendentes, iam hoſtilia illis principes memorati nunciauerunt. Igitur rex cum fratre omnibus apparatis mouit in Dithmarſiam poſt principium Februarii, peditum, gregariorum i. e. Rythere pene 6000. praedicabantur eorum, qui ſtipendiis militaribus militarent.

Andres ſcriptor regis fuit ſuſpenſus. Caeterum ex Iutia, Freſia, Holſatia, ex oppidis & agris, qui acceſſerunt, numerari non poterant. Iam certa ſpe uictoriae uenerant nonnulli, ut pecuniam comparandis rebus ſecum ex praeda in zonis portarent, una cum ſigillis ad dandas literas, ubi pecunias expendiſſent equites. Splendidi a Holſatis, Iutis & omni Dania, illo ſplendore ibant in armis, quibus ſolent ad magnas nuptias properare, ſecum aurum in marſupiis deferentes. Acceſſerunt nonnulli ex marchia & Luneburgenſi & Brunſwicenſi terris. Nemo dubitabat, tantis uiribus Dithmarſos protinus ceſſuros, & ſi ad ſtatariam pugnam uentum fuiſſet, non erat ambiguum. Igitur cunctis ex re & pro temporum ac locorum qualitate conſtitutis magno agmine ducunt principes in terram hoſtilem XIII. Febr. & oppidum Melldorp occupant; fugre qui poterant. In alios omnis aetatis ordines eſt ſaeuitum, ut terrore excitato promptius ſe dederent. Miſerunt principes ſpeculatores, ex

ex quibus primus captus cogitur fateri, quo itinere hoſtes ſint egreſſuri. Id cum accepiſſent, proxima nocte fodientes uallum opponunt uenturis per lutoſiſſima itinera. Ibi aliquot hominum millia ſeruauere excubias. Alii locis aliis. Igitur peſſimo auſpicio mota ſunt caſtra die Lunae, qui fuit XVII. Februarii, multis reclamantibus, qui noſſent uadoſa itinera. Sed praeualuit concilium Capitaneorum de Guardia, qui praeceſſerunt, III. millia, cum ciuibus & agricolis magno numero. Sequitur agmen equitum, tam certam praeſumentium uictoriam, ut uehicula quoque poſt ſe uenire ſinerent. Per anguſtum quoque ſunt ingreſſi tramitem, quae res infinitam cladem peperit equeſtribus; nemo cogitabat periculum eſſe, ubi praeceſſerunt pedites de Guardia, ſed rem omnem habuerunt pro expedita. Lutuoſum ac profundum iter, ſeptum ex lateribus, grandibus foſſatis ſupra genua turbauit equites, qui in preſſura magna ibant, ſperantes & expectantes in ſolida peruenire.

Iam Dithmarſi poſt aggerem deliteſcentes tormentis miſſis ſonuerunt, non ſine diſcrimine uenientium. Primi tamen agminis pedites pluteos denſatos praeferebant, ſubiectisque haſtis tranſibant foſſata, etiam in ſolido conſtiterant, ſed anguſte ſtabant, ut pugnare non poſſent. Dies erat nebuloſa, pluuia grandini mixta, ſaeuientibus uentis de coelo pugnabatur. Terra autem crebris foſſis disciſſa non ſinebat aciem extendere aut excurſiones facere. Regia tormen-

ta iam erant collocata, ſed pluuia cum uentis impediente ſaxa immitti non poterant. Procurrerunt nonnulli ex Dithmarſis, ut euerterent, ſed freti ſunt interim agere, tute tonuerunt illi bombardis ruperuntque ordinem ſtantium peditum. Sed cum ambiri ſe ex hoſtibus cernerent Dithmarſi, pauci egreſſi non plures trecentis, aut ad ſummum quadringentis, pugnam conſerunt aduerſus tot millia hominum, luto & frigore & anguſto loco conſtrictorum. Tranſilientes incolae foſſas pugnauerunt pauci in multos, bis retropulſi reuertuntur, bis ex fuga ſe colligunt, & hoſtes loco captos frigore & luto madidos caedunt, detrudunt in foſſas. Deinde auxerunt aquam cataractis apertis, ut foſſarum nullum iam uideretur diſcrimen. Multi praetereuntes primi ex Guardia pedites fugam ineunt, in qua tamen multi caeduntur. Tunc animoſi effecti Dithmarſi in reliquam collectitiam manum adſtantem ex uiribus ruunt, ſaeuiunt, ad internecionem caedentes aut mergentes aquis, quae maxima turba fuit. Deinde inuadunt turmam equeſtriam, anguſto loco preſſam, nec ſe commouere potentem aut fugere. Nam antea pedites caeſi, poſtea ex parte curribus conſtricti, ex utroque latere foſſatis incluſi ſtabant immobiles, praeſente morte pallidi circumfuſi. Dithmarſi, ex latere lanceis & ſagittis, primum equos uulnerarunt. Iumenta, ubi ſenſerunt ferrum, ſaeuiunt, proculcant, deiiciunt ſeſſores, miſerabili caede occupantur, ſternuntur, conculcantur, merguntur

guntur & una ſtrage perimuntur uiri militares, nec gladium ſtringentes: fit ſtrepitus miſerabilis, & horribilis uapor, aſcendens ex cruore, oculos offuſcat. Principes ipſi cum multis elapſi ſunt, pluribus ignorantibus, quomodo euaſerunt (nam pluuius & nebuloſus aër, ſimul niues cum uentis, mixto ex cruore fumo, uiſum omnibus ademerunt.) Nam ne quisquam retrocederet, impediuerunt currus. Creditum eſt per denſa caeſorum & merſorum cadauera nonnullos euaſiſſe. Incredibile eſt memoratu, quanta trium horarum ſpatio ſit peracta caedes. Sed maior pars inuenta eſt ſine uulnere; quae res declarabat aquis ſubmerſos quam plurimos. Nemo ſatis explicat ordinem rei geſtae, omnibus de ſuo periculo conterritis, nebula, nox ingruens, bombardarum ſonus, & ipſorum iumentorum uapor exuberans uiſum ademere. Mox alii ex Dithmarſis ſecuti proſtratos nudauerunt armis, ueſtibus, zonis, marſupiis, & quos ſpirantes receperunt, trucidabant. Deinde ad extremum etiam camiſius nudauerunt. Hoc immaniſſimum crudelitatis genere ſaeuierunt in mortuos, aliquot millia peditum tumulauerunt, ſed equitibus hoc negauerunt. Inerant duo comites de Oldenborrigh, Adolphus & Ottho, milites quam plurimi tam Dani, quam Holſati, militares ſine numero, ipſe flos militiae Holſatiae periit infinito ſuorum gemitu, maxima commiſeratione omnium caeſorum numerum nemo explicat ſatis. Dithmarſi maxima dicunt, alii negant, ad pauca millia

redigentes. Cauſas iſtius caedis potes animaduertere ex iam dictis, ſcilicet ſuperbiam in proficiſcendo ad bellum & crudelitatem factam in Meldorp in omnes utriusque ſexus aetatis & ordinis. Tertia cauſa erat; militares iam adeo multiplicati erant, ut uix ſtatui ſuo neceſſaria plurimi haberent. Quapropter conſpirauerunt, ut aliqua bona eccleſiae adimerent, & inter ſe diuiderent, ſed morte praeuenti non perfecerunt, Deo ſic ordinante. Inſuper plurimi coniurauerunt in mortem illuſtriſſimi dni Iohannis regis, ut ipſi ſine rege regnarent, & bona coronae ſibi uſurparent, ad quod ſine dubio proſequutura erat exactio iniuſta & oppreſſio uiolenta pauperum ruſticorum. Sed Deus adiutor & protector pauperum hoc impediuit. Suecia uicta eſt per Iohannem regem & coronatus eſt Holm in craſtino S. Catharinae in eccleſia S. Nicolai. A. D. CIↃ CCCC XCVII.

Eodem anno Iohannes Broſtrop archiepiſcopus obiit & magiſter Burgerus cancellarius reginae Dorotheae fit archiepiſcopus.

A. D. CIↃ D XIII. Cal. Maii. obiit rex Iohannes in caſtro Aalborrig.

A. D. CIↃ CCCC LXXXI. ſecundo die menſis Iulii natus eſt Chriſtiernus II. rex Daniae, filius Iohannis regis & Chriſtinae reginae.

A. D. CIↃ CCCC XCV. obiit Dorothea regina Daniae circa Martini.

A. D. CIↃ CCCCC I. fuit captiuata domina Chriſtina regina in Suecia per triennium.

A. D. CIↃ D XXI. circa feſtum conceptionis Mariae

Mariae obiit - - - ſepulta Otthoniae apud uirum & filium, poſt feſtum Canuti ducis, & eodem anno fuit horrida tempeſtas dominica Oculi.

A. D. CIↃ D XV. nobilis uir Torbernus Oxe decollatur.

A. D. CIↃ D XVIII. in profeſto cathedrae Petri eſt natus Iohannes, primogenitus Chriſtierni regis.

A. D. CIↃ D XIX. obiit Domicellus Maximilianus, ſecundus genitus Chriſtierni regis & ſepultus apud fratres minores Haffniae.

A. D. CIↃ D XX. obiit Philippus tertio genitus Chriſtierni, ſepultus apud fratrem Haffniae.

A. D. CIↃ D XXII. Helſingöer comburitur.

A. D. CIↃ D XXIII. feria tertia poſt Quaſimodogeniti i. e. die Tiburtii Chriſtiernus ſecundus rex Daniae, Sueciae & Norwegiae cum regina Elizabeth, liberis, & immenſa auri & argenti multitudine ceſſit regnis, & petiit exilium. Nam tunc Iutia tam uulgares quam nobiles cum Lubecenſibus erexerunt ſe contra regem, & de Dania exturbare nitebantur, ſed audiens prophetiam, quod expelleretur; ſponte receſſit.

A. D. CIↃ D XVIII. rex Chriſtiernus miſit claſſem CXX. nauium contra Suecos, ſed parum profecit. Sed A. D. CIↃ D XX. potenter Sueciam debellauit & obtinuit.

A. D. CIↃ D XX. rex Chriſtiernus habuit bellum cum ciuitatibus.

NVM. VI.

Ex eodem codice.

ANno Domini cIɔcxxx. interfectus eſt S. Canutus Ringſted a Magno Nicol. fil.

A. D. cIɔcxxxi. bellum fuit Ialing inter Nicolaum & Ericum.

A. D. cIɔcxxxii. bellum fuit Syre, & in utroque fugit Ericus.

A. D. cIɔcxxxiii, fractum eſt caſtrum Haraldi Roskild.

A. D. cIɔcxxxiv. Roskild depopulata eſt.

A. D. cIɔcxxxv. Nicolaus rex fugit & Magnus filius eius interfectus eſt & ſex epiſcopi, unus de Suecia, alter de Sialand, quatuor de Iutia.

A. D. cIɔcxxxviii. mortuus Auerus epiſcopus & electus eſt Eskillus.

A. D. cIɔcxxxix. Ericus Emum interfectus eſt, & ſucceſſit ei Ericus Lamb.

A. D. cIɔcxl. ſurrexit Olaus filius Haraldi contra Ericum.

A. D. cIɔcxli. Eskillus archiepiſcopus poſuit Olao obſides.

A. D. cIɔcxlii. bellum fuit ter in die Dysling. Vno anno decies ter pugnauerunt, & ſemper fugit Olaus ante Ericum.

A. D. cIɔcxliii. Olaus interfectus eſt.

A. D. cIɔcxliv. Ericus duxit ſororem Hartoici, epiſcopi Bremenſis.

A. D. cIɔcxlvii. Ericus Lamb monachus obiit Otthenſe.

A. D. cIɔcxlviii. Suen electus eſt in Scania, Canutus in Iutia.

A. D.

A. D. CIↃCXLIX. captus eſt Eskillus archiepiſcopus a Suenone.

A. D. CIↃCL. bellum fuit Slangetorp & fugit Canutus.

A. D. CIↃCLI. bellum fuit Wiborg, & iterum fugit Canutus.

A. D. CIↃCLII. exulauit Canutus in Sueciam & in Ruſſiam.

A. D. CIↃCLIII. Canutus aſſumpta militia de Saxonia pugnauit contra Suenonem apud Gierbec & fugit.

A. D. CIↃCLIIII. deſponſauit Waldemarus Sophiam ſororem Canuti.

A. D. CIↃCLV. rediens de Saxonia Sueno cum duce Henrico, & fuga accepta dux cum rege iter quindecim dierum ueniendo, ſub compendio dierum fugiendo compleuerunt.

A. D. CIↃCLVI. rex Canutus interfectus eſt Roſchildiae in uigilia S. Laurentii.

A. D. CIↃCLVII. Sueno interfectus eſt in Grathe, in die ſancti Seuerini, & Waldemarus obtinuit monarchiam Daniae.

A. D. CIↃCLXI. conuentus miſſus eſt in Soram.

A.D. CIↃCLXIII. natus eſt rex Canutus, filius Waldemari primi.

A.D. CIↃCLXVII. Burrius captus eſt.

A.D. CIↃCLXX. Rö a Danis acquiſita eſt, & ad fidem conuerſa. Natus eſt Waldemarus, filius Waldemari IV. Calend. Iunii.

A. D. CIↃCLXXI. ſanctus Thomas martyrizatus eſt. Sanctus Canutus dux & martyr translatus eſt.

A. D. CIↃ C LXXII. rex Canutus coronatur in regem.

A. D. CIↃ C LXXIII. obiit Chriſtophorus dux Iutiae.

A. D. CIↃ C LXXXI. rex Waldemarus occurrit imperatori Friderico apud Trauen, ubi duas filias ſuas maritauit, unam filio imperatoris, aliam comiti Sifrido.

A. D. CIↃ C LXXXII. mortuus rex Waldemarus, filius ſancti Canuti ducis.

A. D. CIↃ C LXXXIII. expeditio ad Wolgaſt.

A. D. CIↃ C LXXXVIII. dux Waldemarus fit miles.

A. D. CIↃ C XCI. expeditio ad Finnland & eſt uicta a Danis.

A. D. CIↃ C XCII. epiſcopus Waldemarus fugit e Dania.

A. D. CIↃ C XCIII. idem reuerſus eſt & captus.

A. D. CIↃ C XCIV. prima expeditio in Holſatiam. Comes Adolphus ſubditus eſt poteſtati regis Canuti, & coactus eſt pecuniam dare.

A. D. CIↃ C XCVIII. Sophia Regina obiit.

A. D. CIↃ CC I. mortuus archiepiſcopus Abſalon.

A. D. CIↃ CC II. comes Adolphus captus eſt. Rex Canutus mortuus pridie Idus Nouembr.

Comes Albertus miles factus eſt.

A. D. CIↃ CC IV. expeditio facta eſt in Norwegiam per regem Waldemarum, qui Erbingum filium regis Magni conſtituit ibi regem, & Adolphum fecit ducem.

Mor-

Mortuus epiſcopus Omerus undecimo calend. Aug.

A. D. cıɔ ccv. rex Waldimarus uxorem duxit filiam regis Boemiae.

Expeditio facta in Sclauiam.

A. D. cıcccvı. epiſcopus Waldemarus liberatus eſt.

Dani Albim transeuntes Orthenberrig, acquiſitam deſtruxerunt.

A. D. cıɔ ccvıı. rex Waldemarus obtinuit Buzeborrig, quod deſtruxit; ibidem ei occurrit rex Ottho, cum quo miſit milites.

A. D. cıɔ ccvııı. rex Waldemarus milites miſit Brunſwich in auxilium regis Otthonis contra Philippum regem.

A. D. cıɔ cc ıx. epiſcopus Waldemarus eiectus eſt a ſede Bremenſi, & tandem excommunicatus.

Natus eſt Waldemarus, filius regis Waldemari.

A. D. cıɔ cc x. expeditio facta eſt in Pruſſiam & Semland.

Ericus rex Sueciae uxorem duxit - - ſororem regis Waldemari.

A. D. cıɔ cc xı. caſtrum Dnuin aedificatum eſt a Danis.

Interfectus eſt Philippus rex,

& pons ultra Albim factus eſt.

A. D. cıɔ cc xıı. regina Danorum Margaretha diſcedit.

A. D. cıɔ cc xııı. mortuus eſt Iohannes filius Esberni.

A. D. cıɔ cc xıv. mortuus Olaus Ripenſis epiſcopus.

Rex Waldemarus Woremund deſtruxit.

Secundae nuptiae regis Waldemari celebratae ſunt cum filia regis Portugalliae.

A. D. cıɔ cc xv. rex Waldemarus in Samſöe cum melioribus regni colloquium habens, fecit eos fidelitatem iurare filio ſuo Waldemaro, & omnes ei homagium fecerunt. Poſtea in placito Wibergenſi in regem eſt electus.

Waldemarus Henricum palat. Otthonis IV. imp. ſubigit.

A. D. cıɔ cc xvi. Gelu ſuper Albim uiam praebente, rex Waldemarus tranſiens terram comitis Henrici palatini incendio uaſtauit, donec habitatores terrae cum ipſo compoſuerunt, & pro pace habenda pecuniam dederunt, & obſides poſuerunt, & quod nunquam ſe ei opponerent promittere ſunt coacti.

Natus eſt Ericus filius regis Waldemari.

Diſſenſio facta eſt in Anglia inter regem Iohannem & ſuos.

Rex Waldemarus ducatum dedit filio ſuo.

A. D. cıɔ cc xvii. comes Albertus ex mandato Waldemari regis caſtrum ſuper amnem conſtruxit. Filia comitis Gucelini nubit N. filio regis Waldemari.

Palatinus Henricus & Gerardus Bremenſis archiepiſcopus regi Waldemaro apud Sleswich occurrunt.

A. D. cıɔ cc xviii. mortuus eſt Ottho imperator. Rex conuocans regni ſui primores quindecim epiſcopos, tres duces, totidemque comites, quam plures abbates, filio ſuo Waldemaro apud Sleswick in die S. Iohannis baptiſtae diadema regni dat.

A. D.

A. D. cIɔ cc xix. indicta eſt expeditio ſuper paganos ad Eſtoniam.

A. D. cIɔ cc xx. obiit Beringaria regina.

A. D. cIɔ cc xxii. Gonerus abbas Carae inſulae electus eſt in epiſcopum.

A. D. cIɔ cc xxiii. Waldemarus rex, & Waldemarus filius eius capti ſunt.

A. D. cIɔ cc xxvi. ſoluti ſunt duo reges.

A. D. cIɔ cc xxx. obiit Tuuo, Ripenſis epiſcopus. Electus magiſter Gonerus.

A. D. cIɔ cc xxxi. obiit Waldemarus tertius & regina eius - - - Ericus rex conſecratur.

A. D. cIɔ cc xxxiv. obiit Nicolaus cancellarius regis, Eligitur praepoſitus Tuco.

A. D. cIɔ cc xxxvi. obiit Waldemarus epiſcopus monachus in Luch.

A.D. cIɔ cc xxxvii. dux Abel duxit filiam comitis Adolphi in uxorem.

A. D. cIɔ cc xxxix. Ericus rex duxit in uxorem filiam ducis Saxoniae.

A. D. cIɔ cc xli. obiit Waldemarus II. rex Danorum.

A.D. cIɔ cc xlvi. interfectus eſt Thurns Styſen a propria familia.

A. D. cIɔ cc xlvii. monaſterium de Sora fere totaliter incendio deuaſtatum eſt.

A. D. cIɔ cc xlix. mortuus Nicolaus epiſcopus in Clarau alle, & Iacobus epiſcopus electus.

A. D. cIɔ cc l. mortuus Ericus rex Danorum, & Ericus rex Sueciae, & Olaus pincerna.

A. D. cIɔ cc li. mortuus Fridericus imperator, & comes Nicolaus.

A. D.

A. D. CIↃ CC LII. rex Abel interficitur in Friſia.

A. D. CIↃ CC LIII. Chriſtophorus rex deſtruxit Suinaburg.

A. D. CIↃ CC LIV. Iacobus epiſcopus Roſchildenſis fit archiepiſcopus.

A. D. CIↃ CC LVI. Petrus filius Ebbonis obiit.

Claues Ruſticorum praeualuerunt.

A. D. CIↃ CC LVII. Haguinus rex Norwegiae fuit in Dania.

A. D. CIↃ CC LVIII. bellum fuit Biſtorp inter regem & ruſticos.

A. D. CIↃ CC LIX. Iacobus archiepiſcopus captus eſt.

Chriſtophorus ueneno interfectus.

A. D. CIↃ CC LX. Iarmarus turpiter occiſus a muliere.

A. D. CIↃ CC LXI. bellum fuit Loheth inter regem & ducem Ericum.

A. D. CIↃ CC LXII. Margaretha regina ſoluta eſt cum filio ſuo Erico.

A. D. CIↃ CC LXIII. Petrus Finſund ſuſpenditur in Fionia.

A. D. CIↃ CC LXIV. rex uenit de captiuitate.

A. D. CIↃ CC LXV. Iacobus arehiepiſcopus fugit de Dania.

A. D. CIↃ CC LXVI. Guido cardinalis fuit in Dania.

A. D. CIↃ CC LXVII. mortua domina Ingeburgh de Callendeburgh.

A. D. CIↃ CC LXX. mortuus dnus Andreas pincerna, filius Olai.

A. D. CIↃ CC LXXI. Domicellus Nicolaus obiit.

A. D.

A. D. CIↃ CC LXXII. Ericus rex expugnauit ducatum Iutiae.

A. D. CIↃ CC LXXIII. Ericus rex duxit Agnetam, filiam marchionis.

A. D. CIↃ CC LXXIV. Iacobus archiepiſcopus obiit in Rugia.

A. D. CIↃ CC LXXV. Waldemarus rex Sueciae fugatur a regno.

A. D. CIↃ CC LXXVI. Waldemarus rex exulauit in Daniam.

A. D. CIↃ CC LXXVII. Trugothus fit archiepiſcopus Lundenſis.

A. D. CIↃ CC LXXIX. Domicellus Abel obiit in die Paſchae.

A. D. CIↃ CC LXXX. Trugothus archiepiſcopus Lundenſis obiit.

A. D CIↃ CC LXXXII. eccleſia S. Lucii Roſchildis miſerabili incendio periit.

Margaretha regina obiit.

A. D. CIↃ CC LXXXIII, Waldemarus factus dux Iutiae.

A. D. CIↃ CC LXXXV. Ericus rex cepit ducem Waldemarum.

A. D. CIↃ CC LXXXVI. Ericus rex occiditur in nocte Sanctae Caeciliae.

Waldemarus dux ſolutus eſt.

A. D. CIↃ CC LXXXVII. uitae ſchola miſerabili incendio deſtruitur.

Ericus rex coronatur.

A. D. CIↃ CC LXXXVIII. dnus Abſolon filius Andreae moritur.

A. D. CIↃ CC LXXXIX. Skiel Fiscköer & Thonborrig ab exulibus incenduntur.

A.D.

A. D. cIↄ cc xcII. Skielmo dapifer occiditur in perſona regis.

A. D. cIↄ cc xcIII tertia expeditio regis Norwegiae in Daniam.

A. D. cIↄ cc xLIV. Iohannes archiepiſcopus captus eſt.

A. D. cIↄ cc xcv. Iohannes archiepiſcopus liberatur.

A. D. cIↄ cc xcvI. Ericus rex duxit filiam regis Sueciae Magni.

A. D. cIↄ cc xcvII. Iſarnus capellanus domini papae fuit in Dania.

A. D. cIↄ cc xcvIII. Petrus dictus Hoſof, quondam dapifer, mortuus.

A. D. cIↄ cc xcIx. regnum Daniae ſupponitur interdicto.

A. D. cIↄ ccc. mortuus Iohannes, epiſcopus Roſchildenſis.

NVM. VII.

Ex eodem codice.

ANno Domini cIↄ cc Lxxiv. obiit Iacobus archiepiſcopus, & ſequitur Erlandus, unico ſedens anno.

A. D. cIↄ cc Lxxv. Soluitur interdictum per D. Iacobum Erlandi inductum.

A. D. cIↄ cc Lxxvii. bellum fuit in Schanöer inter Danos & Noricos & uictoribus Danis occiderunt ultra v. millia Norwagicorum.

A. D. cIↄ cc Lxxxiii. celebrauit epiſcopus Trugothus concilium prouinciale in Weyle.

Ericus coronatur.

Ericus filius regnum ſuſcepit in generali nobilium conuentu Nyborrig habito A. D.

cIↄ cc.

CIↃCCLXXVI. Et regni principes, excepto Stigotho marſchallo, eidem fidelitatis praeſtitere iuramentum.

A. D. CIↃCCLXVI. uenit Guido cardinalis in Daniam.

Eodem anno natus eſt Chriſtophorus ſecundus ex priori Erico.

Eodem anno Trugothus eſt a ſummo pontifice conſecratus archiepiſcopus.

A. D. CIↃCCLXXVII. rediit Romam Trugothus &c. Alibi ſic:

A. D. CIↃCCLXXIX. habitum eſt concilium prouinciale ab eodem Trugotho Weyle.

A. D. CIↃCCLXXX. moritur & ſequitur Iohannes Droſs.

A. D. CIↃCCLXXXIII. Waldemarus filius Erici factus eſt dux Iutiae, & Iacobus filius Nicolai comitis factus eſt comes Hallandiae in Orinborrigh.

A. D. CIↃCCLXXXIV. rex adiecit libris legis quosdam articulos, multis neceſſarios, in parlamento apud Nyborrigh. Aluerus agit piraticam, ut alibi.

A. D. CIↃCCLXXXV. idem Aluerus praedatus eſt Horſens & Kallendborrigh.

Eodem anno capitur Waldemarus dux Iutiae.

Et rex ſubuertit arcem Tunder.

Iacobus comes Hallandiae creatur eques aureatus ab Erico rege Norwegorum. Et Ericus dux Lalandiae eodem decoratur honore a Magno, Sueciae rege.

A. D. CIↃCCLXXXVI. ſoluitur Waldemarus dux Iutiae in parlamento apud Nyborrigh.

Et

Et eodem anno occiditur rex in Finderup.

Sicarii regis patriam populantur.

A. D. CIↃCCLXXXVII. pulſi fugatique occiſores regis in Norwegiam, toto in id regni conſentiente populo. Eodem tempore appulerunt Norwagienſes ad Lalandiam, ubi a terrae incolis plurimi ſunt interfecti; Verum poſt obſeſſum Nykiöbing diuertit Stigothus Marſchalcus ad regem Norwegiae, tunc apud Amage pauſitantem, & hoc in feriis ad Petri. Venit cum eodem & Otthen Helſtekorn. Sabbatho proximo una petierunt ſinumGrönſund,caſtrumque dni Wislaui de Rugia diu noctuque impugnauere, plurimisque Norwagicorum interemptis, uelificantes, deinde Stubekiöbing combuſſerunt, tandem ipſo die aſſumptionis Mariae confuſi conſternatique in Norwagiam ſunt reuerſi.

Et cum rege Norw. Daniam populantur.

Eodem anno poſt ferias Iohannis baptiſtae rex Norwegiae Ericus cum ſuis acceſſit ad Alaborrig, ibidem quindecim diebus moram ducens, deinde a Suineborrig nauigantes, eam incendio populabantur, & cum in itinere prius partem de Langeland igne abſumpſiſſent & ſpolio, pars reſidua pecunia & argento redemta eſt. Poſtea Norwagienſes ad Norwegiam exules ad arcem Hiolm dilapſi ſunt, arcemque ipſam una cum inſula Samſöe cibariis & commeatibus uariisque rei bellicae inſtrumentis inſtruxerunt.

Eodem anno rex Norwegiae Daniam impugnare cogitans inſtructa claſſe moram apud Akeröe per ſex ſeptimanas faciens rediit.

Sed

Sed interim exules Medelfur & Hinſeholm combuſſerunt.

A. D. CIↃ CC LXXXIX. rex Ericus Norwegiae Siellandiam ueniens cum exercitu combuſſit Skielskör, Forumborrig, Helſingöer, Nykiöbinge, aliasque inſulas.

Iohannes Krach epiſcopus Roſchildenſis.

Alff rotatus apud Helſingborrig.

A. D. CIↃ CC XC. a rege Erico Danorum miſſus exercitus in inſulam Hiſingiam, cuius dimidiam uaſtarunt partem. Eodem anno captus eſt archiepiſcopus, & omnes gratiarum & priuilegiorum Kiſerae uel literae in choro Lundenſis eccleſiae combuſtae ſunt. Captiuitas archiepiſc.

A. D. CIↃ CC XCV. Rano Ioenſon rotatus eſt.

Eodem anno archiepiſcopus clam euaſit de caſtro Söborrig.

Iſarnus uenit nuncius in Daniam ex Roma iuſſu Beneſacii octaui.

A. D. CIↃ CC XCVI. rex Ericus fecit nuptias cum Ingeborrig, ſorore regis Sueciae Byrgeri.

A. D. CIↃ CC XCIX. dominus Iohannes Grand & Iſarnus Romam redeuntes totum regnum ſuppoſuerunt interdicto feria S. Agathae, quod durauit annos IV. & X. hebdomadas. Interdictum.

A. D. CIↃ CCC. rex Ericus terram Roſtoch in ſuam redegit poteſtatem.

A. D. CIↃ CCC I. obiit D. Iohannes Krach epiſcopus Roſchildenſis &, caſſata electione cuiusdam Florentii, dnus archiepiſcopus praenominatus elegit dominum Olaum & confirmatum miſit ad eccleſiam Roſchildenſem, de Borenholmb.

A. D. CIↃ CCC II. facta eſt translatio dni Iſar-

ni de Rigenſi epiſcopatu ad Lunden, & dni Iohannis Grand praenominati de Lund ad Rigenſem, quem noluit acceptare; & hanc translationem fecit Bonifacius octauus. Hic Iſarnus ſedit annis VII.

Excommunicatio reuocata.

A.D. CIↃ CCC III. regnum Daniae abſolutum ab interdicto per eundem dominum Iſarnum Nyborrigh in coena domini, renouataque ſunt & iterum ſtabilita priuilegia ſedis & eccleſiae Sundenſis per praenominatum regem Ericum. Alibi ſic:

A. D. CIↃ CCC IV. rediit Iöen Lille de curia Romana, & abſolutus eſt rex ab excommunicatione. Obſeſſa fuerunt caſtra Hallandiae in hyeme, ſed non expugnata.

A. D. CIↃ CCC V. ſaeua peſtilentia & epidemia totum uexabat orbem.

A. D. CIↃ CCC VI. Magna Norwagicorum multitudo apud Thorumborg gladio & aqua periit, & in illo conflictu D. Iacobus Gellen eques auratus ſtrenuiſſimus hoſtilem inſiliens nauem incaute ſubmerſus eſt.

Exp. 3. Suecica.

A.D. CIↃ CCC VIII. rex Ericus in Natali dni ualidiſſimam expeditionem fecit in Sueciam, eam hoſtiliter deuaſtans, usque ad caſtrum Stegeholm, ſed rigidiſſima hyeme impeditus rediit; tandem factis treugis eodem tempore Dani primum coeperunt habere uſum capitiorum, dicta Kappe Hette, quod non ſolum caput tegebant, ſed & pectus capiebant.

Kappehette.

Hoc anno obiit Iöen Lille eques auratus Daniae praeclariſſimus. Iſarno ſucceſſit Esgerus. Iuel tunc factus epiſcopus Aruſienſis.

Hoc tempore Ericus miſit marſchalcum ſuum

ſuum Hermannum de Iutia cum expeditione magna contra Stralſund, nempe 80. Liburnos cum multis aliis nauibus & VII. millibus armatorum, praeter uulgares homines, & ſub anno M CCCC XV. in feſto Walburgis ciuitatem obſedit, deuaſtauitque omnem circum quaque regionem, & totam terram Rugiae usque ad ferias diui Martini. Expeditio Pomerenſis.

A. D. CIↃ CCC XXII. idem archiepiſcopus duos reges Danorum, Chriſtophorum & Ericum filium, ſimul conſecrauit in eccleſia Oremburg, & mox ſecundo a conſecratione die idem rex omnia iuramenta ſua, quae nomine regni praeſtiterat archiepiſcopo, uiolauit & rupit, illi omnia mala minando atque intentando.

Huius tempore idem rex anno regni ſui quarto, decimam omnium bonorum ſuorum nobilium in Dania recepit. Sed anno CIↃ CCC XXIII. expulſus fuit cum filio & filiis, regnabantque pro eis crudeliſſimi comites de Holſatia multis annis, uidelicet D. Iohannes in Scania, Hallandia, Bleckingia, Sialandia & Lalandia, Gerardus in Fionia, Iutia ſeptentionali & per totum Iutiae ducatum, & in omnibus inſulis eorundem. Qui quidem comites cum complicibus ſuis & famulis omnem ſubſtantiam, omnia Clenodia, & omne quod pulchrum erat uiſu in regno, ad partes exteriores abduxerunt. Comes tandem Gerardus interfectus in Iutia periit, & rex Chriſtophorus in regnum reuocatus, non ſine magna miſeria in caſtro Nykiöpinge mortuus eſt. Miſera Daniae facies ſub Chriſtophoro.

Clericorum arma & artes.

Esgerum ſequitur Carolus pius, praepoſitus Lundenſis de quo alias. Carolo ſucceſſit Petrus, hic pronunciauit & ſingulis annis pronunciari iuſſit in ſynodis ſententiam excommunicationis in eccleſiaſticarum rerum & perſonarum inuaſores, & libertatum earundem uiolatores & ſingulariter Leonis papae cenſuram legi iuſſit anno CIↃ CCC XXXVI. Idem celebrauit per omnes regni praelatos prouinciale concilium in Helſingborrig anno CIↃ CCC XV. In quo concilio concluſum erat de ſubſidio dando ei ex epiſcopis, qui modo in exilium deportatus fuerat.

A. D. CIↃ CCCC LXVII. ſabbatho Trinitatis ſereniſſimus rex Chriſtiernus primus curauit filium ſuum Iohannem eligi in regem Daniae in generali concione Scaniae, modo ille ſuperſtes patri fuerit.

Iuarus Abſolonis in ordinem redactus.

Eodem anno unus ex regni ſummatibus, Iuarus Abſolonis, eques auratus, diſſoluto fidelitatis iuramento & homagii uinculo hoſtemſe regi perpetuo futurum publice nunciari fecit, fidemque datam abdicans, hoſtem regis agit. His rex permotus caſtrum Syllesborrig, quod Iuarus ille tum habuit in feudatione, obſedit, obſidione etiam perſtrinxit caſtrum Lillöe, uno eodemque tempore. Verum eodem anno die S. Michaelis caſtrum Syllesborrigh pulſis occupatoribus obtinuit, caſtrumque Lillöe anno proxime ſequenti circa medium quadrageſimae in ſuam redegit poteſtatem, quod & in totum deleuit, ſolo adaequans.

Archi-

Archiepiſcopo Tuoni ſucceſſit D. Iohannes Brodſtorp, prius archidiaconus Lundenſis, regisque Danorum cancellarius, anno Dni. CIↃ CCCC LXXI. Qui ſedit annis XXVI. Hic ultra taxam communem dedit cardinali de Mantua aliam taxam maiorem, qui ad inſtantiam Chriſtierni regis, in Romana curia perſonaliter conſtituti, dimiſit Ioanni Brodſtorp ius ſuum. Archiep. Ioh. Broſtrup.

Hic Chriſtiernus in reditu ſuo a Romana curia diu in Agrippina Colonia moratus, eo tempore, quo Carolus Burgundiorum dux Nuſiam obſedit: ipſum imperatorem Fridericum & ducem confoederauit, amicosque fecit. Chriſt. I. Friderico imp. Carolum audacem reconciliat.

Idem Chriſtiernus in hoc reditu ſuo filio ſuo Iohanni regi Chriſtinam, filiam Erneſti ducis Saxoniae, duxit uxorem. Filio uxorem quaerit.

Idem archiepiſcopus Iohannes Brodſtorp multas & eas quidem nobiliores Lundenſis eccleſiae poſſeſſiones amicis ſuis aut in pignus dedit aut in feudum, quas poſt eius mortem D. Birgerus redemit & ad ſedem archiepiſcopalem reduxit, non ſine multis laboribus & contentionibus. Broſtrupii merita in eccleſiam nouercalia.

Obiit hic Iohannes Brodſtorp ſubita morte, in Flyginghe A. D. CIↃ CCCC XCVII. paulo ante ferias Diui Erasmi. Hic emit multa praedia, & multa immobilia bona pretioſa, etiam mobilia; ſed omnia iſta reliquit filiis & filiabus fratris ſui, caeterisque cognatis. Eius mors & nepotismus.

NVM. VIII.

Autore Nicolai Ioannis fil. archiepiſcopo Lundenſi.

Ex MSC. in membrana codice, qui olim fuit nobiliſſimi domini Aruidi Huitfeldii.

Tit. regum Daniae medii aeui.

ANno D. cıↄcıv. miſſum fuit pallium Lundis a Paſchali papa, procurante illuſtriſſimo rege Danorum, Sclauorumque Erico Egoth, duce Eſthoniae & domino Nordauingiae, reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino Aſcero, Lundenſi epiſcopo, Sueciae primati, qui ſedit annis xxxv.

Aſcerus epiſcopus Lundenſis.

Praelium Fodewicenſe.

A. D. cıↄcxxxv. bellum fuit in Fodewick in Scania, ubi Magnus rex Daniae & ſex epiſcopi cum eo occiſi ſunt, uidelicet unus de Suecia, unus de Selandia, & quatuor de Iutia, a fratre ſuo Nicolao rege, qui poſt modicum temporis a ſutoribus in Schleswigh occiſus eſt.

Nicol. R. D. a ſutore Slesw. occiſus.

Sueno Grathe.

A. D. cıↄclvı. Sueno Gratha, rex Daniae, Roſchildis fratres ſuos, uidelicet Conſtantinum & Canutum, occidit, Waldemaro ſolo retento.

Ioculatium malum epiſcopi Lundenſis.

Beneficiis penſatum.

A. D. cıↄcxlix. Eskillus archiepiſcopus captus eſt a rege Daniae Suenone & in eccleſia Lundenſi in ſparta ſuſpenſus eſt ſub teſtitudine. Qui tamen rex intercedentibus proceribus regni, iram Dei timens & ſententiam excommunicationis fugiens, praedictum archiepiſcopum ſoluit, ei eiusque ſucceſſoribus caſtrum Aahuſe cum uilla Aahuſienſi & Lynesherret cum ſuis pertinentiis perpetuo

petuo poſſidenda & regio etiam iure donauit.

A. D. CIↃ LXXXIX. per abſolonem archiepiſcopum Lundenſem & ſuffraganeos clericosque ſuos, Canutus Danicae eccleſiae concordatus eſt, & breuiarius ſcriptus eſt.

Abſalon archiep. Lundenſis.

Eodem anno Fridericus cardinalis, legatus papae, mortuus eſt in Dania & ſepultus eſt in eccleſia ſancti Laurentii Lundis.

A. D. CIↃ CCXIX. Waldemarus rex Daniae primus Eſthoniam multis interuenientibus bellis & laboribus a paganis obtinuit.

Waldemarus Eſtoniam ſubigit.

A. D. CIↃ CCXXVII. bellum fuit in Bornhouet in Holſatia, die beatae Mariae Magdalenae, inter illuſtriſſimum principem Waldemarum regem Danorum, ducem Eſthoniae, & dominum Nordauingiae, ex una parte; & ducem Brunſwicenſem ac Lybicenſes ex alia parte. Et magnis proditionibus intermediis Alemanni uictoriam habuerunt. Tanta fuit ibi ſtrages facta hominum & animalium, quod miles ſedens erectus in dextrario clypeum natantem in ſanguine hominum & animalium lauare potuerit. Et uictoria obtenta Nordauingi, Lubecenſes, & Holſati ab obedientia Danorum receſſerunt.

Clades Danorum ad Bornehoffet.

A. D. CIↃ CCLII. die apoſtolorum Petri & Pauli interfectus eſt Abel rex Daniae a Friſonibus in Gutlandia iuxta Mildebro. Et hoc habuit in poenam uindictae, quod prius ante duos annos interfecerat proprium fratrem in Hedeby.

Abelis R. D. interitus.

A. D. CIↃ CCLIX. Iarmarus princeps Rugianorum Selandiam deuaſtauit, procurante Petro Bangh,

Tumultus Iarmarini.

Bangh, epiſcopo Roſchildenſi, nepote eiusdem.

A. D. CIↃ CC LXVI. Guido cardinalis legatus fuit in Dania.

Sueci ad Orebro uicti.

A. D. CIↃ CC LXXV. bellum fuit in Orebro in Suecia inter Suecos & Danos, & fugati ſunt Sueci a Danis, die beatorum, Viti & Modeſti, martyrum.

Waldemarus R. S. captus. Magnus Ladelaos R. S. a Danis factus.

Eodem anno Stigothus Marſcalcus Daniae, qui prius bellum uicerat, captiuauit Waldemarum regem Sueciae, cum uxore ſua Margaretha, & depoſuit eum de ſede & potenter inſtituit Magnum fratrem Ladelaas loco ſui in regem, qui tres filios generauit, uidelicet Burgerum regem Sueciae, Ericum Finniae & Schmalandiae & Waldemarum Olandiae duces.

Fulmine pap. tacta Dania.

A. D. CIↃ CC LXXV. ſoluitur interdictum, per Iacobum Erlandi impoſitum.

Noruagi a Danis uicti.

A. D. CIↃ CC LXXVII. bellum fuit inter Danos & Noricos in Scanör, & praeualuerunt Dani & caeciderunt de Noricis ultra quinque millia.

A. D. CIↃ CC LXXIX. Trugotus archiepiſcopus celebrauit concilium Vedlae in Iutia.

A. D. CIↃ CC LXXXIII. diuiſus eſt ducatus Iutiae a regno Daniae.

Ericus trucidatus.

A. D. CIↃ CC LXXXVI. illuſtriſſimus rex Daniae Ericus dolo occiditur in Finderop Iutiae, a Iacobo comite, Stigoto Marſchalco & eorum complicibus, nocte ſanctae Caeciliae.

Sicarii fugati.

A. D. CIↃ CC LXXXVII. fugati ſunt dicti Iacobus & Stigothus cum Achone Cakae, cum eorum

eorum complicibus, propter mortem dicti regis Erici.

A.D. cIↄ ccxc. Hielm aedificatur.

A.D. cIↄ ccxciv. Ioannes Grand archiepiſcopus Lundenſis anno quarto pontificatus ſui per Chriſtophorum ducem Saxoniae & Hallandiae in propria curia Lundenſi captus eſt, & in Siborg Selandiae ductus ex parte fratris ſui Erici regis, dicti Menwit. Qui ſtatim rediens Lundas ſacriſtiam ſanctae Lundenſis eccleſiae fregit, & inde ſicut Nabogodnoſor in Ieruſalem omnia clenodia abduxit, & omnia priuilegia & litteras in medio chori Lundenſis comburi fecit, abſciſſis plumbetis & ſigillis. Qui quidem fratres, uidelicet rex & dux, talem conſecuti ſunt ultionem diuinam, tum propter captiuitatem archiepiſcopi, tum propter uiolentias eccleſiae Dei factas, quod uxor regis peperit xiv. pueros, xi. abortiuos & tres ſubitanea morte praeuentos: Dux uero, quatenus eiectus eſt de regno, & octo pueri regii ſimul cum eo mendicabant, uidelicet Byrgerus rex Sueciae & uxor ſua Margaretha, filiae ſuae Agnes & Catharina, dux & tres filii ſui, uidelicet Ericus, Otto & Waldemarus. Ipſe uero dux praedictus ad ultimum in Falſtria Nycopiae pauper & egenus mortuus eſt. Sacerdotii cum principatu in Dania contentio.

A.D. cIↄ ccc. renouata & reformata fuerunt priuilegia ſancti Laurentii in Nyborg a rege praedicto Erico Menwit. Pax.

A. D. cIↄ cccv. magna epidemia & mortalitas hominum fuit per uniuerſum mundum. Contagio.

Erici expeditio Suecica. Vis hyemis.

A. D. cIↄ ccc vi. rex Ericus totam Sueciam usque ad caſtrum Staegaet hoſtiliter deuaſtauit: & tanta fuit hyems, quod inter omnes inſulas Daniae & Sueciae omnes portus per xiv. ſeptimanas & ultra quaſi in ſolidos pontes conuerſi.

Tunc Dani primo habuerunt uſum capuciorum.

Erici R. D. expeditio Pomerana.

A. D. cIↄ ccc xv. Ericus rex Daniae praedictus miſit Marſcalcum ſuum Hermannum de Iutia cum expeditione magna uerſus Stralſund, uidelicet lxxx. liburnos cum multis aliis nauibus, & ſeptem millibus armatorum, excepto uulgo, & obſedit ciuitatem in profeſto Valburgis uirginis, & deuaſtauit omnes circumquaque regiones & totam terram Rugiae, usque ad feſtum beati Martini eiusdem anni.

A. D. cIↄ ccc xvii. idem rex decimam omnium bonorum nobilium in Dania intercepit.

Chriſtophorus rex D.

A. D. cIↄ ccc xxii. Esgerus archiepiſcopus duos reges Danorum ſimul in eccleſia VVorthingborgh, uidelicet Chriſtophorum & Ericum filium eius, conſecrauit. Et ſequenti die idem rex omnia iuramenta fidelitatis, quae praedicto archiepiſcopo & eccleſiae ſuae fecerat, rupit, & ipſum archiepiſcopum & ſuos diffidauit.

a clero deſtitutus. Regno expellitur. quod occupant & ſpoliant Holſati.

A. D. cIↄ ccc xxiii. expulſus fuit Chriſtophorus rex & filius eius de Dania, & regnabant pro eo crudeliſſimi domini comites Holſatiae multis annis, uidelicet Ioannes in Scania, Hallandia; Gerardus in Fionia, Noriutia & per totum ducatum Iutiae, cum

omnibus

omnibus inſulis earundem. Qui quidem comites & eorum complices & ſeruitores omnem ſubſtantiam & omnia clenodia, & omne quod pulcrum uiſu erat, ad partes exteras abduxerunt.

A. D. CIↃ CCC XXVI. liberata fuit Scania ab Holſatis. Et Carolus archiepiſcopus Lundenſis, concilio Scanienſium fretus, Sueciae regem Magnum in Scaniam, Hallandiam & Blekingiam introduxit.

Scania liberata.

A.D. CIↃ CCC XL. VValdemarus IV. filius Chriſtophori, rediens ab exilio, habitis nuptiis ſuis in Synderborg cum Hedewige, ſorore VValdemari ducis Iutiae, intrauit Daniam circa Pentecoſten; qui uiriliter debellando omnes Holſatos, Alemannos, Suecos & quoscunque alios de omnibus caſtris, munitionibus a mari usque ad terminos Sueciae eiecit e regno.

a R. D. Waldemaro reſtituta Dania.

A. D. CIↃ CCC XLV. VValdemarus rex Daniae hyemauit in Pruſſia, & directo tramite iuit ad terram ſanctam, & factus fuit miles per Ericum ducem Saxoniae, in ſepulcro domini, die beatae Mariae Magdalenae.

Waldemari D. R. expeditio Pruſſica & iter Hieroſolomitanum.

A. D. CIↃ CCC XLVIII. Magnus, Sueciae Norwegiae & Scaniae rex, intrauit Ruſſiam cum exercitu & apparatu magno & deuicit caſtrum Pikkenzart, in quo captiuauit regem Ruſſorum cum quingentis hominibus promiſcui ſexus.

Magnus S. rex Ruſſos uincit.

A.D. CIↃ CCC L. uniuerſalis epidemia fuit per totum mundum.

A. D. CIↃ CCC LIX. Iacobus Nicolai, archiepiſcopus Lundenſis, anno pontificatus ſui quarto,

Lundenſis captus.

quarto, Februarii die IV. captus eſt Aahuſiae cum omnibus ſuis in dolo, a rege Sueciae Erico. Ob cuius captiuitatem tanta infelicitas ſubſecuta eſt, ut poſt modicum temporis ipſe rex, uxor ſua Beatrix, primogenitus ſuus, & omnes conſiliarii ſui interierint, & pater ſuus Magnus, rex Sueciae, deductus ſit ad manus exterorum.

malorum in Suetia origo.

Scania a Waldemaro D. R. uindicata.

A. D. CIↃ CCC LXI. Waldemarus IV. Scaniam ualida manu intrauit & caſtrum Helſingborg in profeſto ſancti Knauti regis & martyris obſedit, & Scaniam totam, Hallandiam, Bleykingiam cum caſtris & munitionibus ſuis obtinuit, & regem Magnum de finibus illis expulit.

Et eodem tempore fuit magna mortalitas in Dania.

Albertus Mechlemburgenſis R. S.

A. D. CIↃ CCC LXIII. rex Sueciae Magnus, in medio regni ſui iuxta Enekobing, circa mediam Quadrageſimam, a nepote ſuo Alberto in dolo captus.

Waldemari D. R. iter Romanum.

A. D. CIↃ CCC LXIV. Waldemarus IV. tempore Vrbani papae IV. curiam Romanam cum ſolenni apparatu uiſitat.

Mercatura iacet.

A. D. CIↃ CCC LXVI. Nundinae in Skanor iterum diſſolutae erant, exceptis duobus Bode de Stethin unus quidem mercator non comparuit de iisdem.

Voluntarium regis D. exilium.

A. D. CIↃ CCC LXVIII. in coena domini Waldemarus rex ſe ipſum a regno expulit, nemine proſequente.

Caſus Magni archiepiſcop.

A. D. CIↃ CCC XC. Magnus archiepiſcopus e Fionia oriundus ſexto nonarum Martii cecidit de clauſura Aoſienſis caſtri, uulgariter dicta

ſta Smecken, & mortuus eſt, & Lundis ſepultus eſt.

A. D. cIↄ cccc vI. craſtino beatorum Criſpi & Criſpiniani martyrum dominus Ericus Daniae, Sueciae, Norwegiae, Sclauorum Gothorumque rex & dux Pomeraniae, celebrauit nuptias ſuas in curia Lundenſi cum regina Philippa, filia regis Angliae. Ericus Pomeranus Philippam Anglam ducit.

A. D. cIↄ cccc XL. Ericus rex Daniae, Sueciae & Norwegiae ceſſit regnis & intrauit Gothlandiam, ibi ad certos annos manendo, & dominus Chriſtophorus, dux Bauariae, eligitur in regem Daniae, Sueciae & Norwegiae, quem dominus Ioannes Laxman, archiepiſcopus Lundenſis in regem coronauit, tertio die circumciſionis domini. Regna deſtituit Chriſtophorus Bauarus.

A. D. cIↄ cccc XLVIII. Chriſtophorus Daniae, Sueciae, Norwegiaeque rex, in caſtro Helſingborg obiit circa feſtum trium regum. Obiit.

Anno eodem, in profeſto beati Michaelis Archangeli, dominus Chriſtiernus, comes in Oldinborg & Delmenhorſt, in regem Daniae in placito generali Lundenſi eligitur, & in monte Freloyeborg confirmatur; & Iuo archiepiſcopus Lundenſis dicto domino Chriſtierno uexillum regni tradidit; Et ſequenti anno circa feſtum Simonis & Iudae in eccleſia Hafnienſi in regem coronauit, ipſi inſignia regalia offerendo. Chriſtiernus II. electus coronatur.

A. D. cIↄ cccc XLIX. in die beati Olaui Wisby & Gothlandiam Dani obtinuerunt a Sueciis, quam ciuitatem & terram Sueci minus iuſte occupauerant. Gothlandia Daniae aſſerta.

A.D. cIↄ cccc LII. Karulus, rex Sueciae, modicum Karulus

tumultuatur in Succia. & Scaniam uaſtat.

dicum ante carnis priuium Scaniam cum multis millibus hominum manu hoſtili fraudulenter intrauit, & magnam partem Scaniae combuſſit, & quaſi omnia bona ſedis archiepiſcopalis incinerauit, & curias archiepiſcopales Helſingborg, Borby. VVerpinge & Geltoffte totaliter combuſſit. Sed dominus archiepiſcopus Iuo cum con-capitularibus & aliis eccleſiam & curiam Lundenſem manu armata defendit, rege Karulo moram per noctem trahente in Opager. Qui mane ſurgens intrauit Dalby, & ſic ad Sueciam redeundo, Giersherrit quaſi totaliter combuſſit. Item familiares domini archiepiſcopi multos de comitatu regis Caroli apud ciuitatem Lundenſem captiuauerunt, tempore quo rex Carolus iacuit in Dalby.

Löwenborg expugnata.

A. D. CIↃ CCCC LV. Chriſtiernus rex Daniae obtinuit caſtrum Löuenborg, die Apoſtolorum Petri & Pauli.

Daneholm ſtructa.

Et poſt modicum Scanienſes aedificauerunt caſtrum dictum Daeneholm circa Toffterou in Suecia in dioeceſi Liniopenſi.

Karulus e Suecia fugatus.

A. D. CIↃ CCCC LVII. Sueci expulerunt regem Carolum propter ſua demerita: & ipſe rex Karulus expulſus nauigio uenit ad ciuitatem Danske, circa medium quadrageſimae.

& Chriſtiernus electus.

Eodem anno Sueci elegerunt Chriſtiernum regem Daniae in regem ſuum, in feſto Ioannis Baptiſtae.

Wiborga capta & deſtructa.

Item caſtrum VViborg Findlandiae deuictum fuit per Danos & Suecos & obtentum & per incendium deuaſtatum.

Ordines

A. D. CIↃ CCCC LX. dominus Chriſtiernus

Ripis

Ripis electus fuit in ducem Sleſuicenſem Suyderiutiae & comitem Holſatiae per dominos dictorum ducatus & comitatus. Holſatici Chriſtiernum eligunt.

A. D. CIↃ CCCC LXIII. Iohannes archiepiſcopus Vpſalenſis captus fuit in caſtro Stockholmenſi per dominum Chriſtiernum regem, de conſenſu & uoluntate potiorum militum regni Sueciae & captiuus ductus eſt nauigio ad caſtrum Haffnienſe, circa feſtum Martini. Iohannes archiep. Vpſalenſis captus.

A. D. CIↃ CCCC LXVII. ſabbato Trinitatis ſereniſſimus rex Chriſtiernus fecit filium ſuum dominum Ioannem eligi in regem, ſi ipſum eundem ſuperuiuere contingeret, in placito generali Scaniae. Iohannes electus.

A. D. CIↃ CCCC LVII. dominus Iuarus Abſalonis, miles, diffidauit dominum Chriſtiernum regem circa Pentecoſten. Qui quidem rex circumuallauit caſtrum Söluisborg & caſtrum Littleo, & obtinuit caſtrum Soluisborg eodem anno. Iuarus Abſalonis in ordinem redactus.

Et obtinuit caſtrum Littleo Anno Domini CIↃ CCCC LXVIII. circa medium quadrageſimae, quod etiam deſolatum eſt anno ſequenti.

NVM. IX.

Ex antiquiſſimo in membranis deſcripto

DIARIO

Fratrum minorum in Wisby Gothlandiae.

ANno Domini DC LXXXVI. Longobardi exiuerunt Daniam, & fuerunt pro maiori parte Iutones. Fames praeualida ad hoc ipſos compulit, ſicut & Hun- Longobardorum origo Danica, & fata

Hunnos de Suecia. Accidit hoc tempore Suionis regis Daniae per ſortem electi. Primo uenerunt ad Gothlandiam, deinde ad Rugiam, ubi reliquerunt naues & ad Italiam deuenerunt, unde Lombardia dicitur terra eorum.

Tempore Caroli M. Apuliam intrauerunt, & ſunt ibi usque modo. Bellum fuit in Lenum in Weſtgothia inter Danos & Suecos tempore Waldemari II. regis Daniae, qui A. D. CIↃCCXIX. ſibi Eſthoniam ſubiugauit & ad fidem conuertit.

Waldemarus II Eſtoniam ferro ad fidem conuertit.

A. D. CIↃCCXXIII. captus eſt proditioſe rex Daniae VValdemarus cum filio ſuo VValdemaro a comite Henrico de Zueryn & abductus furtiue nonis Maii & regnauit annis XXII. & A. D. CIↃCCXXVI. liberatus eſt a captiuitate pro XL. millibus Marcarum puri argenti. Iſte cum filio pugnauit cum Lubecenſibus & Holſatis in Bornahouet & uictus fuit.

Eiusdem captiuitas & redemtio.

A. D. CIↃCCCXV. Dani cum Heraldo rege ipſorum ad fidem conuerſi ſunt.

Conuerſio Danorum.

A. D. CIↃXXVIII. ſanctus Olaus paſſus eſt.

A. D. CIↃCLX. ſanctus Ericus martyrizatus eſt.

A. D. CIↃCLXXXVII. combuſta eſt ciuitas Sigtonenſis a paganis, & Iohannes ſacerdos archiepiſcopus Vpſalenſis in Almörnſtorp ab iisdem occiſus eſt, & tunc ciuitas Stockholmenſis aedificata eſt.

Sueci ad fidem chriſtianam conuerſi.

A. D. CIↃCXLIV. Stephanus factus eſt primus archiepiſcopus Vpſalenſis.

A. D. CIↃCXLVII. Carolus rex interfectus eſt.

A. D. CIↃCCII. obiit Burgerus, primum dux regni Sueciae.

Hic

Hic nota, qui de Suenone rege Daniae nati ſunt.

Canutus rex & Martyr & Ericus Egothe, qui ſepultus eſt in Cypro inſula cum regina ſua. Quorum prior unum habuit filium nomine Carolum, comitem Flandriae, & duas filias, Ceciliam & Ingebert, quae nupſit Falquoni Suecorum nobiliſſimo, qui ex ea genuit filium nomine Magnum, poſtea regem Sueciae, & dominum Ladislas & VValdemarum. Ericus autem Egothe genuit Canutum ducem & martyrem, cuius filius VValdemarus genuit Rygizam reginam Sueciae, quae genuit Ericum regem Sueciae & VValdemarum. Suenonis D. R. Eſtriti dicti, poſteritas.

A. D. CIↃ CC VIII. bellum fuit in Lenom in Veſtgotia, pridie cal. Febr. ubi Suercherus rex fugatus eſt, & ſtrages Danorum magna facta eſt. Praelium Laenenſe.

A. D. CIↃ CCX. fuit bellum VI. cal. Aug. in Gielſtereen, ubi occiſi ſunt Suercherus rex & Falcho dux & multi nobiles. Suercheri interitus.

Eodem anno coronatus eſt ſanctus Ericus rex Sueciae & duxit uxorem Rygizam, ſororem regis Danorum.

A. D. CIↃ CC XVIII. VValdemarus II. rex Daniae in Sleswich coronatus fuit & anno ſequenti expeditio per eum facta eſt in Eſthoniam, & cepit Reualiam, & terras circumiacentes conuertit ad fidem. Waldemari II. bellum ſacrum Eſtonicum.

A. D. CIↃ CC XXVII. bellum fuit in Bornehouet inter Lubicenſes & regem VValdemarum, ubi rex fugatus eſt, & omiſit unum oculum, & nobiliores ex Danis capti ſunt. Cannae Danicae.

A. D. cIↄ cc xxiii. rex VValdemarus dolo captus eſt cum filio ſuo & ductus in Slauiam Et A. D. cIↄ cc xxvi. liberatus eſt

A. D. cIↄ cc l. electus eſt VValdemarus germanus Magni ducis, in regem Sueciae.

A.D. cIↄ cc liv. obiit Ingeburgis duciſſa Sueciae, & natus eſt Benedictus II. epiſcopus Lincopenſis & dux Findlandiae.

Praelium Howenſe. A. D. cIↄ cc lxxv. praelium fuit in Hoef inter VValdemarum regem Sueciae & fratrem ducem Magnum, ubi uictoria ceſſit duci M. & VValdemarus fugatus eſt in Norwegiam & dux in regem eſt electus & coronatus Vpſaliae in die Pentecoſtes A. D. cIↄ cc lxxvi.

A. D. cIↄ cc lxxvi. in feſto ſancti Martini idem rex duxit dnam Helgewick filiam comitis Holſatiae in uxorem & nuptiae fuerunt in Calmarnia.

Erici VI. D.R. expeditio Suecica. A. D. cIↄ cc lxxvii. intrauit Ericus rex Daniae VVeſtgotiam, uolens iuuare VValdemarum regem contra fratrem ſuum & uenit in Axaual, ſed facta ſuis quadam confuſione & detractione apud Ethagi, confuſibiliter reuerſus eſt ad Daniam, & eodem anno reconciliati ſunt rex Magnus & dnus VValdemarus, ita quod VValdemarus haberet VVeſtgotiam & Oſtgotiam, dnus autem Magnus partes ſuperiores & ipſe rex diceretur, & non VValdemarus.

Waldemarus R. S. regno cedit. A.D. cIↄ cc lxxix. reſignauit dnus VValdemarus rex, partem ſuam de regno ad manus fratris ſui regis Magni, & in Daniam propter quandam Chriſtinam receſſit.

A. D. cIↄ cc lxxx. natus eſt regi Magno Byrgerus

gerus primus filius, ſortitus eſt nomen auunculi ſui, qui poſtea in regem Sueciae coronatus eſt.

Eodem anno in menſe Auguſto in caſtro Stockholm decollati ſunt dnus Iohannes, dnus Burgerus, filius Philippi, & dnus Iohannes ſororius eorum & Hollmusherus miles & multi alii per regem Magnum.

A. D. CIↃCCLXXIV. electus eſt in regem Sueciae - - - Burgerus, filius regis Magni, & Ericus frater eius factus eſt dux Findlandiae.

Eodem tempore dnus Aluerus de Norwegia multas naues cepit cum aliis Noricis. Et multas uillas in Dania ſpoliauit, & fuit guerra inter Noricos & Lubecenſes & alias ciuitates maritimas, ſed ſequenti anno treugae receptae ſunt inter Lubecenſes & Noricos & reconciliati ſunt per regem Magnum Calmarniae in feſto Michaelis. Sed An. Dom. CIↃCCXC. idem Aluerus, cum iterauit malitiam ſuam ſpoliando naues, per dnum Thorſteſön dapiferum regni Daniae iuxta Helſingburg rotatus. Aluerus nobilis pirata Noruagus.

A. D. CIↃCCLXXXVI. dnus Benedictus dux Findlandenſis in Stockholm in epiſcopum Lyncopenſem conſecratus eſt.

A. D. CIↃCCLXXVIII. captus eſt dnus VValdemarus frater regis Magni & poſitus in caſtro Nycopiae.

Eodem anno fuit magna guerra in Gothlandia inter ciues VVisby & Bondones terrae, pugnaueruntque ad inuicem in menſe Aprili, tertio Sabbatho poſt Paſcha, & uicerunt ciues, in cuius facti memoriam fit Bellum ciuile Gothlandiae.

 pro-

proceſſio per ciuitatem cum imagine beatae uirginis; & tandem reconciliati ſunt per dominum regem Magnum, & permiſſum eſt ciuibus murare ciuitatem.

A. D. CIↃ CC LXXXIX. dnus rex Magnus fecit filium ſuum Byrgerum militem, & ducem Brunſuicenſem in Stockholm, & multos alios nobiles tam de Alemannia quam de Suecia. Et tunc uenerant ſorores S. Clarae in Stockholm.

Mortualis Magno Ladelaas R. S.

A. D. CIↃ CC XC. in menſe Decembri XV. calend. Ianuar. in VVyſingzö obiit uir magnarum uirtutum & memoria digniſſ. rex Magnus dictus Ladelaas, & regnauit Byrgerus filius pro eo XI. annum agens aetatis, cum regnare coepiſſet.

Byrgerus R. S. Kareliam ſubactam Chriſto uindicat.

A. D. CIↃ CC XCIII. expeditio Burgeri regis Sueciae facta eſt in Kareliam & Karoli fidem ſuſceperunt, & facti ſunt tutelarii domino regi Sueciae, & aedificatum eſt caſtrum Wiborgh in Karelia.

A. D. CIↃ CC XCIV. celebratae ſunt nuptiae dni Burgeri regis in Stockholm, cum filia Erici regis Daniae poſt interfecti crudeliter in Iutia.

A. D. CIↃ CC XCIX. obiit Ericus rex Norwegiae & frater eius Haquinus in regem eſt electus.

Eodem anno totum regnum Daniae fuit ſub interdicto propter archiepiſcopum, per regem captiuatum. Coronatus eſt Burgerus rex Sueciae in Sudercopia.

A. D. CIↃ CCC IV. guerra fuit inter regem Byrgerum & dnos duces Ericum & Waldemarum

marum, & fugati ſunt de regno in Norwegiam & rex Byrgerus obtinuit caſtrum Daleborgh.

A. D. cIɔ ccc v. combuſta eſt tota ciuitas Sudercopenſis & duces ad regnum ſunt reuocati.

A. D. cIɔ ccc vi. captus eſt Burgerus rex, regina & liberi ejus in Ratunum per dominos duces in die Michaelis.

A. D. cIɔ ccc viii. Byrgerus rex dedit fugam in Wysby, deinde in Daniam, ibique cum ſuis latitabat. Interim duces deuaſtauerunt Scaniam.

A. D. cIɔ ccc x. rex Daniae intrauit Sueciam cum omni potentia aſcendens usque ad Nyköping, ubi moratus aliquibus ſeptimanis, cum nihil proficeret ipſe, & ſui Dani inglorii redierunt.

A. D. cIɔ ccc xi. combuſta eſt fere tota ciuitas Wisbycenſis & pax reformata eſt inter Birgerum regem & duces.

A. D. cIɔ ccc xii. celebratae ſunt nuptiae duorum ducum apud Asloyam, quorum primus uidelicet Ericus filiam S. regis Haquini, ſecundus ſcilicet Waldemarus duxit filiam Erici regis, fratris dicti regis Haquini prius mortui.

A. D. cIɔ ccc xiii. duciſſae cum magno honore intrauerunt regnum Sueciae. Eodem tempore Byrgerus rex armata manu cum exercitu ſuo intrauit terram Gothlandiam & reuerſus eſt cum magna deiectione.

A. D. cIɔ ccc xiv. iii. Id. Maii tota ciuitas Wisbycenſis combuſta eſt.

A. D. cIↃ ccc xviii. iii. Id. Decembr. captiuati ſunt Nycopiae duces Ericus & Waldemarus & ibidem ſame & inedia affecti uinculati moriuntur.

Immediate poſt in menſe Februarii A. D. cIↃ ccc xviii. praeliatum fuit in Karbely Lange cum Byrgero rege, ubi multi Weſtgothi ceciderunt.

In aeſtate ſequenti deſtructi ſunt Stoecheborg & Nycoping.

Et Magnus domicellus, filius Byrgeri regis captiuatur in Stacheborg, & Iohannes dictus Bruncha dapifer regis Burgeri rotatur apud Stockholm. Inſuper Burgerus rex cum uxore & liberis fugam petiit, & amplius Sueciam non intrauit.

A. D. cIↃ ccc xix. viii. Idus Iulii Magnus filius Erici ducis quartum aetatis annum agens, apud Moraengh iuxta antiquum modum Sueciae in regem eſt electus.

Et Magnus domicellus filius Burgeri regis apud Stockholm decollatur.

A. D. cIↃ ccc xxxii. rex Magnus de conſenſu archiepiſcopi Lundenſis & Scanienſis redemit Scaniam de comite Iohanne pro xxxiv. millibus marcarum puri.

A. D. cIↃ ccc i. Chriſtophorus rex Daniae per Gerhardum comitem Holſatiae de Dania turpiter eſt expulſus. Nam Scaniam & Selandiam comes Iohannes occupauit, Iutiam totam ac alias partes comes Gerardus poſſedit.

A. D. cIↃ ccc xxxv. in Stockholm coronatus eſt rex Magnus, filius Erici ducis, cum conſorte

ſorte ſua Blancha, filia comitis Nemaronſis, a dno Petro archiepiſcopo Vpſalenſi.

A. D. CIↃ CCC XXIX. Gerardus comes Holſatiae a Nicolao Elbeſön Iutone noctu interfectus eſt.

A. D. CIↃ CCC XLIV. praedicatores receperunt locum in Stockholm.

Eodem anno in feſto Nicolai domicellus Ericus, patre uiuente dno Magno in regem Sueciae eſt electus, & frater ſuus domicellus Haquinus factus eſt rex Norwegiae, & poſtea diſſenſio magna facta eſt in regno Sueciae.

Nota quod A. D. CIↃ CC LXXXVII. occiſus eſt Ericus rex Daniae filius Chriſtophori in nocte ſanctae Ceciliae in Noriutia in uilla, quae uocatur Finnetorp, a Dalnone Lytla ſocero domini Stigothi, militis marſchalci ipſius regis. Et hoc per procurationem ipſius marſchalci ratione uxoris ſuae.

Qui marſchalcus propter homicidium a Danis de regno cum ſuis expulſus in inſula dicta Hielm, quae ſita eſt in paſſagio Baltico, grande caſtrum aedificauit, de quo toto tempore, quoad uixit, grauiſſimam Piraticam exercuit, ciuitates maritimas & terras circumiacentes crudeliter depraedando. Quo mortuo filii eius inter ſe diuiſi dictam inſulam deſeruerunt & ad diuerſa loca fugerunt. Et qui ex eis capiebantur, occidebantur.

Poſt Ericum regnauit Chriſtophorus II. pater Waldemari regis, eo nomine ultimi, qui in caſtro Fornaborgh in Selandia per ſuos aemulos fumo extinctus eſt A. D CIↃCCCXXXVI. & Sorae ſepultus.

Dehinc Waldemarus rex, qui pluribus annis a regno exulatus, in Bohemia & aliis terris latitabat; tandem fultus auxilio marchionis Brandenburgenſis Daniam armata manu intrauit, & Holſatos, qui Selandiam, Fyoniam, & Iutiam occupabant, potenter debellauit. Et Scaniam, & Hallandiam de rege Sueciae Magno cum quadam placitatione obtinuit circa A. D. CIↃ CCC LX.

A. D. CIↃ CCC LXI. idem Waldemarus ueniens in Gothlandiam cum magno exercitu ducens ſecum quam plures duces de Alemannia in feſto S. Mariae Magdalenae, & in craſtino ſancti Iacobi cum Bundonibus terrae ante auſtralem partem ciuitatis pugnauit, & ex illis mille octingentos in bello occidit, & immediate ciuitatem Wisbycenſem cum placitatione obtinuit. Demum in die ſancti Auguſtini receſſit, ducens ſecum maximum theſaurum auri & argenti, quem de ciuitate & terra accepit.

Eodem anno ciuitates maritimae ſe regi Waldemaro oppoſuerunt, & caſtrum Haffnis deſtruxerunt, & tunc de ciuitatibus XII. Liburnos cepit, & omnes, quotquot in eis erant, captiuauit, & in Selandiam miſit, ubi eos labore & fame grauiſſime afflixit.

Et - - - ante Helſingeborgh, quod caſtrum tunc Teutonici circumuallerant, inter regem & ciuitates pax eſt reformata.

Iſte Waldemarus a Dan, primo rege Danorum, erat centeſimus duodecimus, cui ſucceſſit Olaus rex, filius Haquini regis Norwegiae, qui pauco tempore uixit.

Nota,

Nota, quod circa annum domini CIƆ CCCXL. rex Magnus Sueciae cum magno exercitu Ruſſiam intrauit, & caſtrum Rutenorum, quod Pickenſare dicitur, cepit, & partem terrae ſibi ſubiugauit. Ruteni uero anno ſequenti caſtrum praedictum obſederunt, & qui in eo erant, a Rutenis trucidati ſunt. Tunc enim beata Birgitte Sueciam reliquit & ad Romam iuit.

Poſt haec rex Magnus quendam nobilem, Benedictum nomine, ad inſtinctum reginae, contra uoluntatem conſiliariorum regni, ducem fecit. Quapropter nobiles regni maxime commoti, dictum ducem rege ignorante in Scania Ronaholm occiderunt.

Poſt haec circa annum dni CIƆ CCC LX. Waldemarus rex Daniae obtenta uictoria de Holſatis, ac tota Dania pacificata, in Scania regem Magnum quinque minis, quinque promiſſionibus in tantum uexabat, quod ei totam Scaniam cum omnibus caſtris, conſiliariis ſui regni minime requiſitis, gratis tribuebat.

Inſuper & ſibi annuit, ut etiam Gothlandiam, ſi eam capere poſſet, obtineret, iam enim Ericus rex filius dicti Magni obiit.

A. D. CIƆ CCC LXI. capta Gothlandia & Olandia per regem Waldemarum nobiles regni Sueciae ſe regi Magno oppoſuerunt, maxime ob hoc, quod rex Haquinus filius ipſius de conſenſu patris contra promiſſum conſiliariorum regni, comitibus Holſatiae factum, Margaretham filiam regis Waldemari duceret in uxorem. Quapropter idem rex Haquinus

quinus conſiliariis regni Sueciae adhaerens patrem ſuum in eccleſia parochiali Calmarniae in die ſancti Martini captiuauit & in caſtro poſuit. Et in die Aſcenſionis dni ipſum de dicta captiuitate poenitentia ductus liberauit. Rex igitur Magnus poſt ſuam liberationem de captiuitate concordans cum filio in omnibus, omnes nobiles regni, qui in hoc concordabant, ut captiuitaretur, de regno expulit, ac ipſos exules fieri fecit. Quorum nomina ſunt haec: Dominus Nicolaus, epiſcopus Lyncopenſis, dominus Nicolaus Stureſön, dapifer regni Sueciae, Boethius Ionſön, qui poſtea factus eſt dapifer, dominus Carolus de Tuphta, dominus Carolus de Vlfaſun, dominus Ericus Karlſon, dominus Benedictus Philippſen, & quam plures alii, qui per regnum expulſi ad Gothlandiam deuenerunt, quae tunc regno Daniae erat ſubiecta, ibidemque per hyemem manſerunt; & abhinc immediate poſt Paſcha ſe ad Wismariam ad dominum Albertum ducem Magnopolenſem ſiue de Meckelnborgh tranſtulerunt. Habuit enim idem dux ſororem regis Magni nomine Euſemianam in uxorem, de qua genuit tres filios, uidelicet Albertum, Henricum & Magnum. Henricus duxit in uxorem filiam regis Waldemari, cuius filia fuit nupta duci Pomeraniae, de qua fuit Ericus rex Daniae, Sueciae & Norwegiae.

Item A. D. cIↄ ccc LXIII. idem dux aſſumto ſecum filio ſuo ſeniore domicello Alberto, una cum militibus praenominatis ad Stockholm

holm cum exercitu uenerunt, ac totam Sueciam ſibi ſubiugarunt.

Anno ſequenti Sueci caſtrum Aböen obſederunt, & tandem obtinuerunt, uti dapifer regni Sueciae dnus Nicolaus Stureſön a caſtrenſibus occulte occiſus. Interim rex Magnus in Norwegia exercitum collegit & ad Stockholmiam ire praepoſuit. Quod quidem milites praedicti ducis Sueci ac Stockholmenſis percipientes cum exercitu contra ipſum uerſus Aroſiam ire diſpoſuerunt.

Sed rege Magno cum ſuo exercitu de Aroſia egreſſo ac multis de ſuis poſt tergum relictis in Aroſia & circumquaque in diuerſis locis milites ſuſpecti cum domino rege Magno in die ſancti Lucii papae & martyris in quodam prato penes Gute praelium commiſerunt, ubi uictoria ceſſit militibus ducis. In quo praelio rex Magnus captus fuit cum ſuis & ad Stockholm perductus, filio ſuo domino Haquino domicello uix euadente de praelio.

Poſt haec domicellus Albertus filius ducis Magnopolenſis in regem Sueciae eligitur, & guerra magna in regno Sueciae per domicellum Haquinum filium regis Magni ac pro tunc regem Norwegiae excitatur. Qui ualida manu Sueciam intrans Oſtgotiam & Veſtgotiam, bona eccleſiarum deripiens, nec clenodiis parcens, eccleſiis ab antiquis elargitis, nec bonis nobilium ſeu monaſteriorum; qui pro liberatione patris toto conamine laborans, patrem Stockholm in uinculis

fere

fere VII. annis dimiſit. Et tandem cum placitatione callida ac ſagaci de dicta captiuitate liberauit, patrem ducens ipſum ſecum ad Norwegiam, qui paulo poſt in ſcopulis in una inſula prope Bergenſem ciuitatem, dictam Luingiholm, de naui ſua, quae pro tunc periclitabatur, incaute in aquam exiliens & per ſeruitores ſuos extractus & ad littus perductus palpitando uitam finiuit.

Poſt haec non diu domicellus Haquinus ac rex Norwegiae Osloye defunctus.

Poſt hoc domicellus Olaus filius Haquini regis in regem Norwegiae eligitur, & domina Margaretha regina Norwegiae ac filia Waldemari regis regnum Daniae iure haereditario poſt mortem patris ſuſcepit gubernandum, licet pro tunc regnum Daniae multis guerris tam a duce Henrico, qui ſororem habuit dictae Margarethae reginae, quam a nobilibus regni multipliciter fuerit afflictum.

Albertus igitur rex Sueciae Scaniam & Hallandiam ſibi ac regno Sueciae ſubiugare deſiderans, quam pluries eas inuaſit, incendiis & ſpoliis deuaſtando, eo quod ad regnum Sueciae olim pertinebant, ſed Danis Scanienſibus uiriliter reſiſtentibus in nullo profecit. Quapropter a Danis & Noricis fere tota Weſtgotia fuit uaſtata, ac ciuitas Scanienſis cum eccleſia cathedrali & lunacopia per incendium perierunt. Et treugae fuerant factae inter Albertum & reginam, licet pauco tempore durabant.

A. D. CIↃ CCC LXXXVI. obiit Boëtius Ionſon dapi-

dapifer regni Sueciae, uir ſtrenuus in armis & multum liberalis, qui quaſi totum regnum ac totam Findlandiam ſub manu ſua tenebat, qui circa feſtum Aſſumptionis Mariae obiit, & Wartenis ſepultus eſt. Poſt cuius mortem milites & optimates Sueciae cum rege Alberto diſcordare coeperunt, eo quod idem rex ab ipſis quandam partem bonorum regalium, quam ipſi a multis retroactis temporibus ac progenitores eorum tempore guerrarum ſibi uſurpauerunt, iuridice exigebat: quod quidem praedicti nobiles regni indigne ferentes contra regem conſpirare coeperunt, allegando, quod rex patrimonia ipſorum uellet diripere, ac Teutonicis ſuis elargiri.

Inſuper uoluerunt, quod rex nullo modo aliquod caſtrum uel beneficium in regno quibuscunque perſonis extraneis committeret, ſeu conferret; ſed tantum Suecis in regno Sueciae natis, in quo rex in nullo acquieuit ſeu conſenſit. Videntes igitur Sueci, quod regem non potuerunt ad ipſorum uoluntatem inclinare, ab ipſo receſſerunt, & ad dnam Margaretham reginam Daniae & Norwegiae, cuius maritum Haquinum olim de Suecia expulerunt, diuerterunt, ut & ipſa Sueciam cum adiutorio Suecorum de manu dicti regis eriperet, ac eam poſſideret.

Ipſa uero miſſo exercitu ad Sueciam quam plura caſtra obſedi fecit Rex Albertus exercitum collegit & in Weſtgotiam uenit, & in die ſancti Matthiae Apoſtoli cum Danis, Suecis & Noricis bellum iniit, & uictus cum ſuis

ſuis & captus cum filio ſuo Erico & Alberto comite Holſatiae & Gunthero comite de Rippin, adductis cum ipſis ad reginam uerſus Lodoſiam, per ipſam ad Selandiam & Helſingborgh in captiuitatem ſunt transmiſſi. A. D. CIↃ CCC LXXXIX.

Poſt haec maxima guerra ſuborta eſt in terris & in mari per conſanguineos ac ſeruitores regis Alberti & per ciuitates, ſcilicet Roſtoch, Wismariam, & Stockholm, qui Daniam, Sueciam, & Norwegiam igne & ferro hoſtiliter deuaſtabant. Nam pro tunc quam plures mercatores Bergis fuerunt, in praelio ibidem interfecti, & ciuitas, eccleſiae & monaſteria depraedata. In Suecia deſpoliata Incopia, Aroſia combuſta.

Item in Dania Suineborgh, Malmö, Helſingborg.

Item Wisby fuit capta a Stockholmenſibus & ſeruitoribus regis Alberti A. D. CIↃ CCC XCIV.

Item A. D. CIↃ CCC XCV. liberatus rex Albertus de captiuitate cum filio ſuo domicello Erico, qui in Dania in diuerſis caſtris a regina in captiuitate fere VII. annis fuerunt detenti cum multis de ſuis; qui per placitationem ciuitatum maritimarum euaſerunt ſic, quod infra tres annos reginae darent pro ſua liberatione ſexaginta mille Marcas puri argenti. Pro qua quidem pecunia reginae fuit aſſignata ciuitas Stockholmenſis cum caſtro & extunc ipſa obtinuit totum regnum Sueciae.

A. D. CIↃ CCC XCVII. fuit capitulum prouinciale Scharae, & feria quinta poſt Mariae

Magda-

Magdalenae dux Ericus filius Alberti obiit in Guthlandia in Clynta in caſtro ſuo, quod aedificauit, dicto Landskrone & ſepultus Wisby ad beatam uirginem & eodem anno rex Ericus, filius ducis Pomeraniae, Calmarniae a dno Henrico archiepiſcopo Vpſalenſi die Trinitatis coronatur ſuper tria regna.

A. D. cIↄ ccc xcviii. in feſto ſancti Benedicti Abbatis uenerunt dni de Pruſſia ad Gothlandiam cum exercitu magno, & obtinuerunt a duce Iohanne & a ſeruitoribus regis Alberti cum placitatione ciuitatem & terram.

Item nota, quod A. D. cIↄ ccc xcvii. dux Ericus filius Alberti regis feria ſecunda poſt Pentecoſten armata manu abſtulit duas turres de ciuitate, & tamen in morte eas ciuibus reſtitui ſuis mandauit, quod & factum fuit, ſimiliter easdem turres, ſcilicet zeletom & aliam.

Dux Iohannes & Sueno Sture armata manu feria quarta in profeſto S. Benedicti receperunt, & hoc A. D. cIↄ ccc xcviii.

Item A. D. cIↄ cccc xi. die ſancti Olaui, Ericus rex Daniae, Sueciae & Norwegiae, ueniens perſonaliter ad ciuitatem Wisbycenſem cum exercitu magno, turres praenotatas obtinuit, & caſtrum in die ſancti Petri ad uincula aedificare coepit.

A. D. cIↄ cccc xii. obiit Albertus rex Sueciae in coena domini & ſepultus eſt in monaſterio Doberaan. Et facta eſt maxima guerra inter reginam Daniae & Holſatos & capta eſt ciuitas Flensburgenſis ab Holſatis, & de clau-

ſtro

ſtro fuit caſtrum aedificatum, & in magna parte a Danis deſtructum.

A: D. CIↃ CCCC XII. ante feſtum omnium ſanctorum obiit domina Margaretha regina, filia Waldemari regis Daniae, quae multis annis rexit tria regna, uidelicet Daniam, Sueciam & Norwegiam, quae obiit Flensburgh in naui, pacta pace cum Holſatis & Teutonibus, & ſepulta eſt in Selandia in choro ſuo eccleſiae ciuitatis Roſchildenſis in tumba Eburnea &c. Poſt cuius mortem dominus Ericus rex, filius Wladislai ducis Pomeraniae, ſuſcepit gubernacula trium regnorum praedictorum.

A. D. CIↃ CCCCX. decollatus fuit dominus Abraham Broderſön miles ſtrenuus, per regem Ericum pro factis ſuis in Syderiutia ante caſtrum Sunderborgh, qui pluribus annis fuit aduocatus Hallandiae, Warendiae & plurium terrarum, & multa geſſit &c.

A. D. CIↃ CCCC XVII. obiit nobilis uir Thrud Kaſe, Mibs & capitaneus totius Gothlandiae, qui maximam partem Wisby fecit aedificari. Hic legauit conuentui equum cum omnibus armis ſibi perſonaliter attinentibus. Et dedit conuentui C. marcas argenteas pro anima ſua & animabus ſuorum parentum omnium & amicorum, qui etiam in uita fuit conuentui multum fauorabilis: pro quibus ſit anima ſua recommendata omnipotentis Dei miſericordiae & fauori.

A. D. CIↃ CCCC XLIV. obiit notabilis uir & promotor conuentus dominus Henricus von der Lippe, proconſul Wisbycenſis

Sab-

ſabbatho ante feſtum Batolphi, cuius anima &c.

A. D. CIↃ CCCCXXII. a feſto trium regum usque Michaelis obſeſſa fuit ciuitas Wisbycenſis a Suecis, tamen non capta, & hoc mediantibus Danis, illis tamen ad maximum damnum; quia anno ſequenti capitaneus Gothlandiae, uidelicet dominus Seuerinus dictus Norby, multis intrauit Scaniam & Blekingiam, uolens ſibi ſubiugare totam Daniam ex parte Chriſtierni quondam regis ibidem expulſi, & reſiſtentibus ſibi Danis cum Holſatis uictus & captus manſit cum ſuis. Et naues illius combuſtae fuerunt per Lubecenſes, quia ciuitatibus ſtagnantibus per aliquot annos permaxima damna per ſuam piraticam fecit.

A. D. CIↃ CCCCXXV. ſabbatho ante dominicam Cantate capta fuit ciuitas Wisbycenſis per Lubecenſes & totaliter deſpoliata, abſente praedicto milite ac capitaneo, nam erat in Scania.

Nota, quod multi, tam nobiles, quam alii fuerunt interempti ex utraque parte, licet non una uia, tamen diſperſim.

Veritate me conſtante, quia tunc temporis eram Curatus ad ſanctum Iohannem &c.

A. D. CIↃ CCC. omnia pecora in Gothlandia moriebantur.

A. D. CIↃ CCCII. in nocte S. Matthaei Euangeliſtae fuit maxima tempeſtas, ita quod naues fluxerunt de portu Ingarico ſine laeſione.

A. D. CIↃ CCCVII. fuit hyems maxima, ita quod mare inter Olandiam & Godlandiam &

Eſthoniam exſtitit congelatum, & una foca fuit uiuens inuenta apud eccleſiam Vskolem.

A. D. cIↃ CC LXXXVIII. praelium ante Wisby in III. ſabbatho poſt Paſcha inter ciuitatenſſ. & rurenſſ. in Aniceti martyris.

A. D. cIↃ CCC XLII. decollati fuerunt duo proconſules, dominus Hermannus Suttinus & dominus Iohannes Moop & multi alii.

A. D. cIↃ CCC XVI. rex Daniae ciuitatem Stralſundenſem obſedit, & in nullo profecit.

A. D. cIↃ CCCC VIII. in feſto S. Michaelis rehabuerunt Dani Gotlandiam a dominis Pruſſis pro IX. millibus nobilioris - - eorum & tunc ſtalla & chorus ligneus fuit completus.

A. D. cIↃ CCCL. fuit maxima peſtilentia per totum mundum, ſicut quoque fuit ante annos LXXX.

A. D. cIↃ CCC LXXXV. fuit maxima tempeſtas in nocte ſancti Martini & in nocte ſancti Michaelis.

A. D. cIↃ CCC XCI. in craſtino Aniceti martyris dominus Wermerus pro-drecte fuit decollatus in foro, proconſ. ciuitatis Wisbycenſis & ſepultus apud beatam uirginem.

A. D. cIↃ CCC XCIX. fuit capitulum prouinciale Ripis celebratum per fratrem Anchaerum Chriſtierni, & facta eſt maxima tempeſtas in mari, ita quod in Oceano maris ultra 200. naues perierunt in die Luciae uirginis.

A. D. cIↃ CCCC IV. fuit maxima tempeſtas in die ſancti Galli abbatis, & multae naues de diuerſis portubus ſub Pruſſia periclitatae ſunt.

A. D. cIↃ CCCC V. in die ſancti Auguſtini & decol-

decollationis Iohannis fuit maxima tempeſtas de uento dicto uulgariter Sudueſt, & multi ſunt ſubmerſi. Et fuit in die ſancti Clementis & Ciciliae, & in uigilia natiuitatis Chriſti fuit conſimilis tempeſtas.

A. D. CIↃ CCCXCV. liberatus eſt rex Albertus Sueciae cum filio Erico duce de captiuitate, qui VII. annis in captiuitate fuerunt, & hoc ante feſtum S. Michaelis.

Et capitulum prouinciale fuit Vpſaliae.

Et A. D. CIↃ CCCXCIV. obtinuerunt Teutonici Wisby.

A. D. CIↃ CCCLXXXVI. circa feſtum Aſſumptionis obiit Boëtius Ioanſön, dapifer regni Sueciae.

A. D. CIↃ CCCXCVII. in feſto Paſchae obtinuerunt domini de Pruſſia Wisby & Guthlandiam a rege Alberto cum exercitu magno.

A. D. CIↃ CCCLXXXVIII. obiit rex Olaus Daniae, filius Margarethae reginae.

A. D. CIↃ CCCCII. in craſtino ſancti Martini ceperunt Dani & Sueci Guthlandiam, & ciuitatem a feſto conuerſionis S. Pauli usque ad cathedram S. Petri fortiter obſederunt. Sed ciuibus praeualentibus & dominis de Pruſſia eis in adiutorium cum maximo exercitu circiter quindecim millium armatorum ſuperuenientibus, dictos Danos & Suecos, deſtructis caſtris eorum, amiſſis armis & equis de Guthlandia effugabant; Et poſt hoc pax inter regna & duces eſt reſtituta.

A. D. CIↃ CCCLX. primus Waldemarus rex Daniae cepit Guthlandiam & Wisby, ubi circa mille octingentos ruſticos in uigilia ſancti

Iacobi in bello occidit, qui accepto ſecum maximo theſauro a ciuitate & terra cum ſuis ad propria eſt reuerſus.

Et anno ſequenti murata eſt ciuitas, & turres eccleſiae beatae uirginis cum campanis ab incendio perierunt.

A. D. cıc cccc vııı. fuit maxima hyems, ita quod mare fuit congelatum inter Gothlandiam & Olandiam, inter Roſtock & Gezör, & multi delphines fuerunt capti ante Wisby & multa pecora & beſtiae tunc fame & frigore perierunt.

A. D. cıↄ ccc xvı. rex Daniae obſedit ciuitatem Sralſundenſem, quam minime obtinuit.

A. D. cıↄ cccc x. In uigilia diuiſionis Apoſtolorum fuit in Pruſſia crudeliter praeliatum per dominos Pruſſiae contra Wladiſlaum regem Poloniae, Wittoldum regem Littaniae, imperatorem ſeu caeſarem Tartarorum & contra Ruthenos, Sametos ac Wallachos, qui habuerunt in exercitu ipſorum ultra quadringenta millia bellatorum, qui obtenta uictoria de Pruthenis ac magiſtro ipſorum marſchalco & aliis ultra ſexcentis cruciferis cum aliis ſecularibus circa xx. millibus uirorum occiſis, ſtatim poſt vıı. dierum ſpatium obſederunt famoſiſſimum caſtrum Marieborgh & alia caſtra per proditiones houalium & ciuium eo tempore obtinuerunt, ut Meluing, Thorn, Kerſeborg, Raeden, Sanċteborgh & plura alia. Sed tandem marſalco de Liuonia cum ſuo exercitu Prutenis & adiunċtoribus ſuperueniente,

te, praedicti Poloni cum ſuis paganis terram Pruſſiae deſeruerunt, & ad propria redierunt cum maximis ſpoliis & captiuis. Tandem pax fuit reformata.

NVM. X.

Ex eodem codice.

ANno Domini CIↃ CCCC XLIV. feria quarta poſt Epiphaniam obiit Catharina, matrona & fautrix conuentus, dicta Blaſiſta, quae dedit & donauit conuentui unam marcam argenteam.

A. D. CIↃ CCCC XXXII. 2. Id. Ianuar. obiit Petrus Iohannis Curatus eccleſiae Gautheim & praepoſitus mediae tertianae terrae Gotlandiae.

A. D. CIↃ CCCC XXVII. circa feſtum S. Iacobi, Hamburgenſes capti fuerunt cum nauibus ſuis a dno Erico rege ante Kopenhauen.

A. D. CIↃ CCCC XXXI. die conuerſionis Pauli, obiit reuerendus pater, frater Esgerus, miniſter poenitentiae Daniae, Sueciae ac Norwegiae, cuius anima ſit aeternaliter cum Deo.

A. D. CIↃ CCC LXXIV. VII. Calend. Febr. obiit frater Petrus Harnis, quondam Guardianus.

A. D. CIↃ CCCC X. VII. Id. Febr. obiit dnus Iohannes de Lempe, qui dedit conuentui XL. marcas arg. pro aedificio & Gothſcalcus de Lempe, frater ſuus, eccleſiae dedit XL. marcas argenteas, ut perpetuo recommendetur in Miſſa conuentuali.

Item obiit Iohannes Gripswald, qui dedit conuentui VIII. marcas argenteas.

 A. D.

A. D. CIↃCCCXLVIII. IV. Id. Febr. frater Conradus obiit ſacerdos. Requieſcat in pace.

A. D. CIↃ CCCC XVI. XVI. calend. Martii obiit Gerborus de Brinder, qui legauit conuentui in teſtamento v. marcas argenteas.

A. D. CIↃ CCC LXXXIX. in die S. Matthiae apoſtoli, poſt meridiem, captus eſt rex Suecorum Albertus in Weſtgothia in praelio cum filio ſuo Erico a Danis, Suecis & Noricis, & fuerunt detenti in captiuitate VII. annis.

Rex capitur Sueciae, uidenter luce Mathiae.

Rex Alberte ſcias, tua cinxit, caſtra Mathias.

A. D. CIↃ CCCC XII. obiit frater uenerandus Buchhorn, ſacerdos, nonis Martii.

A. D. CIↃ CCC L. dominus Hermannus Suerdslipere peracta peregrinatione uerſus Romam rediit in Coloniam, ubi obiit feſto XL. martyrum, ſepultusque eſt ante fratres minores ibidem. Hic inter caetera pietatis opera, conuentui fauorabiliter impenſa, aedificauit altare in noſtra eccleſia ad honorem Dei & ſanctiſſimae matris ſuae Mariae, ſanctique Bartholomaei ſui apoſtoli, ornauitque illud tabula altaris, ac indumentis fauorabilibus, calice & miſſali, ampullis de argento, ac aliis ornauit, at uero ſpecialiter requiſiuit, uti ſingulis diebus in animae ſuae remedium dicatur una miſſa perpetuis temporibus duratura. Pro qua in teſtamento ſuo tres marcas legauit argenteas fratribus annuatim. Ad quas perſoluendas ſui haeredes ſucceſſiue in perpetuum tenebantur.

Item

Item pro ſtructura eccleſiae v. marc. argent. & pro menſa fratrum v. marc. Item Guardiano marcam argenteam, quilibet ſacerdoti & fere ceterisque fratribus non ſacerdotibus inord. Deus omnipotens, pro cuius gloria tanta in uita ſua operatus eſt beneficia, faciat eum primo beatum, quem fecit pietate deuotum, ut ſicut eius deuotio nobis eſt neceſſaria: ita Domino altiſſimo ſit ſemper accepta. Amen.

A. D. CIↃ CCCC XL. in uigilia natiuitatis Chriſti obiit dominus Benedictus, epiſcopus Lyncopenſis, ſucceſſor domini Komei.

A. D. CIↃ CCCC XIII. obiit dnus Nicolaus, quondam curatus in Bro, cuius teſtamentarii ſunt dnus Andreas de Endelſe cum dno Dacu de Martheko, dederunt pro anima praedicti dni Nicolai x. marcas bonas ad aedificium eccleſiae, cuius anima cum Chriſto uiuat aeternaliter. XII. cal. Apr.

A. D. CIↃ CCCC XL. obiit reuerendus pater, frater Magnus Holmgeri, quondam uicarius generalis miniſtri fratrum minorum regni Sueciae. Huius tempore facta eſt magna disſenſio in prouincia de alternatione miniſtrorum, ex eo quod gerebat ſe pro uicario fratrum Sueciae, cum tamen non erat uicarius per generalem, niſi ſuper cuſtodiam Stockholmenſem, per VI. menſes duntaxat inſtitutus VI. Id. April.

A. D. CIↃ CCCC XXVII. die Ciuenae obiit Iohannes Kreyn, proconſul Wisbycenſis, qui in uita ſua ſatis fauorabilis fuit ordinis noſtri, qui inter alia duo noua pilla-

ria in noſtra eccleſia fecit erigi pro anima uxoris ſuae Margarethae, cuius anima perennaliter cum Deo laetetur.

A. D. CIↃ CCCC I. obiit frater Iacobus de Heruede, quondam capellanus ad S. Iohannem & Baccalarius Pariſienſis in artibus, qui reliquit poſtillam ſuper Apocalypſin conuentui 26. cal. Maii Aniceti PP. & Mr.

A. D. CIↃ CCCC VII. tota ciuitas Stockholmenſis per incendium funditus eſt deſtructa, ſex domibus lapideis duntaxat exceptis, ubi ex impedimento inuaſionis, duo millia hominum & ſeptingenti promiſcui ſexus, proh dolor d. XII. cal. Maii lamentabiliter perierunt, quorum animabus altiſſimus Deus ſit propitius.

A. D. CIↃ CCCC IX. obiit frater Hermannus Soſſe, quondam Curatus ad S. Laurentium, de Brandenborg ortus, qui reliquit tria uolumina ſermonum in papyro, uocato Oſenkop, promptuarium Herman Soſſe, Item codicem de ſanctis in pergameno. Item dictum Sabice, poſtillam ſuper Eua, Summulam Iuris, Ouidium moraligatum, breuiarium, cum duobus pergamenis miſſalibus. Item dedit ad ſacriſtiam pro uino & oblatis XX. marcas argent. Item dedit ad ueſtes meliores X. marcas argent. Item comparauit duo ſuperpellicia pro I. marc. argent.

A. D. CIↃ CCCC XLIII. dominica Palmarum inter horam II. & III. antemeridianam obiit frater Tideking dictus Beſteſchreder, qui reliquit poſt ſe reliquiarum unam crateram argent. coclear argent. miſſale unum diurnale

nale x. flor. març. argent. & plura utenſilia, uidelicet amphoras, peluim &c. & ſepultus eſt iuxta altare ſancti Andreae, cuius anima in pace requieſcat.

A. D. CIↃ CCC LXXVIII. obiit frater Botuidus Buttis in craſtino corporis Chriſti, fidelis terminarius Phlandenſis, & quondam Guardianus Lyncopenſis, cuius anima in pace requieſcat.

A. D. CIↃ CCCC XXIX. obiit probus Bertholdus Weſterholt, hic ſepultus, qui donauit conuentui noſtro xx. marcas argent. & cuilibet ſacerdoti & iuuenibus dimid. marc. argent. cuius anima uiuat cum Deo aeternaliter.

A. D. CIↃ CCCC XXI. cal. Iunii, obiit reuerendus pater, frater Henricus, pictorum quondam cuſtos Lyncopienſis, & lector Wisbycenſis, cuius anima in pace requieſcat.

A. D. CIↃ CCCC XXV. annuerunt haeredes domini Tydemanni Kumen ſtabulum, quod frater Hermannus Schonning bonae memoriae quondam conduxerat, conuentui noſtro tali conditione, ut memoria Tydechini Nasghardt ſingulis annis infra Octauam uiſitationis celebretur & frater utens ſtabulo det conuentui marcam.

A. D. CIↃ CCCC X. fuit praelium commiſſum in Pruſſia & perdiderant Pruteni; dnus Vlricus de Ingingen, magiſter generalis ordinis, dnus Teutonicus, frater Iohannes comes de Seen, commendator in Dania, qui procurauit nobis licentiam mendicandi per totam Liuoniam & Eſthoniam ac Oſiliam, ſunt cru-

deliter interfecti, cum ſeptingentis cruciferis & ultra xx. millibus ſecularium.

A. D. cIↄ ccc L. ad xv. calend. Auguſti obiit frater Godebricius in die ſanctae Simphorioſae. Requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc xLIv. obiit frater Eduardus de Brema, quondam Gardianus loci.

A. D. cIↄ ccc L. obiit frater Fridericus ſacerdos ſacriſta, qui fecit fieri candelabrum paſchale, & tabulam in altari regum, & procurauit etiam unam caſulam de ſerico, de bruno colore, pro ſummo altari, cuius anima in pace requieſcat.

A. D. cIↄ ccc L. obiit Winandus Stolte, qui legauit xx. marcas Suecicae monetae, & unum Baltheum argenteum ſacerdotibus in teſtamento. Requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc L. obiit frater Helmicus ſacerdos, cuius anima requieſcat.

A. D. cIↄ ccc L. obiit Guta, ancilla domini Olai proconſulis, quae legauit fratribus VIII. marcas argent pro ſacriſtia & tanta pro x. albis ac ueſtes & utenſilia, cuius anima requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc L. obiit Gerardus Kyren.

A. D. cIↄ ccc L. obiit frater Anchinus acolithus, nepos fratris Friderici. Requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc L. obiit Eſtridis de Foro, mater fratris Conradi, qui legauit fratribus in teſtamento unam marcam arg. cum uno uaſe argenteo. Requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc L. obiit Herbordus Bolte, qui legauit v. marcas argent. Requieſcat in pace.

A. D.

A. D. cIↄ ccccc xxvII. uiſitauit reuerendus pater Gotlandiam, dnus Iohannes epiſcopus Lyncopenſis, & hoc die, eo praeſente, paſſi ſunt repulſam Lutherani haeretici in eccleſia ſancti Iohannis per ſtrenuum uirum Paulum Seeſtede, pro tunc caſtellanum Wisborrigh.

A. D. cIↄ cccc x. obiit frater Arouidus, qui de eleemoſyna ſua procurauit nouum graduale, breuiarium, & etiam nouum antiphonale de parte hyemali & aeſtiuali. Cuius anima requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc LxvIII. obiit dnus Hermannus de Eltin, quid dedit ad aedificium eccleſiae pro habenda perpetua memoria pro anima ipſius c. marcas argenteas. Requieſcat in pace.

A. D. cIↄ ccc L. obiit dnus Olaus de Hanguaris, Curatus, qui legauit fratribus vI. marcas argenteas in teſtamento.

A. D. cIↄ ccc LxxxII. obiit Ambroſius Schwendieshuſen, filius dnae Margarethae.

A. D. cIↄ ccc Lxxxi. M. Nouembr. obiit dnus Petrus Curatus de Rhone, qui legauit conuentui v. marcas argent. Item D. Iohannes Thidemann, qui legauit x. marc. argenteas.

A. D. cIↄ ccc Lxxxv. Geze Hamburg. qui dedit conuentui xII. marcas argenteas.

Item obiit Catharina Hequals, quae dedit conuentui xx. marcas argent. Item obiit Tydechinus Suane, de quo habuit conuentus v. marcas argenteas & xxx - -

Item obiit in Suecia domina Ingibert Karlsdotter, quae dedit pro aedficio L. marcas Sueticas.

A.D.

A. D. CIↃCCCXLIII. obiit Iohannes Medicus ciuitatis in uigilia omnium ſanctorum.

A. D. CIↃCCCCXLIX. fuit maxima peſtilentia per totum mundum, ſicut erat in Anno D. CIↃCCCL.

A. D. CIↃCCCL. obiit dnus Botherus Curatus in Tuphte, qui legauit fratribus IV. marcas argenteas pro conuentu, & quatuor pitancias ac cuilibet fatri duas oras in teſtamento, ſepultus in habitu noſtro die immediate ſequenti. Requieſcat in pace.

A. D. CIↃCCCLXIV. feria ſexta poſt feſtum Martini, dnus Iohannes Koffele pro tempore proconſul Wisby dedit fratribus unum bonum eccleſiae equum ad laudem & honorem Dei pro ſtructura eccleſiae, ob memoriam ſui ipſius, uxoris ſuae ac omnium progenitorum ſuorum, ſub tali conditione, ut equus ille nec pro hoſtiludiis, nec pro itinerantibus extra ciuitatem alicui penitus concedatur, ſed tantum pro uſibus ipſorum fratrum & eccleſiae ſit legatus: pro quo & omnibus aliis beneficiis tam impenſis, quam impendendis Deus ſuo ſit miſericors in praeſenti uita pariter & aeterna. Amen.

A. D. CIↃCCCCV. in profeſto S. Ciciliae obiit dnus Petrus Conratus in Lowa, qui legauit conuentui X. marcas argenteas, pro cuius anima in perpetuum ſingulis annis una miſſa die obitus ſui celebretur.

A. D. CIↃCCCXLIX. III. cal. Dec. obiit frater Iohannes Andrea in feſto S. Ciciliae, quondam Gardianus Sudercopenſis, qui inter ceteros ordinis labores, quos in terminis multis

tis annis ſuſtinuit, ſcripſit duos miſſales pro conuentu.

Eodem die & anno obiit dna Greta, iuxta littus, mater fratrum, quae in uita ſua inter alia pietatis officia, dedit pro maiori altari unum rubeum par ueſtimentorum, in quibus celebrantur feſta apoſtolorum, & in teſtamento III. marcas argenteas: ambo requieſcant in pace.

A. D. CIↃCCCLXXXV. obiit Hegeraldus de Ner, Nauclerus, cum conſorte Catharina, qui pro memoria ſempiterna habenda pro eis in altari omnium ſanctorum dederunt conuentui XXX. marcas argenteas. Quorum anniuerſaria ſingulis annis in perpetuum proxima feria ante Catharinae, cum miſſis & uigiliis in perpetuum celebrantur.

A. D. CIↃCCCXLIV. obiit dnus Eybertus organiſta, qui & fecit organa in noſtra eccleſia, qui legauit conuentui tres marcas argenteas in teſtamento. Sepultus fuit in die S. Catharinae in noſtro habitu, cuius anima requieſcat in pace.

A. D. CIↃCCCCIII. obiit frater Iohannes de Ner, fidelis terminarius conuentus, qui dedit pro refectione aeſtiuali conficienda de eleemoſyna ſua XVI. marcas argenteas. Et pro organis nouis IX. marcas argent.

A. D. CIↃCCCCVI. feriis Catharin. obiit dna Margaretha Kreyenskotter, filia dominae Margarethae Suedenhuſen, pro cuius anima uir eius dnus Iohannes Kreyenskott proconſul Wisbycenſis duo noua pillaria in noſtra eccleſia fecit erigi.

A. D.

A. D. cIↄcccc ix. prima Dominica Aduentus obiit frater Hermannus Saxo, quondam ſacerdos Curatus ad S. Laurentium Wisby, qui reliquit poſt ſe ſermones Oſenkop & plura alia pro ſacriſtia & conuentu.

A. D. cIↄ cccc. in die ſanctae Barbarae uirginis & martyris obiit reuerendus pater, frater Albertus Oſtinehhuſen, quondam cuſtos Lyncopenſis & Gardianus huius loci, qui inter ceteros labores, quos in ordine ſuſtinuit, fere L. annis de procuratione ſua nouum chorum in loco, quo prius balneum fuerat, a fundamento erexit, & tabulam pro ſummo altari de eleemoſyna dedit perſonali. Inſuper & noua ſex pillaria cum vi. teſtudinibus in corpore eccleſiae erigi fecit. Item de libris, ceterisque clenodiis, quibus conuentum iſtum dotauit, tam in uita quam in morte, longum foret enarrare. Deus omnipotens ſit animae ſuae propitius & clemens. Et beata uirgo Catharina, cuius monaſterium rexit multis annis regulari diſciplina, intercedat pro ipſo ad dominum. Amen.

A.D.cIↄ ccc Lxxxiv. obiit dnus Thiddemannus de Rhode, conſul Wisbycenſis, qui legauit conuentui pro duobus pillariis, & aliis aedificiis Lxxxv. marcas argenteas, pro perpetua recommendatione, hic ſepultus.

A. D. cIↄ ccc Lxxv. obiit dnus Hermannus Munter, proconſul Wisbycenſis, qui multa bona in uita ſua conuentui contulit. Inter caetera unum par ueſtimentorum decoratum ſacriſtiae legauit, nec non pro aedificio

ficio chori in extremis notabilem eleemoſynam deputauit, cuius anima &c.

A. D. cIↃ cccc I. obiit Nicolaus Penninchmunter, qui dedit conuentui v. marcas argenteas.

A. D. cIↃ cccc xxvII. obiit reuerendus pater, frater Godſcalcus, uicarius regni Sueciae & cuſtos Lyncopenſis nec non Gardianus huius loci.

A. D. cIↃ cccc xIII. obiit dnus Olaus de Weſtkinge, pro cuius anima habuit conuentus tres marcas argenti.

Reuerendi patres & fratres, regratior uobis omnibus, qui tempore, quo uobis cum fueram, bene me tractaſtis, & ſi aliquem ueſtrum offendi, uerbo uel facto, dico humiliter, culpam meam rogans, ut me ad profeſſionem regulae ueſtrae ſanctae dignemini colligere propter Deum.

A. D. cIↃ cccc xLII. in die beati Stephani protomartyris obiit dnus Hermannus Funck, proconſul Wisbycenſis.

A. D cIↃ cccc xxxIv. obiit frater Iohannes Nicolai in die ſanctae - - - ſacer & bonus ſcriptor.

Eodem anno obiit frater Matthaeus Hyntha, ſacer ac bonus praedicator.

A. D. cIↃ cccc xxxvI. obiit frater Nicolaus Steinbrinch in die ſanctorum martyrum Sixti & Agapeti.

A. D. cIↃ cccc xxxvII. obiit frater Iacobus Brill, feria ſexta ante feſtum Thomae, quondam ſacriſta.

A. D. cIↃ cccc xxxvII. feria quarta maiori hebdo-

hebdomade obiit frater Laurentius Iacobi ſummarius.

Eodem anno die S.Batolphi obiit reuerendus pater, frater Abraham, quondam Gardianus Sydercopienſis, qui optimam eleemoſynam contulit conuentui Wisbycenſi.

A. D. cIↄ cccc xxxviii. ſabbatho infra octauam corporis Chriſti obiit frater Gregorius Trugilli organiſta.

A. D. cIↄ cccc xxxix. obiit frater Iohannes Conradi, Sydercopenſis diaconus, circa feſtum omnium ſanctorum.

A. D. cIↄ cccc xlii. in uigilia ſancti Andreae obiit notabilis uir Laurentius Kreyenskotth, qui dedit conuentui pro aedificiis cIↄ marcas argent. in teſtamento & cuilibet ſacerdoti tunc conuentuali unum florenum & cuilibet iuueni dimidium fl.

A. D. cIↄ cccc lxxix. obiit uenerandus pater, frater Swercherus, lector Wisbycenſis, & quondam Gardianus Lyncopienſis, cuius anima in pace requieſcat.

NVM. XI.

ANno Domini cIↄ cc xiv. rex Danorum Wormundam obſedit & cepit.

A. D. cIↄ cc xv. rex Danorum cum multis nauibus Albim intrat, Stadium inuaſurus, ſed prohibet palatinus.

A. D. cIↄ cc xvi. rex Danorum Albim glacie rigentem tranſiens, Stadium expugnare uoluit, ſed antequam gelu ſolueretur, rediens totas uires in Hamburgh conuertit. Fecit itaque caſtrum ſecus Albim infra urbem,

bem, & comes Albertus aliud ſupra urbem. Vnde Hamburgenſes affecti taedio ſe dederunt.

A. D. cIↄ ccxix. rex Daniae contra paganos Reualiam obtinuit & poſſedit.

A. D. cIↄ ccxx. rex Danorum iterum in Eſthoniam pergens reuertitur.

A.D. cIↄ ccxxii. rex Danorum Lealenſem terram cum comite Alberto ingreditur, & fugatis hoſtibus Chriſtiani nominis urbem in ea aedificat, quae non multo poſt deſtruitur a paganis. Imperatrix obiit.

A. D. cIↄ ccxxiii. rex Danorum in propria terra a comite Henrico de Zuerin, cui duras, ut fertur, gratiae ſuae recuperandae conditiones impoſuit, inopinato caſu in papilione proprio capitur, & in Danneborg graui cuſtodia coarctatur.

A. D. cIↄ ccxxv. rex Danorum xlv. marcarum millibus ſe redemit, exceptis clenodiis, circa tria millia marcarum aeſtimatis.

A. D. cIↄ ccxxvi. rex Danorum auxilio Othonis Luneburgenſis principis, iterum partes inuadit Trans-Albinas.

A. D. cIↄ ccxxxiv. rex Daniae pro oppreſſione Lubecenſium ſuper fluuium Trauenae aedificat duo caſtra.

A. D. cIↄ ccxli. v. cal. Aprilis rex Daniae Waldemarus obiit in coena Domini, cui Ericus filius eius ſucceſſit.

A. D. cIↄ ccxlvii. rex Daniae Ericus fratrem ſuum, ducem Abel, in ducatu ſuo moleſtare coepit. Chriſtophorus fratrem ſuum de ſuis terminis expulit. Canutum ducem de

Blekende, fratrem de patre, captiuauit, quem poſtea Lubecenſes expugnato caſtro Acckenborgh, in quo detinebatur, uiriliter abſoluerunt. Daniam inſuper nauali congreſſu ſaepius uaſtantes cum magnis ſpoliis redierunt.

A. D. CIↃCCXLIX. dux Abel cum fratre ſuo rege Daniae in amicitiam rediit, unde expeditio per archiepiſcopum Bremenſem & comitem Holſatiae Iohannem & eorum adiutores in Daniam facta inaniter eſt ſoluta.

A. D. CIↃCCL. Iohannes comes, auxilio Bremenſis archiepiſcopi & auunculi ſui Simonis Padeburnenſis epiſcopi, expeditionem uerſus Daniam in maximo exercitu circa Auguſtum ordinauit, caſtro in Reinoldesburgh, quod rex firmiſſimum fecerat, & uiris ſtrenuis munierat, forti obſidione primitus oppugnato. Interea circa diem Laurentii de Erico rege Daniae rumores infortunati ſuccreuerunt, quibusdam dicentibus regem captum, quibusdam mortuum. Tandem ueritas innotuit, quod, cum ſecure luderet in aleis in domo quadam ſuper aquam poſita, uenit ſuper eum inopinato dux Abel frater eius, qui amicabiliter eum ibidem inuitauerat, & captum hoſtiliter proiecit in nauiculam ad locum illum ex induſtria deportatam.

Delatus eſt in medium aquae, quae dicitur Sli, & Lago quidam de Danorum potioribus duci dilectus cum altera naui celeriter adueniens, eum decollari fecit, & corpus multo ferro onuſtum in profundum illius

aquae

aquae ſubmerſit. Rex tamen cum mortem ineuitabilem uidit, ſacerdotem petiit & obtinuit, & facta confeſſione, ut dicunt, intime decollatori flagitium indulſit, & iam decollandus dixit: Frater meus, ſicut ante Deum heu merui, turpem mihi ingerit mortem, ſed ipſe, ſi ſe non emendauerit, ſentiet turpiorem. Iſtud contigit in nocte Laurentii. Non multum poſt corpus inuentum eſt a praedicatoribus ipſo ferro onuſtum & capite adhuc ad collum pendente. Sepeliuerunt eum praedicatores in eccleſia ſua Sleſuich. Poſtea frater eius Abel fecit eum extumulari, & ibidem in noua moniali eccleſia ſepeliri. Exercitus obſidione ſoluta rediit. In die omnium ſanctorum Abel coronatus in regem, uxor eius Melchildis in reginam, filio eorum Waldemaro adhuc puerulo, quem redeuntem de Rothomago colonienſis archiepiſcopus ceperat, adhuc in captiuitate detento.

A. D. CIↃ CC LII. die apoſtolorum Petri & Pauli rex Danorum Abel Strans-Freſſiones uolens ab eorum inſolentia compeſcere, inopinata morte ab eis eſt occiſus. Chriſtophorus frater eius in regno ſucceſſit.

Comes Adulphus reuerſus ab expeditione Suecorum, acceſſit regem Canutum, ſalutans eum & gratias agens, quod ſe abſente nihil contra ditiones eius tentauerat. Hoc tamen in eius abſentia fecit frater regis, dux Waldemarus, cum epiſcopo Waldemaro, quod manu ualida intrarit terram Holſatiae atque coëgerit Adolphum de Dasle obſides

dare, ne Ditmarſos impeterent, qui ſub ipſis tunc ſtabant, nec aliquid contra regnum Canuti facerent.

NVM. XII.

ANno Domini D CCC XXXIV. ſanctus Ansgarius claruit, qui Danos ad fidem conuertit.

A. D. CIↃ XXVIII. ſanctus Olaus martyrizatus eſt.

A. D. CIↃ XCVIII. ordo Ciſtercienſis inchoatus.

A. D. CIↃ CI. Ericus Egotha obiit in Cypro in inſula, cui ſucceſſit frater eius Nicolaus.

A. D. CIↃ CI. Aſcerus factus eſt primus archiepiſcopus Danorum.

A. D. CIↃ CIV. ſanctus Bernardus monaſterium intrauit.

A. D. CIↃ CV. conuentus - - - in Claram uallem.

A. D. CIↃ CXX. ordo praemonſtratenſis oritur.

A. D. CIↃ CXXXIX. ſanctus Canutus martyrizatus.

A. D. CIↃ CXXXI. bellum fuit Ialinge inter Nicolaum regem & Ericum Emune, fratrem ſancti Canuti.

A. D. CIↃ CXXXII. fuit bellum Syra & in utroque fugit Ericus.

A. D. CIↃ CXXXIV. Roſchild uaſtata eſt a Sclauis.

A. D. CIↃ CXXXV. fuit bellum in Fothewich, ubi Magnus occiditur & VII. epiſcopi cum eo, & fugit Nicolaus & occiditur in Sleswich.

A. D. CIↃ CXXXVII. tenebrae erant in XLma per uniuerſam terram.

A. D.

A. D. CIↃ CXXXVIII. Aſcerus epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Eſchillus.

A. D. CIↃ CXXXIX. Ericus Emuna in Iutia occiditur.

A. D. CIↃ CXL. Olaus filius Haraldi rebellauit contra Ericum Spaka regem.

A. D. CIↃ CXLII. bellum fuit in Dyſterling ter uno die & XIII. uicibus uno anno.

A. D. CIↃ CXLIII. Olaus occidit epiſcopum Roſchildenſem.

A. D. CIↃ CXLVII. Ericus rex obiit Monachus, cui ſucceſſit Sueno in Scania, Canutus in Selandia.

A. D. CIↃ C L. bellum fuit Slangatorp, & bellum fuit Forſtentorp.

A. D. CIↃ CLI. bellum fuit Wiborgh & propterea fugit Canutus.

A. D. CIↃ CLII. fugit in Ruſſiam.

A. D. CIↃ C LIII. conuentus uenit in Esrom.

A. D. CIↃ C LIV. Waldemarus, filius ſancti Canuti, duxit Sophiam, filiam Canuti regis.

A. D. CIↃ C L X. Canutus rex occiditur Roſchild, & Waldemarus uulneratur a Suenone.

A,D. CIↃ C LVI. bellum fuit Gratha, ubi Sueno occiditur, & Waldemarus fit rex Danorum.

A. D. CIↃ C LXII. conuocatus uenit in Soram & conuentus uenit in Tuco uallem.

A. D. CIↃ C LXIII. Waldemarus occurrit Frederico imperatori.

A. D. CIↃ C LXV. conuentus uenit in - - -

A. D. CIↃ C LXVI. Buriſcus captus eſt & oculis effoſſis caſtratur.

A. D. CIↃ C LXX. Rö ſubiugatur a Danis & ad fidem conuertitur.

A. D. cIↃ c LXXI. translatio ſancti Canuti regis Ringſtad.

Sanctus Thomas Cantuarienſis martyrizatur in Anglia.

A. D. cIↃ c LXXII. conuentus uenit in Holm.

A. D. cIↃ c LXXII. conuentus uenit in Logum.

A. D. cIↃ c LXXI, caſtrum Stytin obſeſſum a Danis.

A. D. cIↃ c LXXII. paſſio S. Margarethae Roſchild.

A. D. cIↃ c LXXVIII. Eſchillus archiepiſcopus receſſit a Dania.

A. D. cIↃ c LXXXII. Waldemarus primus obiit.

A. D. cIↃ c LXXXIV. Canutus duxit expeditionem in Wolgaſt.

A. D. cIↃ c LXXXVI. Sueno filius Ebbonis obiit.

A. D. cIↃ c XCI. Canutus duxit expeditionem in Eſthoniam.

A. D. cIↃ c XCVIII. Sophia regina obiit.

A. D. cIↃ cc. incepit ordo fratrum minorum.

A. D. cIↃ cc I. Adulphus comes Holſatiae capitur & fit tributarius regius.

A. D. cIↃ cc III. Canutus rex obiit, cui ſucceſſit Waldemarus ſecundus, frater eius.

A. D. cIↃ cc IV. Waldemarus duxit Dagmas.

A. D. cIↃ cc VI. Dani deſtruxerunt Arcensborrigh.

A. D. cIↃ cc VII. Dani corruerunt in Lena.

A. D. cIↃ cc X. Waldemarus duxit expeditionem in Pruſſiam & Sameland.

Swarcki rex occiditur.

A. D.

A. D. cIↃ cc xI. Waldemarus iuſſit caſtrum Damin reaedificari.

A. D. cIↃ cc xII. Dagmas regina obiit.

A. D. cIↃ cc xII. Waldemarus duxit Beringariam reginam.

A. D. cIↃ cc xv. Waldemarus uaſtauit terram Henrici comitis.

A.D. cIↃccxvI. incepit ordo praedicatorum.

A. D. cIↃ cc xvIII. Waldemarus ſubiugauit Eſthoniam & ad fidem conuertit.

A. D. cIↃ cc xxII. Gregorius cardinalis fuit in Dania.

Andreas archiepiſcopus ceſſit.

A. D. cIↃ cc xxIII. VValdemarus furtiue capitur cum filio, per Henricum comitem Suerinenſem.

A.D. cIↃ cc xxvI. rex rediit de captiuitate.

A. D. cIↃ cc xxvII. Dani corruerunt in Bornhöuet.

A. D. cIↃ cc xxx. Ottho fuit cardinalis in Dania.

A. D. cIↃ cc xxxIII. praedicatores uenerunt Roſchild.

A. D. cIↃ cc xxxvII. Ericus filius VValdemari coronatur.

A. D. cIↃ cc xxxvI. eccleſia ſancti Laurentii Lundenſis & Roſchildenſis incendio perierunt.

A. D. cIↃ cc xxxvII. bellum Scanör inter Danos & Normannos.

A. D. cIↃ cc xxxIx. Ericus duxit filiam ducis Saxoniae.

A. D. cIↃ cc xLII. VValdemarus ſecundus obiit, cui ſucceſſit filius eius Ericus.

A. D. cIↄ cc xLIII. guerra inter Ericum & fratrem eius ducem Abel oritur.

A. D. cIↄ ccxLvII. Sora incenditur pene totaliter.

A. D. cIↄ ccxLvIII. Hafn uaſtatur a Lubecenſibus.

A. D. cIↄ ccL. ſanctus Fricus martyrizatur, cui ſucceſſit frater eius Chriſtophorus.

A. D. cIↄ cc LIII. Chriſtophorus euertit caſtrum Swinaborgh.

A. D. cIↄ ccLvI. Kot Karla, VVara, Galna.

A. D. cIↄ cc LvIII. Haquinus rex Norwegiae fuit in Dania.

Bellum fuit in Kyſtorp inter regem & ruſticos.

A. D. cIↄ cc LIx. archiepiſcopus captus eſt a rege Chriſtophoro, & rex obiit, cui ſucceſſit Ericus filius eius.

Et bellum fuit Neſtwidis.

A.D. cIↄ cc Lx. Iarmarus princeps Rugianorum obiit.

A. D. cIↄ cc LxI. bellum fuit Lohett inter regem & ducem Ericum, ubi rex cum matre ſua captus.

A. D. cIↄ cc LxII. regina ſoluta eſt.

Dux Brunſwicenſis fuit in Dania.

A. D. cIↄ cc LxII. Petrus Findſon ſuſpenſus eſt. Ecclipſis ſolis 2. calend. Auguſti.

A. D. cIↄ cc LxIv. caſtrum Arweskoy deſtruitur & rex rediit de captiuitate.

A. D. cIↄ cc LxvI. Guido cardinalis fuit in Dania.

A. D. cIↄ cc LxxII. dux Ericus obiit.

A. D. cIↄ cc Lxxv. VValdemarus rex Sueciae

ciae habuit bellum contra Danos, uictus eſt, & A. D. CIↃ CC LXXIX. rediit ad regnum ſuum.

A. D. CIↃ CC LXXXV. guerra fuit inter Teutonicos & Normannos, & dux VValdemarus a rege.

A. D. CIↃ CC LXXXVII. Ericus interficitur in nocte Sueciae.

Nota ante natiuitatem Chriſti Teutonici fuerunt quinquies ſubiugati a regibus Danorum. Ex chronico. Item Hartbeen erat decem cubitis & Haldanus cum XII. contubernalibus.

NVM. XIII.

FR. BENZONIS

Epiſcopi Albenſis Commentariorum libri ſeptem de rebus

HENRICI III. ALIIS IV.

imperatoris Romani.

REGIS HEINRICO SVPER ASTRA SEDENTIS AMICO,
PECTORE SVCCENSO VITAM CVM VINCERE BENZO.

Audiat Auguſtus quae profert nunc homo iuſtus
Sed mage peccator; fidei tamen altitonator:
Per quam ſit fortis ridendo pericula mortis.
Sol uelut in coelis, ita fulget ubique fidelis.
Nam fidei lumen penetrat coeleſte cacumen:
Quisque cor aptet ei, quo ſit imago Dei.

O quantum eſt in rebus inane; cui occurrendum eſt pedetentim & plane. Sic enim uictoria de coelo adminiſtratur; ſic ſtultitia ſubiugatur. Si plus ſolito crebeſcunt ſcandala; nemo miretur; quia inſtant dies nouiſſimi, ſuper arenam maris creuerunt perditiſſimi. Quibus redactis in fauillam gratias agas ei, o caeſar, qui te cuſtodiuit tanquam oculi pupillam. Laborandum eſt, dum uiuitur, quia homo ad laborem natus dicitur. Vita quidem nil dedit mortalibus ſine magno labore, neque enim ueſcimur pane, niſi in uultus ſudore. Quid curae? Tantum ut uictrici laceo potiatur. Flocci pendit caro, quod plagis afficiatur. Apud Cannas, urbem Apúliae, oppugnabat Hannibal Romulos cum ineffabili mortalium multitudine. Scipio conſul Romanus habens faciem euntis aduerſus Carthaginem detorſit nauigium, incautis ſuperueniens urbem inuaſit, eamque captis ciuibus ſolo aequauit. Qua deleta facta eſt Roma aeternaliter laeta. De interfectis uero penes Cannas ea erat mentio, quod abolitio Carthaginis fuit eorum redemtio. Victoria denique facit ex terrigena diuum, ex mortuo uiuum. De talibus, ſed qualibus! ſcribitur uerum: uno relicto alter aſſumitur. Nil propter aliud ſcripti ſunt Galba & Vitellicus, qui uelut cymbalum tinniens dederunt inutilem ſonum; niſi ut ſciamus reprobare malum & eligere bonum. Ideoque S. Auguſtinus monet de fortunis, rerum caſibus, plures libros a pluribus fieri, quatenus per eorum exemplaria emer-

emergentium cauſarum ſententiae conſultius poſſunt definiri. Ideo frater BENZO ſcribens de domini ſui HENRICI triumphis, ſiue de aliorum regum actionibus multis, ueneranter ei porrigit haec pauca, quemadmodum eſt porrectum Chriſticolis Pantheon a caeſare Phoca; ut in his cum praeſulibus & capellanis diebus ac noctibus meditetur & de reipublicae negotiis &, quid potiſſimum fieri debeat, meditetur & deliberetur. Precor etiam maieſtatem domini mei HENRICI, imperatoris imperatorum, ut hunc libellum in hereditatem relinquat filiis filiorum, quatenus in eo indeſinenter uideant monimenta patrum ſuorum; eo praeſtante, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

TERTIO HENRICO ROMANORVM IMP. AVG. BENZO DEI GRATIA EPISCOPVS, CORDE, ORE, OPERE FIDELISSIMVS, DIRIGIT HVNC LIBRVM, QVO PELLITVR OMNE PERICLVM DE MEDIO GENTIS REGI SERVIRE VOLENTIS.

CAP. I.

FOrtium quidem uirorum nulla foret notio,
Si periti literarum torpuiſſent otio.
Defeciſſet exemplorum aurea memoria,
Niſi eos propululaſſet aliqua hiſtoria.
Moyſes iubente Deo ſcripſit mundi fabricam,
Alii ſcribae dixerunt heroum proſapiam,
Qui per regna ſunt partiti Aſiam & Africam,
Heüropam his iungentes fecerunt monarchiam.
Roma dehinc exaltatur eique imperium,
Cuius

Cuius praeſes ſcripſit orbem ob tributum regium,
Caput mundi eſt uocata per magnum Tiberium.
Multis plantis qui adauxit publicum pomoerium,
Caeſarum uiribus,armis,bellorum frequentia
Subiugauit totum orbem Romana potentia,
Cuncta redigens ſub lege, ſub obedientia.
Pax ubique, prope ſalus, opum afluentia.
Sicubi forte ſurgebat nociua ſeditio,
Vt in coelis eſt exorta in rerum initio,
Protinus ſuffocabatur Romano iudicio.
Tunc humanitas uacabat omni graui uitio.
Hegeſippus doctus ſcriba deſcribit proſaice,
Quid fecit Veſpaſianus traduci iudaicae.
Quia male tractauerunt fabrum huius ſeculi,
Serui gentibus ſunt dati lactentes & uetuli.
Et liber pontificalis & plures hiſtoriae
Non tacent de Conſtantino, quod ſit uir memoriae,
Quem amauit ſpeciali Deus priuilegio.
Nam crux eum aggregauit coeleſti collegio.
Coſdroes tulit hoc lignum, quo nihil ſacratius,
Illudque recuperauit uir fortis Heraclius.
Monomachice pugnando Coſdroë cum filio,
Cuius cephalum truncauit domini auxilio.
Alii imperatores, triumphis magnifici,
Hoſtibus erant feroces, ſubditis pacifici.
Cui placet perſcrutari actiones talium,
Eos poterit nanciſci in libris annalium.
Nam ſi litterae celaſſent res aeui praeteritas,

Quem

Quem rogo deberet ſequi ſuccedens poſte-
ritas?
Caruiſſent ratione homines ut pecora,
Niſi eos reformaſſent ſex aetatum tempora.
Bene habeant ſcriptores, qui faciunt uiuere
Mortales poſt mille annos, carne facta cinere.
Nam dum tranſit uita regum, in caſtis non
moritur,
Dum putatur defeciſſe, in melius oritur.
Karoli & tres Ottones, Heinrici gemini,
Inter quos eſt Cuonradus ſuo compar ſemini,
Quid patrarunt, ſatis patet ex eorum chroni-
cis,
In aeternum ſociati regibus catholicis.
Sed de caeſare Auguſto Heinrico tertio,
Qui eſt peruigil in bellis paciſque commer-
cio,
Quis audebit eius facta commendare litteris?
Daniel ſuccubuiſſet, doctior presbyteris.
Tullius namque Romanus & Graecus De-
moſthenes,
Omnium Rhetoricorum qui noſcuntur pro-
ceres,
Fugerent eius notare tam multa certamina,
Neque ſtylo neque penna neque plumbi la-
mina.
Maro Vates Mantuanus, Lucanus & Statius,
Pindarus ſeu Homerus & noſter Horatius,
Gellius, Quintilianus, comicus Terentius,
Formidaſſent regis opus, quo nil excellentius.
Ni fuerit deſcriptum magna diligentia,
Quicquid egit noſter caeſar uirtutis poten-
tia,
Memorabitur non parum hiſtoria publica.

Quod

Quod ne fiat, potens Roma, regem coeli ſupplica.
Benzouius catulorum computat delicias,
Si ſub menſa ſenioris colligit reliquias,
Cuius rei grandem morſum iam praeſumit facere,
Quia dentes ſunt infirmi & gingiuae lacerae.
Praeſules & ſacerdotes, abbates & clerici,
Quique ſunt de ſorte Dei ordines Angelici,
Rene docti teſtamenti noui atque ueteris
Omnes ſurgant ad ſcribendum uictorias caeſaris.
Qui infantium dat linguas eſſe diſertiſſimas,
Et qui parat manſiones athletis certiſſimas,
Hic ſcriptoribus oſtendat fontem ſapientiae
Et aperiat theſaurum ſuum eloquentiae.
Plaſtes mundi, res humanas diſponens & coelicas,
Caeſari da longam uitam & uires angelicas,
Quibus ſaluet ſemetipſum & ſuas eccleſias.
Fiat, fiat, dicant omnes, & hic & per Gratias.

EPIGRAMMA LIBRI PRIMI.

SIne errore in eam domum intratur, cum nomen poſſeſſoris ſuper portam ſcriptum monſtratur. Eodem modo prologi codicum & tituli indicant ſequentia cuiusque libri. Quapropter admonendi ſunt lectores; ut ea, quae in libro habentur, fideliter interpretentur. Benefaciat miſericors & miſerator his, qui legerunt uerba prophetiae huius, eaque intimauerunt regis auribus. Per huius enim libri ſalutaria monita humiliabuntur ſub pedibus caeſaris, quae uidentur exotica, & erunt praua in directa,

&

& aſpera in uias planas, & derelinquent impii cogitationes uanas. Quid namque in ſe contineat liber iſte, ualde neceſſarium eſt noſſe caeſari Auguſto ſuiſque ſucceſſoribus; loquitur enim de imperialium rerum adminiſtrationibus. Quicunque ergo adhaerent ei ex debito fidelitatis, inuitent & cogant eum legere inſtituta regiae dignitatis. Nam ipſe dominus noſter III. HENRICVS Romanorum imperator Auguſtus ſedens in arduo ſuggeſtu imperii, unde uidet omnia regna circumplexa ſedibus Apollinis & Cyllenei, dum ad diſpoſitionem ſenſus eius pluraliter diſponitur, aliquatenus ad ſingula quaſi minor efficitur. Occurrant ergo ſibi quos plantauit per orbis Romani ſpatia, & ſuggerant uires auxilii & conſilii, prout eis conceſſa eſt diuinae donationis gratia. Domini itaque admittant uenerabiles epiſcopi, infatigabiliter perſiſtentes in Dei ſeruitio, nec non regales capellani, longa ſuſpiria tradentes pro annuli beneficio; quoniam intentio huius libri reſpicit ad honeſtatem & utilitatem imperatoris domini noſtri HENRICI, ita ut per reuelationem ſerui ſui Benzonis redeant ad lucem, quae iacent ſopita in uentre obliuionis. Enimuero generali cenſu declarato manifeſtum erit, quia uiſitauit dominum noſtrum caeſarem oriens ex alto. Collocatus equidem in Paradiſo diuitiarum per donum coeleſtis gratiae magnificabitur ſuper omnes reges uniuerſae terrae. Nam Semiramis & Aſuerus confitebuntur, ſe eguiſſe; Nabuchodonus & Ptolomaeus pauperes fuiſſe; Darius &

& Cyrus nihil habuiſſe; ut perſenſerint, collectam pecuniam tributorum ad publicum aerarium acceſſiſſe. Lauda ergo dominum tuum o caeſar, mente ſincera & perſeuerantia laudis intende, proſpere procede & regna. „O quanta & qualia, quae pertinent ad do-„ctrinam tuae informationis & ad augmen-„tum tui honoris uidebis in hoc libro, un-„de ualde & multum gaudebis; ſunt enim „ibi quaedam inſerta de pueritiae tuae hiſtoria, deque pontificum Italiae fide," ſuperadditis quin etiam aliis corporis & animae neceſſariis; quibus iterum iterumque relectis ſede pro tribunali o caeſar, cum tuis electis; & diuina arbitrio iuſtitiae, quotis beneuolentiae priuilegiis ſit dignus uir iſte, qui contra deſertores pro regiae fide fungitur uice antanogiſtae. Plurium quidem obſequiorum ponderibus dorſum exhibuit & ſedem euangelium, ſicut miniſtrans ſeruus fecit, quod facere debuit, nam ipſe eſt feneſtella, ipſe hiſtoriographus, ipſe propheta & plus quam propheta. Quodcunque enim intimat ſcripto, monſtrabit & digito. Iuſtum eſt itaque, ut largitricis gratiae plenitudine reſpicias eum de imperialis potentatus altitudine; aſſumta quaeſo ſtabilitate, accede mi domine, ad legendum, non deſinas usque ad finitimum complementum. Dicit tibi Cato; Multa legas facito, perlegas; perlege multa, ut diues & glorioſus regnes in aeternum & ultra.

CAESAR

CAESAR HONORETVR, PLASTES TIMEATVR, AMETVR, FAC REGEM SALVVM, QVI SACRAE VIRGINIS ALVVM NON DESPEXISTI, CARO DVM FIERI VOLVISTI.

CAP. I.

CVm ſcriptum ſit, Deum timete, regem honorificate, & domine ſaluum fac regem; oportet eos, qui ſunt regiae ditioni ſubiecti, inceſſanter implere geminum capitulum ſalutaris praecepti. Conuincetur quippe his capitulis eſſe transgreſſor legis, quicunque claudicauerit in dilectione regis. Nam qui pro eo non orat, illumque minime honorat, extincta lucerna cum fatuis laborat. Orandum eſt ergo, ut conterat dominus Sathan ſub pedibus eius; quia Sathanas non ceſſat ſeminare hodie malum, cras peius: regis enim uictoria ſalus eſt populorum & eccleſiarum gloria. Porro enim eſt neceſſarium, uidelicet ut rex diligat diligentes, quo magis ad amorem ſui faciat feruentes. Et ordinando caritatem, retribuat eis mercedem laborum, quatenus moderni animentur ad opus ſimilium ſtudiorum. Neque praeferat nouitios emeritis, quod lege eſt prohibitum a regibus praeteritis; paululum quoque intermiſſis ſecularibus conſiliis, legat quantulumcunque de hiſtoriis patrum praecedentum, ut inde ſibi aſſumat bonae imitationis emolumentum. Legere enim aliorum annales plurimum ualet ad inſtruendos ritus imperiales. Hoc eſt enim ire recta uia, ut ſemel in die loqui cum philoſophia; quia tunc bene regitur res pu-

blica, quando imperant philoſophi & philoſophantur imperatores. Quin etiam prouideat ſibi rex ſuisque ſucceſſoribus, inueſtigando ſaepe de regalis fiſci publicis penſionibus. Suum eſt denique, in largiendo uti regia magnificentia, quod non fiet ſine rerum opulentia. Pro eccleſiis igitur ruinam minantibus reſtaurandis, & pontibus fabricandis, & xenodochiis reparandis, diuiſisque uſibus regalis militiae reconciliandis non ſolum apud Romanum palatium, ſed etiam Papiae eſt conſtitutum publicum gazophylacium: Vt habeat manus imperialis, unde laetificet gubernandos ſub alis.

SEMPER HONESTATEM ET VTILITATEM SECTEMVR.

CAP. II.

OMne tulit punctum qui miſcuit utile dulci. Poſtremo quia honeſtum & utile ſunt duo genera expetendarum rerum, debet ea non ignorare caeſar, quem amplexantur brachia ſeptem mulierum. Talibus igitur Romana potentia pollens documentis, dilatauit imperium in ſubiacentibus elementis. Dicta autem ſunt haec breuitate, ne intentio legentis indignetur uerborum prolixitate. Sequens uero libellus ea plenius indicabit, & caeſaris animum per breuia capitula ad legendum inuitabit.

CAP. III.

SCrutetur geſtas regum Romana poteſtas,
In quibus aſpiciat, quod ſibi proficiat.
Seruantur libri, nobis per tempora ſcripti;
Libros quisque legat ut cautus eſſe queat.

In

In libris reges, in eiſdem denique leges,
In libris Salomon, Daedalus atque Simon.
Pelliger Elias in libris, miles Vſias,
Ipſum pſalterium ſtrauit adulterium.
Foſſor Tobias fit palpo, caditque Golias,
Doctrix cauſa fuit, cum Babyl alta ruit.
Abſalon eſt ictus, ſed nobis, non ſibi, ſcriptus,
Hos primum ut fines perſpice, qui leuis es.
Vadat quisque uias, quas iuit rex Hezechias,
Nullus poſt Roboam, ſed mage poſt Abraham.
Iura quidem morum libri docuere priorum,
Caeſar ſcripta lege, cum quibus ima rege.
Tum bene regnatur, cum princeps philoſophatur:
Gentis ubique decor, philoſophare, precor.
Librorum cura reſerantur ſaepe futura,
Per quos clauſa patent, nocte dieque ualent.
Sunt enim libri defenſio firma pericli:
Accedant timidi, mox fuerint rigidi.
Litera dando uiam perducit ad usque Sophiam;
Sancta Sophia notat, quicquid Idea rotat.
Ipſa tenet coelum, nimium mirabile Velum,
Et cauſas rerum ponderat ante Deum.
In facie Diuae ſunt palmae ſunt & oliuae,
Balſama thuris ordor, floris ubique color.
Ergo patrum geſtas meditetur noſtra poteſtas
Et ſtudeat libris, fulſerit inde nimis.

CAP. IV.

VT VINCAS CAESAR, PRAESTET DEVS OPTIMA CAESAR!

DIuo Henrico, Romanorum imperatori Auguſto, centies triumphatori, ſub rege regum, iudice iuſto. Albenſis Benzo fidelis & ſuperfidelis. Laudate dominum de coelis. Merito debemus laudare Deum, qui Chriſto ſuo, Henrico, ſemper de hoſtibus praedicabile concedit trophaeum. Sit nomen eius benedictum in ſecula, qui dextram ſui Chriſti Henrici ſua ſuſtentat dextra. Vera completa eſt ſcriptura, quia ipſe Dominus ante Chriſtum ſuum uadit, eo quod ſuperbia rebellium coram facie Auguſti ſicut ſtipula cadit. Tota igitur chriſtianitas aſſurgat in laudem imperatoris. Et nos ergo, qui tantam Dei miſericordiam circa dominum noſtrum caeſarem quotidie uidemus, in contritione cordis & ſpiritu humilitatis redemtorem mundi ſupplices exoremus, ut coeptum clementiſſimae pietatis ſuper eum usque in finem perficiat & eccleſia catholica de beneficiis tanti gubernatoris proficiat.

CAP. V.

DE PVBLICIS FISCIS, VECTIGALIBVS IPSIS, VERA LOQVOR REGI, QVEM DILIGO MENTE FIDELI.

PRaeterea quia ego iam deliberor & tempus meae reſolutionis inſtat, placet oſtendere caeſari, domino meo, quod aetas miniſtrat. Scio enim, quod plurimis intentus undique uerſum anxiatur aſſiduisque petitionibus militantium fatigatur. Quo

circa

circa dignum duxi, ut per me cognoſcat uectigalia, localiter ad ſe pertinentia; ne illum ſequatur rerum indigentia. Nam ſi non habet in camera, quod militibus effundat: nimirum etiam quos amat, quandoque conturbat. Non igitur poſſunt mederi haec & alia infortunia, niſi ad imperii aerarium reſtituatur prouinciarum uectigalis pecunia.

Turpiſſimum eſt denique, o caeſar, ut quaſi unus ex nobis mendices, cum uideas alios tuis uectigalibus felices. Quod intuitus loquitur ita ſummis ordinibus: Audite magnates eccleſiae: Melius eſt ut ueſtri filii reſpiciant in manus ueſtras, quam uos reſpiciatis in manus ueſtrorum filiorum. Reddantur ergo quae ſunt caeſaris, caeſari; laetabitur mundus de reparata lege ueteri. Inſuper tale quid iudaico more uſurpatur per Latium, quod ultrice lege in maximam ſummam librarum auri augmentabit palatium. Verum iſtis reſeratis & in palam miſſis erit gaudium & in coelo & in terra & in mari & in omnibus abyſſis.

CAP. VII.

NE QVICQVAM DESIT, QVOD SERTO SEMPER INHAESIT;

CVNCTA REFORMANTVR, quae detruncata uidentur.

ALiud autem expedit ſcire, quod minime eſt reticendum; eo quod in conſecratione caeſaris Auguſti paſſa eſt imperialis corona non modicum detrimentum. Multa enim detruncauit ignorantia ex his, quae pertinent ad ſolennitatem tam inſignis

 diei,

diei, ſine quibus non oportuit imponi diadema auguſtiſſimo capiti domini mei. Aliter uero coronatur imperator orbis terrarum, atque aliter reguli prouinciarum; mirabiliori denique atque uenerabiliori cultu celebranda eſt imperialis ſçenopegia, quam quae exhibetur circa regulos, perſtrepente turba plebeia. Fideliſſimi, fideliter loquor, Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, quia non mentior. Non enim uere poterat imperator dici, minoratus integritate talis tantique officii; poſtquam autem cognouerit dominus meus caeſar, per me ſeruum ſuum, tam glorioſiſſimum myſterium: confido in domino, quia non deputabit me ab extremo cornu fidelium. Erit quippe dies illa celeberrima angelis in coelo & hominibus in terra.

CAP. VIII.

DVo igitur epiſcopelli ſuſtentant manus unius prouinciae regulelli. Antecedit cum ferrça craticula, retro perſequitur agreſtis plebecula.

CAP. IX.

ROMA MINORATVR, PRO HELEMPIIS NI CELEBRATVR.

IVNCTIS QVINQVE VIRIS CAPITVM GESTAMINE MIRIS.

PRoceſſio uero Romani imperatoris celebratur talibus modis: portatur ante eum ſacra crux, grauida ligni dominici, & lancea ſancti Mauritii; deinde ſequitur uenerabilis ordo epiſcoporum, abbatum & ſacerdotum & innumerabilium clericorum.

Tum

Tum rex indutus byſſino podere, auro & gemmis inſerto, mirabili opere; terribilis calcaribus aureis; accinctus enſe; adopertus Friſiae clamide, imperiali ueſte; habens manus inuolutas chirotecis lineis cum annulo pontificali; glorificatus inſuper diademate imperiali, portans in ſiniſtra aureum pomum, quod ſignificat monarchiam regnorum, in dextera uero ſceptrum imperii, de more Iulii, Octauiani & Tiberii. Quem ſuſtentant ex una parte papa Romanus, ex altera parte archipontifex Ambroſianus. Hinc & inde duces, marchiones & comites & diuerſorum procerum ordines. Sic imperator incedit ad proceſſionem. Nulla humana lingua poteſt explicare tantam gloriam, tantumque honorem. Retro uero ſequuntur quinque uiri diuerſa clamide & patricialibus circulis redimiti. O domine, quid eſt homo, quia magnificas eum, & opponis erga eum cor tuum, tribuens ei regere totum mundum! Cuſtodi ergo opera miſericordiae tuae, Domine Deus noſter, ne in eo praeualeant boreas, nothus & auſter. Tu es Dominus, qui facit mirabilia, quia imperatore greſſum mouente tollitur clamor omnium ad ſydera, clerici incipiunt: Iam bone paſtor. Teutonici: Κύριε ἐλέησον Relfo. Sancte pater ἐλέησον, ſingulae quidem nationes ſecundum ritum patriae prorumpunt in ſuas uociferationes. Tot igitur innumerabilium uocum clamoribus exterrita tellus fremuit, & coelum deſuper ad laudem tanti imperatoris facie aëris ſereniſſima reddit, ut in die tantae

feſtiuitatis ſit gloria in excelſis & in terris pax hominibus bonae uoluntatis. Finita proceſſione miſſa incipitur& ſecundum ſcita canonum ante Euangelium imperator conſecratur & benedicitur. Expleta miſſa ad palatium redeunt & ad menſam accedunt. Reſultat Roma gaudiis. Laudes refert apoſtolis, per quorum ſanctum meritum Roma tenet imperium. Vna eſt uox laetitiae ciuium & militiae, frequentat uniuerſitas alleluia per ſemitas. Poſtquam autem cum modeſtia ſumſerunt cibum,hymno dicto, ſi fuerit aeſtiuum tempus, uadunt parum per dormitum, & facto modico interuallo reuertit ſe imperator uiridiſſima clamide cum niuea mitra, cui ſupponit patricialem circulum, & ſic itur ad ueſperum ; Iterum pulſant coelum uoces eorum,ad laudem & gloriam uiuentis in ſecula ſeculorum.

CAP. X.

ALtera autem die dominus papa ſumit Romanam coronam de altario apoſtolorum principis & ponit eum in capite caeſaris. Caeſar uero per uoluntatem & per orationem S. Petri coronatus uenit usque ad ſcalarum gradus, ubi eum praeſtolatur Romanus, Teutonicis & Longobardicis pergit per uiam triumphalem. In omnibus quidem plateis ſalutatur Romanis cantilenis. Ante fores igitur Conſtantinianae eccleſiae, quae eſt caput omnium eccleſiarum per uniuerſum terrarum orbem, congregatarum ſedecim regionum ſcholae ſuſcipiunt imperatorem cum magna proceſſione. Intrante uero eccle-

eccleſiam cæſare cum multitudine diuerſarum gentium, ſalutat eum conſiſtens iuxta altare chorus pſallentium. Benedictus ſit cum Patre & Spiritu S. Chriſtus Dei filius, qui talem concedit laetitiam angelis & hominibus. Quid plura? Miſſa celebratur & per omnes uires alleluia cantatur: Vbique iubilatio, ubique gaudium & exultatio.

CAP. XI.

TErtia feria uero ſimiliter cum eodem exercitio equitans usque ad S. Paulum coronatus ſolenniter recipitur, atque in eius laude Deus glorificatur & benedicitur.

CAP. XII.

QVarta denique feria quaſi rediens ad Bethlehem coronatus uadit ad ſanctam Hieruſalem; expletis autem myſteriis tam inſignis diei, commendat ſe Deo & dicit: Saluator mundi miſerere mei. Reliquis uero tribus eiusdem hebdomadae diebus celebrat ſynodum, & ſimul emendat negligentias ſacrorum ordinum. Deinceps pertractat cum ſapientibus de diſpoſitione reipublicae multifariam multis modis. Tu autem Domine miſerere nobis.

CAP. XIII.

IMPERATORVM, FVERANT QVI GEMMA, PRIORVM SVCCESSOR FACTVS, QVORVM DVM RESPICIS ACTVS,
CAESAR, VT EXCELLAS AGE. FAC VT ANOMALA VELLAS.

SVper hoc autem uolo quiddam perneceſſarium dicere, cui non ſatis ſunt paucae

literae, de adminiſtrationibus ſcilicet Apuliae ſeu Cantabriae, in quibus uenerabilis Karolus, magnique Ottones & ſenior HEINRICVS non parum laborauerunt, ſed perfectionem operis ſucceſſoribus reliquerunt. Nam Karolus aſportauit in Franciam Longobardorum regem Deſiderium, qui conturbabat Romanum imperium. Rex autem Arnulphus, Karolomanni filius, qualiter exarſit aduerſus Bergamenſis comitis falſa conſiliabula, ſit nunc lupus in fabula. Otto uero primus tranſtulit in Boioariam regem Berengarium, reipublicae aduerſarium. Secundus quidem Otto cum Saracenis pugnauit & de littoribus Hadriatici maris eos exterminauit. Tertius denique Otto decollauit Creſcentium & coecauit papam Sergium, eo quod cum Graecis frequentabat illicitum commercium. At uero primus Henricus Chriſtianae religionis amicus, deuicta Troia adduxit ſecum Capuanum principem in Sueuiam, quem diu afflixit carcerali miſeria. Dominus igitur Chuonradus diademate glorificatur, rediens per marchias Traſalegardum ſuſpendio condemnauit, ceteroſque in mortis terrorem praecipitauit. Filius quoque eius ſecundus Henricus, praeceſſorum ſuorum ſuperlatiuus, Rodulfum & Wilhelmum Tancredi cum aliis Normannis, qui erant paruo numero, ſubdidit pedibus principum praecepitque, ſi aliter praeſumſiſſent, fierent exterminium. Memoria quidem digna feciſſet plurima, niſi obfuiſſet ſine intermiſſione ruens nimia pluuia. Erat enim uoluntas

luntas eius uidere columnam Karoli, ubi iaculando lanceam fixit in mari. Regrediens autem per Camerinam & Spoletum uenit Anconam & coepit Giſlerium recluſitque in formicaria, cui melius eſſet, ſi eum caperet ſub grundaria.

CAP. XIV.

QVis enim, rogo, eſt tantae peritiae, ut ualeat bellicos ſudores Domini mei Henrici tertii deſcribere. Excedunt quippe numerum trophaea ſuarum uictoriarum ſicut - - - - - cernimus in praeſentiarum. Sed datum eſt ei munere diuino, quod minus eſt de perfectione, per eum compleatur omnino. Quia ipſe Deus, ſicut ſcriptum eſt, uadit ante Henricum Chriſtum ſuum, praeparans ei uictoriae cumulum. Nam omnis terra exſpectat eum quaſi redemtorem, & eum palmis ramisque diuerſarum frondium obuiam aperit portas urbium. Ponat igitur dominus caeſar noſter ante oculos memoriae antecesſorum inceptionem, & adcingat ſe ad coepti operis conſummationem. Extirpet prius ſicut bonus Agricola rampos & uepres & ſeminet bonum ſemen, unde habeat annualiter triticeas meſſes. Non ferat ibi earum frugum prolem, quae timeat lunae rorem & ſolis calorem; ſed ſpergat ſemen ad utrumque impauidum, & ſic obtinebit conſummationis brabium. Si enim radicitus non euulſerit totam ſpinoſae ſyluae denſitatem, ſaepius redibit ad extirpandam eandem; fuerit quippe omnibus indecens ridiculum, iteratae reuerſionis diuticulum

culum. Semel igitur fiat, quod eſt faciendum, ut non ſit neceſſe amplius repetendum.

CAP. XV.

DE CHRISTO (H) DIXIT, REGVM QVOQVE STEMMATA SCRIPSIT,
MENTE QVIDEM LAETA, CVM IS VETERANA PROPHETA.

ADhuc enim ſibi longa reſtat uia, ſicut Sybillae teſtatur prophetia. Nam ordinatis & in ſtatum priſtinum collocatis Apulia & Calabria, uidebit eum Bizas coronatum in ſua patria. Deinceps erit egreſſio eius usque ad urbem Solymorum & ſalutato ſepulcro ceteriſque dominicis ſanctuariis coronabitur ad laudem & gloriam uiuentis in ſecula ſeculorum. Stupens igitur Babylon deſiderans lingere puluerem pedum eius ueniet in Syon. Tunc implebitur, quod ſcriptum eſt: Et erit ſepulcrum eius glorioſum. O caeſar, quid miraris ſuper hoc? quid faciat de te, ſine te deliberat ipſe, qui fecit te, Tu autem dic: Multa feciſti, Domine, Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non eſt ſimilis ſic tibi. Viuit Dominus & Dominus illuminatio mea; ita fient iſta, ut praeſagit Sybilla Calliopea. O uos ſymmyſtae herilis auriculae, ne putetis uerba ſybillae uoces crocitantis corniculae. De profundis enim eſt cogitandum, ubi auditis, quod mare ſit transmeandum; ſi forte in aliquo dubitatis, in Abela interrogate & ſciſſo uelo, quae latent, erunt in claritate.

CAP.

CAP. XVI.

FIT BABYLON TRISTIS, COMPLETIS QVATVOR ISTIS.

DE his quoque propoſitionibus, quas ſummotenus tetigi, balbutientis linguae ligonibus Deo miſerante & ſenſum confirmante, noui, qualiter poſſunt fieri ad honorem omnipotentis Dei & ad ſalutarem profectum imprimis domini mei. Ne deſpiciat quaeſo dominus meus caeſar ſerui ſui paruitatem, quia iſte Deus facit de omnibus & in omnibus ſuam uoluntatem. Non uilipendit ſuam facturam, etiam capillo dedit umbram ſuam. Dicit namque ſcriptura: Alia claritas ſolis, alia claritas lunae, alia claritas ſtellarum; ita uoluit Deus eſſe diuerſas qualitates gratiarum. Et in domo Dei erant non ſolum phialum, ſed etiam cyati: quia unicuique datur gratia ſecundam menſuram donationis Chriſti. Ita nihil horum, quae dicta ſunt, uideatur uanum aut impoſſibile, ſed neque incredibile, quia non exeunt de uaſe, cui dominetur mendacium, quod eſt fermentum putribile. Niſi credideritis, non intelligetis; neque enim ante cognitionem cauſae, iudicium inferre debetis. Credite ergo & inuenietis, & gaudium magnum inde accipietis.

CAP. XVII.

KAROLVS HENRICO BOAT HAEC VT AMICVS AMICO.

SAXA DIVE REGI, PEDIBVS FRAGMENTA SVBEGI.
SIC SIC VICTOR ERIS, SI CREBRO SAXA TERIS.

CAESAR

CAESAR IMAGO MEA, SVB QVO TREMIT ORBIS IDEA.
VOS DVO VOS MAGNI, VOS FORTES VOS VELVT AGNI.
VOS CELEBRAT MVNDVS, TV TERTIVS, ILLE SECVNDVS.

QVi cum ſapientibus graditur, ille ſapiens eſt: qui uero cum ſtultis, eorum ſimilis efficitur, ſicut in libro regum de Rehobeam legitur. In ſublimitate igitur conſtitutis, neceſſarium eſt ſenſatorum adminiſtratione fungi; quae pars ſcientiae eſt, ſcienti coniungi. Pondus enim Romanae potentiae ſine dubio leuigatur, ſi cum filiis prudentiae pertractatur. Prudentia uero metitur exitus rerum & conſiderat qualitates ſingularum dierum: ſolertius namque de futuro conſulitur, ſi id, quod poterit, ad memoriam reducitur. Perſpicuum eſt quippe, quod in diebus pueritiae de baiulo ad baiulum, o caeſar Henrice, porrexit te fortuna; ſed transcurſo litterae Pythagoricae biuio iam non eſt cum his, qui mutantur ut luna. Quibus remotis bene per temet triumphare coepiſti. Perſeuera moneo, quoniam perſeuerantibus nunquam defuit uirtus Chriſti. Ne dubites, neque formides, ad nihilum enim deuenient, quae fumantia uides. Quod maius & peius erat, tranſiit, quod minus eſt, reſtat. Confide ergo, quoniam diuina propitiatio tibi de coelo uictoriam praeſtat. Enimuero qui dedit terminum tenebris, adbreuiat dies malitiae, prolongat autem fidelibus tempus laetitiae.

Noli

Noli ergo fieri modicae fidei, eo quod ſerui perfidiae quantocyus ibunt ad immolandum. Ea propter uigilanti cautela magis ac magis eſt elaborandum, ne de tua negligentia uires accipiant, qui calcaneum tuum mordere deſiderant. Diuinum quidem eſt myſterium, quod mihi morigeraris, caeſar inuictiſſime, ſiue in bellicis triumphis, ſiue in diſpoſitione reipublicae. Nam quaecunque ſigna de transmarinis partibus aduenerunt mihi, pene eadem occurrunt tibi. Elephantem uero mihi direxit rex Perſarum, tibi quoque Africa leonem, cum comitatu mirabilium beſtiarum. Legatus praeterea Hieroſolymitae epiſcopi detulit mihi multas reliquias & claues ſepulchri cum uexillo, cauſa benedictionis. Sed haec prophetia tendit oculum ad te, qui eris in hoc opere per uoluntatem Dei ſignifer chriſtianae religionis. Baſileus autem Conſtantinus miſit tibi ſigna ſimilia, uidelicet de ſudario domini, de cruce, ſimulque de corona ſpinea. His itaque figurabilibus ſignis potes, O amice, certam ſperare uictoriam de omnibus inimicis. Delectare ergo in domino, & dabit tibi petitiones cordis. Ne fias quaeſo contrarius legi diuinae, neque ſublimis, quos canones atque humanae leges adiudicant filiis ruinae. Ne uerearis dicere, quod dixit creator ipſe: Poenitet me hominem feciſſe. Igitur quod ignoranter commiſſum eſt, emenda in melius, & te tuis bonis operibus glorificet Deus. Scriptum eſt enim, ſi placuerit domino uia homi-

hominis, ſtatim inimicos eius conuertet ad pacem, regni coeleſtis emacem. Amen.

CAP. XVIII.

TEMPORIS INSTANTIS REX AVDI VERBA GIGANTIS.

ME TVLIT IN COELVM LABOR ATQVE VIBRABILE TELVM,

HOC OCCIDI QVAE MONSTRA NOLENTIA VIDI.

SIC FORTIS DVRA SVPERABIT BARBARA IVRA.

ALiena uita eſt nobis magiſtra. Sit ergo noſtrum iter in dextra, nequaquam in ſiniſtra. Prae ceteris operibus ſuis legimus duodecim labores Herculis, quorum ſimilitudinem habent facta ſenioris noſtri caeſaris. Hercules autem, poſt multiplices uictorias numeratus inter Deos, reliquit mundo uenerabiles memorias. Perſeuerantia quippe reddit eum celeberrimum, quia non morietur nomen eius in aeternum. Non enim dictum eſt de eo: Iſte homo coepit aedificare, ſed non potuit conſummare, calcata ſiquidem omni difficultate, quicquid incepit uictorioſiſſime peregit. Nullam enim facit digreſſionem ab itineribus ipſius dominus noſter caeſar HENRICVS. Victa eſt, Deo gratias, lupina rabies, quae contra eum ululabat. Succiſa eſt ſylua capitum hydrae, quae indeſinenter pullulabat.

CAP. XIX.

FIT DRACO DE VIRGA, VORAT ANGVES DENVO VIRGA.

SIC SINT ABSORPTI, FIDES DE CALLE RETORTI.

HANC PROPTER LEGEM MONSTRAT SAPIENTIA REGEM.

Nunc

NVnc autem diſcinctis armis furoris bellici, tria monet facienda frater Benzo, ne amplius praeualeant ethnici. Videlicet, ut conuertat, ſicut Moyſes, virgam ſuam in Draconem, qui deuoret hoſtes usque ad internecionem & amplius non erunt. Et iterum per quandam Metamorphoſin conuertat alios in duritiem lapidis, ſicut legitur factum de capite Gorgonis. Poſtremo percutiat Amazones in poſteriora, ne ſint nouiſſima earum prioribus peiora. Quae omnia facile poſſunt fieri, ſi aſſenſum praebuerit caeſar uaticinio ſerui ſui.

CAP. XX.

SPECTAMEN PVLCRVM, MOYSES IT PER MARE RVBRVM
REX CALCAT DORIVM PADI, FREMIT VNDA DEORSVM.

NOn debent praeterea a corde recedere, o imperator, quae circa te operari dignatur mundi ſaluator. Nam unum atque idem miraculum fuit, ire per mare rubrum ſiccis plantis & calcare dorſum Heridani ſubmurmurantibus aquis. Cuius rei teſtis eſt non ſolum Placentia, uerum etiam tota Italia, ſaepius memorando omnipotentis magnalia. Ea quidem dum recolis, o caeſar, ne pigeat pectus pugnis percutere & lacrimas ab oculis deducere. Multa quidem & alia ſigna fecit pro te pius plaſtes, cuſtodiens uias tuas ne in eis ſe occultet callidus Ceraſtes.

CAP. XXI.

RVNCIE DEFORMIS FACINVS, SINE LVMINE DORMIS.

LAudetur dominus, quia uix potuit manus tuas euadere, qui iniuriis auſus eſt te inuadere. Auditum eſt in quatuor mundi plagis, qualiter es ultus, o formidanda poteſtas, ſuper Runtio Cremonenſi, atque quibusdam aliis. Sed de Bonizello, Armanello ſeu Morticullo, tribus Dæmonibus, quod non idem contigit, improbat omnis populus. Nunc autem omnia conturbant & eccleſiaſtica officia ſibi uſurpant. Non eſt dicere, quantas praeſtigias agat Bonizellus, & in Placentia urbe atque in eiusdem plebibus inſiſtens diabolicis praedicationibus, reprobandis quoque eccleſiarum conſecrationibus. Armanellus uero ſiue Morticius, facti catholicae fidei ruina, debachantur in regione Albenſis eccleſiae uicinia. Hi ſuum opus exercent in dandis poenitentiis. Poenitentia ſiquidem eorum huiusmodi eſt: Abrenuncias HENRICO ſuoque papae, omnibusque orthodoxis? Abrenuncias Albenſi ſuis probris? Abrenuncio. Et ita flexis genibus & eleuatis ſurſum manibus promittunt ſeruare quoad uixerint, quicunque de illorum conſortio eſſe uoluerint.

CAP. XXII.

MVltos igitur ſiue de populo ſiue de principibus ad ſe traxerunt, quos duplo filios gehennae fecerunt. Non eſt, cui poſſim dicere, ſtemus ſimul. Quia ſi non omnes, plures tamen de ordine uicis

Habiae

Habiae infecit peſtis Patariae. Sicut eſt cernere in Kymera Aſtenſis eccleſiae. Non habeo, ubi caput reclinem. Remanſi ſolus; occupauit enim gradus, ſexus & aetates perfidiae dolus. In hoc apparet, quia ſuper capillos capitis multiplicatae ſunt noſtrae culpae; quoniam ſaeuiunt inter nos duae piloſae, ſcilicet infernus & os uuluae. Tertia uero, cuius nomen incipit a litera canina, nulla ſatiatur pecunia; ſicut nec terra pluuia. Quarta uero perſecutio cui non placet, ſufficit dicere: non ceſſat uorare, quicquid poteſt attingere; ſiue illud ſit publicum aerarium, ſeu domini ſanctuarium, uel ius parium uel imparium.

NI MALA SUBSANNAS, O IUDEX, TE QUOQUE DAMNAS.

Exaltare ergo, qui iudicas terram, reſiſte inſaturabilibus reddere tributionem ſuperbis, nec non etiam fraudulentis. Gladium quidem ultionis habes, o caeſar, de manu omnipotentis, & ſi inpraeſentiarum non ſuppetit facultas uindictae, tamen iuxta ſtultitiam eorum reſpondendum eſt ſtultis, uelut minacibus epiſtolis. Dicit enim ſcriptura: rex, qui ſedet in ſolio ſuo, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Certe ſi non quomodocunque eos coërces ab illicitis, ſi impune abire eos permittis, abuſionem eorum non comprimendo tu ipſe perficis. Sicut per quendam ſapientem dicentem dicitur; nam impune quaelibet facere, hoc eſt regem eſſe. Poſt Deum, o caeſar, tu es rex, tu es imperator, tu rege, tu impera, tremenda poteſtate; ter-

ror ruinarum redigat in nihilum confidentes in ſua feritate.

(Hic quaedam deeſſe uidebantur.)

DIVITIS IN MENSA RESIDENS AEQVALIA PENSA.

Quia frequenti perſuaſione reuertor ad cauſam caeſaris, domini mei; ne miretur uenerabilis optimatum populus; quia ubi amor, ibi oculus. De eo enim dicit ſcriptura: Ego ante te ambulabo & ſuperbos terrae humiliabo. Huius rei teſtis eſt Autonia, nec non Canuſſiae colonia, uelit, nolit, id ipſum affirmet Saxonia. Manifeſtum eſt igitur multis uictoriarum ſignis, quia Deus it prae, ſi ſequeris eum, o caeſar, non eſt ab re. Scriptum eſt enim: cum ſederis ad menſam diuitis, uide, quae apponuntur tibi; oportet te ſimilia praeparare. Deus contriuit manibus ſuis tibi reſiſtentes, & tu comprime tyrannos, ſanctas Dei eccleſias perſequentes. Forſitan dices: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo; interim terre eos tonitruis epiſtolarum, quoniam pene ad nihilum deuenit dignitas eccleſiaſtica aſſiduis tempeſtatibus & rapinis. Sed in his mortibus Albenſis eccleſia mortificatur prae omnibus. Itaque terribiliter tona minacibus epiſtolis. Vox tui tonitrui erit aliquantula ſalus tuis epiſcopis. Nam Deus aliquando tonat & non grandinat; ſi uero qui tonitrua audierint, in iniquitate ſua permanſerint, iuſto iudicio ſuper eos tonat, grandinat & fulgurat. Vide & tu o caeſar, fac ſimiliter. Intona ſuper lupos rapaces. Si ſe correxerint, parce, quod ſi non, iube, quo ſuper eos offi-

officia ſua impleant parcae. Dicit enim tibi ſcriptura: Diſſipabit impios rex ſapiens, & curuabit ſuper eos. Completis uero illis, o caeſar, ſupra dictis, bene praeparaſti ea, quae uidiſti in menſa diuitis. Vide ne dicat tibi dominus: Ego non peperci inimicis tuis; & tu indulges eccleſiarum lupis. Redde ergo uocem Chriſto, ſicut bonus amicus amico.

CAP. VII.

CONSCENDENS QVALIS SCALAE RETRIBVTIO TALIS.

SI ex. gr. uoluiſſem coram caeſare, domino meo, praeſentare totum mundum, a primo homine usque ad ultimum, ut tanquam in ſpeculo perſpiceret, qualiter fugientes de praelio, aut hoſtibus reſiſtentes ponderare debuiſſet: uiderer minor capitis, quia ipſa ſapientia habitat in abdytis. Nouit enim, quia intellectu diſtat homo a pecudibus, & ideo ſcriptum eſt: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. Nouit enim, monſtrante iuſtitia, quam aliter remunerandae ſint uirtutes, quam uitia. Nouit enim, quod non in eadem lance ponendi ſunt perſeuerantes cum deficientibus: Ordinate in me caritatem, ſi quantocius uultis ad monarchiae uniuerſalis dignitatem. Si audeo dicere, fortaſſe in hoc ſolo peccatis, quia caritatem non ordinatis, ſcriptum eſt enim: Qui totam legem obſeruauerit, offenderit autem in una, factus eſt omnium reus. In ordine quidem caritatis eſt primus gradus, ut omnis creatura diligat dominum ſine menſura. In ſecundo gradu amor proximi ordi-

natur, quia fraterna dilectio ad ſe ipſum menſuratur. Inimici uero ponuntur in ultimis ſcalis, ut eis non reddantur mala pro malis. Penſate tandem, cuius ordinis ſit frater Benzo, qui corpus & animam poſuit pro uera fidelitate, adhuc perſeuerat in eadem firmitate. Audite & intelligite; intellectus bonus omnibus facientibus eam.

CAP. VIII.

IN GREGE SVBLIMIS SVPEROS DISCERNAT AB IMIS.

NE uideatur domino meo caeſari ſermo meus inanis aut uanus, quia ubi dolor, ibi manus. Volo enim non ignorare, quod quidam audent de eo ſubmurmurare, dicentes: quia in pontificum creatione minime utitur diſcretione. Cum deberet attendere, quod ipſe dominus uice ſua contulit ei ad ſuperiores gradus ordinare homines. Et quia uicarius eſt conditoris, non debet eſſe ſine quotidiana ſollicitudinae ſuae praepoſitionis. Nam de praelaturae ſuae reddenda ratione, non eſt ambiguum in ultima diſcuſſione. In tantam itaque ſublimitatem diuinitate propitia eleuatus, & ſuper omnes poteſtates omniaque iura regnorum exaltatus, iactet ſuper dominum ſuos cogitatus & in cunctis actionibus ſuis habeat, precor, nutricem uirtutum, diſcretionem, reddens ei ſemper gloriam & honorem, qui eum ad ſimilitudinem ſui fecit in creaturis humanis alterum creatorem.

CAP. IX.

SIT PAR MICIPSAE, RECTOR SI DEVIAT IPSE.

Adii-

ADiiciunt etiam ſubmurmarantes, quia eſt peccatum non ad mortem, de quo orandum eſt, & eſt peccatum ad mortem, pro quo orandum non eſt. De praeſumtione uero utriusque omiſſi rogandus eſt, ut aperiat ille, qui tenet claues magni abyſſi. Aſſumta igitur diuinae legis autoritate, perſcrutetur caeſar, quid ſignificent utraque. Nam illi ita ſentiunt: Peccatum non ad mortem eſt aliquid reſpuere, de commendandi ambiſticii precioſo munere. Quibus poſſumus reſpondere: Multa fiunt contra legitimos uſus, cogente neceſſitate. Dauid enim pulſatus neceſſitate famis, comedit panes propoſitionis, quod non licebat, niſi ſacerdotibus ſolis. Sed quod neceſſitas prae remedio reperit, ceſſante neceſſitate debet ceſſare id, quod urgebat, & legitimus uſus in ſtatu permaneat. Adhuc ita dicemus: Emendemus in melius, quae ignoranter peccauimus, ut eccleſia catholica in ſua religione conſiſtat, & non ira Dei ſed gratia eius ſuper nos ueniat. Propterea iſta praemiſi, quia ſemper cupio uideri frequens in adminiſtratione herilis ſeruitii.

CAP. X.

Cur clamor noſter te pulſat, percipe ſother.

QVum a ſingultu meo & ſuſpiriis auertat benignas aures caeſar, dominus meus, clamor meus ad te ueniat, Deus. Attende ergo coelum, quae loquor, & audi id terra ex ore meo, quanta protuli pro domino meo. Vtinam omnes cognouiſſent, licet non omnes condeſcendiſſent. Tot

enim tantasque aerumnas paſſus ſum pro eo ab ipſa ſui pueritia, quantas uix poſſet per annum colligere Tulliana peritia. Ex praecepto quidem dominae meae Auguſtae debellaturus Aeacum & Radamanthum, Romam ueni, ut breuiter dicam, eos expuli ab area Petri. Regiones Romanae urbis fere omnes ad fidelitatem domini mei regis ſacramento colligaui, atque cum illis intrepidus remanſi, expectans aduentum domini Rodali. Et ut credatis, quod ita ſe habet ueritas rei, teſtis eſt dominus Clemens, tunc cancellarius, modo S. Petri uicarius & Lunenſis Bernardus, eo tempore regis capellanus. Qualiter autem haec acta ſunt & quomodo confratres & conepiſcopi me ſolum reliquerunt & ad apoſtatas abierunt, & qualiter eos reuocaui de praelio fugitiuos & pene ſemiuiuos, non parui operis ſequens libellus indicabit, & per ordinem cuncta narrabit.

CAP. XI.

Dapſilis eſto mihi, de te qui talia ſcripſi,
Regalis plantae ſoboles, praeceptor amande.

QVis, rogo, imperatorum ita durus, ut non dediſſet tam bene ſeruienti, tantaque de eo ſcribenti aliquod munus.

CAP. XII.

Liber cum rebus Maro cunctis eſto diebus,
Et de theſauro Iulii ſis diues in auro.

CErte pro duobus carminibus a Iulio caeſare eſt honoratus duplici honore Virgilius; apud reges ſeu caeſares antiquos ſine mora ſequebatur opus alicuius famulitii decentiſſima merces multiplicis beneficii; quem

quem delectat talia cognoſcere, hiſtorias regum dignetur euoluere.

CAP. XIII.

Qui lacrimans orat, rex nunc Aſuerus honorat.

AVdiat caeſar, dominus meus, quid honoris ab Ahasuero promeruit Mardocheus.

CAP. XIV.

Daniel ornatur, quamuis mala uaticinatur.

NAbachodonus uero & Balthaſar torque aurea Danielem ornauerunt: licet terribiles interpretationes ab eo didicerunt. Vt multis ſuperſedeamus, quid Otto III. fecerit audiamus.

CAP. XV.

Logica cum uoluis, quid tu, Gerberte, reſoluis?
Hinc orbi toto te praefert tertius Otto.

ACcepta ſolutione de ratione uti & rationali, Gerberto reſolutori poſt Rauennam placuit Romam dare donum uidelicet imperiale.

CAP. XVI.

Tado bonum fatum, faciunt te dona beatum.

TE Tadone uero, qui fuit propter metum Ardoini pedeſter legatus marchionis Teodaldi atque epiſcopi Leonis, quid fecit uenerabilis clementia magni Henrici, ſereniſſimi imperatoris? Certe uni filio eius dedit Veronae epiſcopatum; alteri comitatum; patri uero Gardam & totum Benacum. Sequatur ergo dominus meus caeſar exempla illorum, quia & hereditate & honoris dignitate eſt uerus heres eorum.

CAP. XVII.

Felix caeſar eris, patrum ſi facta ſequeris.

TEmporibus conſulum ſiue imperatorum erat talis conſuetudo militum Romanorum, ut ſi quis aliquando fortiter ſeu feſtiue aliquid feciſſet, multiplici beneficio ditatus, ſtatuam in foro promeruiſſet. Siue eſſet pugnator, uel in populo Rhetoricus perorator, aut etiam imperialium legationum non improuidus delator.

CAP. XVIII.

Cantans conſtanter mox factus es aureus anſer.

NOn dico de hominibus tantum. Nam anſer meruit aureus fieri, quia excitauit cuſtodes capitolii. O felices illo tempore nati, qui finita pugna non redibant domum indonati. Nunc autem, ſi pro caeſare latro aduerſus laruas usque ad raucitatem faucium, & ſi ſubeo pericula mille mortium, idem eſt mihi, ac ſi ſemper tacuiſſem aut attritus ſub Sampſone ſuras femori impoſuiſſem.

CAP. XIX.

Inſtruit hic miles, quos cernit corpore uiles.

EGles Samius, athleta mutus, multoties fortiter fecit, & nihil retributionis accepit. Proinde tamen ſe non abſtinuit, ſed iteratis uicibus inter hoſtes uictor emicuit. Depoſitis armis, quibus poterat nutibus, expectabat meritum trophaei. Senatus, quaſi diſſimulans, reſponſum non dedit. Ille transfixus nimio dolore, mutiendo,

do, grunniendo prorupit in uerba: O ingrati, in multis praeliis mea dextera confortati, in multis periculis mea ope adiuti, cur inuidetis laboribus militis muti? Exagitatus denique impatientia extremi doloris, erupit in uoces articulati ſermonis. Senatus itaque poſt plurimam beneficiorum largitionem iuſſit ex metallo fabricari equum & aſcenſorem & collocari ſecus AfricanumScipionem. Dicta ſunt autem haec de laborantium ſudoribus ac de iuſtis remuneratoribus.

CAP. XX.

Cum pueri panem canis eſt, rem cernit inanem.

NVnc autem uideo multos, qui non laborauerunt pro caeſare, ſaltim una hora, quos dominus meus extulit ad arces procerum ſine mora. Verum ſicut ego ſemper accurri ad ſui honoris ampliationem, ita debet in corde ſuo retinere meae mercedis debitam retributionem. Nam cum eſſet paruulus, cogitabat ut paruulus, faciebat ut paruulus. Modo uero factus uir, non reuertatur amplius ad paruulitatem, ſed ut uir fortis & ſapiens, reddat bene meritis, prout decet imperialem maieſtatem. Accepimus enim a domino, non ab homine aliquo: Merces operarii tui non moretur apud te usque mane; ne ſit, quaeſo, in cogitatione caeſaris uerbum iſtud tranſitorium aut inane.

Prae-

Praefatiuncula libri II.

EGo uero frater BENZO, fatigatus dubia ſpe renumerandi laboris, erumpam ſicut Egles in uoces articulati ſermonis; & narrabo coram omnibus partem miſericordiarum, quas mihi, ſeruo ſuo, contulit dominus. Nam ſi capilli capitis forent linguae, nullatenus ualuiſſem cuncta ſingulatim exprimere.

Incipit liber ſecundus.

POſt deceſſum igitur papae Victoris ordinatus eſt Kadalus, Parmenſis epiſcopus, per manum Henrici filii, tertii Henrici imperatoris, conlaudantibus tripertiti ordinis Romanae urbis primatibus, adſtipulantibus quoque diuerſarum prouinciarum epiſcopis & optimatibus. Ex praecepto denique pueri regis atque matris reginae acceperunt Italiae proceres ducatum huius uice. Sed denegata eſt eundi facultas, pluuiis deluuialiter irruentibus, Gotofredo cum uxore, quoad poterant, impedientibus. Romani uero cognoſcentes neoterici papae tarditates, ſicut ſunt aerei in uitium flecti: coeperunt ſe diuidere in diuerſas uoluntates. Quo cognito rex genitrixque eius per Azolinum cubicularium direxit Clitellarios onuſtos pretioſarum pellium donis, iuſſu quoque ac promiſſione magnae remunerationis mandauit, ut fierem auctor huius legationis. Frater uero Benzo inprimis aliquantulum ſtupidus, eo quod domi remanebat pinguium taurorum cuneus, muniens

ſe

ſe ſigno crucis, erexit cor ſurſum, uidelicet ad Deum, & dixit; In manus tuas domine commendo ſpiritum meum. Pergens namque per mediam Tuſciam honoraui ſimulque oneraui comites admirandis muneribus, quos feci conſortes meis itineribus. Ipſi uero cum multis ceteris bellantium deduxerunt me ad S. Pancratium. Ibi fuit obuia maxima Romanorum multitudo, nullus eorum ſine ſcuto. Iuimus per medium trans Tiberim usque ad pontem, & ecce turba magna, ſicut laetantium, ſuſcipiunt me proceſſionibus, cantantes nouum canticum. Hi omnes ut papam me ſalutarunt & cum diuerſis melodiis ad palatium Octauiani aſportarunt. Vbi per ſingulas dies peroraui cauſam pueri regis, domini mei, & pene totam urbem ad felicitatem eius ſub ſacramento collegi. Aſmandrellus autem & Prandellus apparuere inuoluti ſpinoſo tegmine, ſicut hericii.

CAP. II.

INterea per ſingulas regiones congregantur conuenticula ſapientum, ad inuicem conferentium, ut de honore legationis regiae citius fiat, quod eſt faciendum. Itaque tota nobilitas Romanorum & coetus reipublicae deduxerunt me ad quoddam hypodromium, quia ibi regiae mandatelae competens uidebatur auditorium. Affuit ex altera parte haereticus ille Lucenſis, imo Lutulenſis cum ſuis glandariciis. Cuius deterrima imago erat ſimilis ſpiritibus horrificis. Vbi uero apparuit uelut infernalis umbra

bra eius formidabilis uultus, murmur multum fit in populo, oriturque perſtrepens tumultus. Tandem poſt longum temporis ſpatium quieuit fremitus murmurantium. Ego autem extenſa manu praecepi ſilentium & monui, ut ad uerba mea eſſent intentae aures audientium. Et factum eſt ita. Tum ego inquam: Si quicquam ſenſus habes, o Anſelme, peto recolas, quod dominus meus imperator Henricus praefecit te Lucenſi eccleſiae, & ſicut mos eſt, de omni honore ſuo feciſti ſibi atque filio eius iusiurandum, & praeſertim ad conſeruandum imperium Romanum. Poſt deceſſum uero patris Auguſti domino meo HENRICO filio eius, qui nunc eſt REX, iuraſti hanc eandem fidelitatem, ut imperiali manu tibi commiſſam relinqueres eccleſiam Lucanam, & inuaſor factus acciperes omnium eccleſiarum matrem Romanam. Et hoc cum Normannis latronibus & tyrannis, & hoc mediante pecunia. Nam Prandellus Sarabaita, filius Timonis tuusque trepezita, fuit inuentor huius mercati; inde apud Deum & homines tu & ille eſtis ambo damnati. Tu non aſcendiſti ad cathedram Petri cum clericorum proceſſione, ſed cum homicidiis, cum ſanguinis effuſione. Nam Richardus ſanguineo enſe accinctus ea iſta manu, qua tres ex nobilibus Romanis morti deſtinauit, hac eadem ſuper cathedra te collocauit, & hoc totum factum eſt in nocte, non in die; ex qua re cognoſcunt omnes, quam filius perditionis es atque uas irae. O qualis aſcenſio ad ſedem Petri,

Petri, ad quam te aſportauerunt ſatellites demonii. Non ſenatus, non populus, non ordo cleri. Certe hoc non eſt aſcendere, ſed deſcendere. Merito ergo debes utramque perdere, & illam, quam deſpiciendo reliquiſti, & hanc, quam ſicut adulter uſurpare uoluiſti. Nunc autem ex contradictione iurisiurandi, quod iuraſti dominis meis, ſcilicet patri & filio, contradico tibi Lateranenſis Palatii ſtationem, ſimulque Romanae cathedrae ſeſſionem & omnino totius Romuleae urbis habitationem. Praecipioque tibi ex parte domini mei atque ſimiliter tui, quod ſine delatione atque remota occaſione a Roma exeas & ad Lucam redeas, ubique datis induciis per unum menſem; poſtea ad dominum meum regem pergens, ex his, quae praedicta ſunt, expurga te, ſi poteris: alioquin aut poenitentiae aut canonicae ſententiae te ſubiacebis. Certe melius eſt tibi, per medicinam catholicam in hoc ſeculo animae tuae ſubuenire, quam cum diabolo, qui te ad hanc digreſſionem traxit, aeternaliter perire. His dictis confeſtim clamor omnium tollitur ad aethera, perhibentium, quod teſtibus coelo & terra commiſſa ſunt ab eo omnia ſcelera. Poſt haec omnes conticuere, iterumque facto ſilentio facultatem reſpondendi ei dedere. At ille ſcio inquit, & recolo, quia de manu imperatoris accepi praeſulatus dignitatem, & propter conſeruandam fidelitatis curam ſuſcepi Romanam praelaturam. Accepto conſilio dirigam ei meum legatum, qui nuntiabit

meae

meae uoluntatis ſtatum. Haec dicens retorſit frenum & popellus eius ſecutus eſt eum. Tunc uniuerſus populus uniuerſaliter coepit clamare; Vade leproſe, diſcede leproſe. Deus omnipotens, contra cuius diſpoſitionem agis, percutiat te Aegyptiacis plagis. Triumphantes denique remeauimus ad palatium Octauiani, ubi erat meum hoſpitium, diluculo reuerſuri ad incipiendum de futuris concilium.

CAP. III.

Mane autem facto, conuenientes nobiscum in unum reſiderunt. Singuli ſecundum praelationes graduum. Primo loco ſedit Nicolaus, magiſter ſacri palatii, oriundus de genere antiquo Trebatii. Vir factus ad unguem, locuples innumerabilium theſaurorum, adornatus praecioſiſſimis gemmis philoſophorum. Deinde Nomenclator, ad ſimilitudinem Numae Pompilii diuinus conſiliator. Poſt hunc Saxo de Helpiza, iudex iudicum, in cuius arbitrio pendet iudicium publicum. Deinceps alii de ordine dignitatis ſenatorio, ſicut ſeries parentum tradidit memoriae, Iohannes Bernardi, Petrus de Via, Bulgamenus cum fratre, Bernardus de Ciza, Gennarius Cencius, Francolini boni filius & plures alii de generibus procerum, ualde neceſſarii in conſiliis noſtrorum operum. Iſtis igitur coram me in ſubſelliis reſidentibus & diu multumque tacentibus, ego inquam, Albenſis epiſcopus, qui ſum regius legatus, uolo ſcire, quid de perturbatione reipublicae conſultat

ſenatus

ſenatus Romanus. Multi quidem nobiles & ſapientes uiri morantur in curia domini mei, qui Ciceronicis adminiſtrationibus ualuiſſent ſedare commotiones imperii. Non tamen placet domino meo regi aliquem praeferre uobis, in quorum manibus ſunt lances iudiciariae diſcretionis. Agite itaque ex praecepto domini mei ueſtrum myſterium, & conſulite, ne deinceps talibus phantaſiis faſcinetur imperium.

CAP. IV.

TVnc magiſter palatii Nicolaus candiſſima redimitus mitra exorſus eſt ita: Gratias agamus, patres conſcripti, Deo & regi, quos dignatur participes in gerenda cura publicae rei. Facit enim, quod ſe decet, dum unicuique iuſtitiam praebet. Nos autem nolumus aberrare a recta uia, ſed in omnibus ipſi obedientes gradiemur poſt ſua ueſtigia. Nam ſatis & ſupra docet nos liber pontificalis, quomodo fieri debeat ordinatio talis. Ideoque ex clero & ſenatu ac populo legatos miſimus ad eum, ut cum his eligeret, quem uellet papam ſecundum Deum. Quod & factum eſt: collaudantibus igitur Italiae, Alemanniae, Burgundiae, catholicis epiſcopis, regnorumque optimatibus, electus eſt Kadalus, Parmenſis praeſul uenerabilis. Quo audito Prandellus, diaboli membrum, nouus anti-chriſtellus, habuit concilium cum Leone, originaliter procedente de Iudaica congregatione, ſimulque cum Cencio Fraiapane, atque cum Brachiato Iohanne. Cetera turba erat ex mendicis, ſolita uiuitare de re-

 liquia-

liquiarum cibis. Cum his tribus praedictis Sarabaita Richardum petit, quem ſub pecuniaria conditione Romam aduexit; cuius ope creauerunt Papam noctulanum contra totam chriſtianitatem, contra totum imperium Romanum. Verum hoc ſciat omnis homo, ratione praeditus, quoniam qui deſerit proprium ordinem, non habet laetos exitus. Non eſt auditum a ſeculis ſeculorum, quod ordinatio Papae eſſet in manibus monachorum, nedum etiam in manibus Normannorum. Proh pudor! a diebus Romuli, a quo coepit primum Romana curia, non euenit publicae rei tam atrox iniuria. Cur non concurritis ex omni parte totius orbis, quo fiat citiſſima ultio de talibus morbis? Faſtidium eſt de illis quicquam dicere. Heri uenerunt mendicantes, & qui eſſent, habitu, uerbo & opere demonſtrantes. Nam eorum panniculi erant ſine utraque manica, in dextero latere pendebat cucurbita, in ſiniſtro mantica, barbata uero genitalia neſciebant ſarabara; & hodie coram eleuato ſimulacro reſonantibus tubis perſtrepunt taratantara? ut monachi, qui ſunt homines mortui, ſuperponantur uiuis, adiiciantque ſua abuſiua ſuper Cypriani duodecim abuſiuis? heu! heu; completum eſt in hac die, quod in parabolis praedixit filius uxoris Vriae: Per tria mouetur terra, & quartum, quod non poteſt ſuſtinere. De tribus eſt unus Leo Iudaeus, alter Anſelmus Phariſaeus, tertius falſa cuculla Doech Idumaeus. Quartum Normannus, factus de plebe tyrannus.

Si

Si non fuerit haec radix peccati penitus extirpata, omnia mundi climata erunt in maxima mundi perturbatione fietque nouiſſimus error peior priore. Ergo ſi placet domino Albenſi epiſcopo, qui eſt regius legatus, properent ueredarii ex parte ſenatus, ut quantocius ueniat, qui eſt a domino delectus & deſignatus. Quid plura? Nuncii abierunt, quae audierant & uiderant, uiua uoce, hilari uultu, nunciauerunt. Frater BENZO Dei gratia Albenſis epiſcopus, ex regia iuſſione praecurſor eius, ſalutauit dominum praeelectum his uerbis.

CAP. V.

Salue, ſurge, ueni, occiderunt germina foeni,
Fronte ueni laeta, ueniat tecum Logotheta;
Ne timeas unquam, ſolidat Deus aequoris undam.
Ne dubites undae te credere, Petre, ſecundæ.
Non eſt formido; cum te uocat orbis origo,
Fluctibus in tantis mare fit calcabile plantis;
Porrigit ipſe manum, ſatis cui fidere ſanum.
Non te fraudabit, Romae ſed in arce locabit
Principe cum Petro, tantum ne reſpice retro.
Recta perge uia, dux eſt tibi ſancta Maria,
Quae proli carae pro te deplorat amare,
Vt uincas uincens & ſis de praeſule princeps.
Tunc memor eſto mei, uelut in parte Dei.

CAP. VI.

Remanſit inter eos frater Benzo, quaſi in medio mari ſemper timens imperioſa tempeſtate turbari; Poſthabita ſupra

dictorum nobilitate non eſt dicere, quot prothei commorentur in iſta ciuitate. Sed frater Benzo, factus alter Ariſteus, ligans eos uerborum compedibus, ſtringebat uincula ualde & multum, donec cogebantur reuerti ad priorem uultum: Nunc pollicendo auri montes, nunc paradiſi melliſluos fontes. Aliquando conſultans de republica cum maioribus, quandoque confortans populum utebatur rhetoricis coloribus. Scriptum eſt enim: quot millia capitum, tot millia ſtudiorum. Expedit quocirca ut concionibus proferat uerba conuenientia uoluntatibus eorum. Atque itaque dociles facti intentique ad audiendum, cum ipſe uellet quieſcere, inuitabant eum magis magiſque ad loquendum; quaſi pater, erat omnibus uniuerſaliter carus, omnibus dulcis, multis amarus.

CAP. VII.

HIs diebus intimauit mihi hanc epiſtolam Mulphitanus Pantaleus: epiſcopo Albenſi & maioribus Romae Pantaleon patricius ſalutem. Credo non eſſe ignotum latinis & graecis de concordia inter utrumque principem, Romanum quidem atque Conſtantinoplitanum, mediante Romano apoſtolo. Nunc uero quia de finibus orbis terrarum uenerunt Normanni, conturbantes fraternum foedus indiuiſibilis imperii, ad dedecus atque communem uerecundiam, auſi ſunt noſtra inuadere in medio noſtrum, contumaci praeſumtione. Soliti erant Romani aliis gentibus dominari & ſpolia nationum referre ad capitolium. Econtrario, qui

qui erant olim noſtri ſerui, poteſtatem acceperunt ſupra nos, & non tantum ſpolia, ſed regna auferunt nobis. Saltim rubore effuſi euigilemus noſtroſque baſileos ad uindictam excitemus. Sit ergo Romani regis legatus ſtudioſus in hoc opere & incipiat Kuropalates pueri dni ſui ad expulſionem ignobilium. Nam & ego, Hyſchgion, BaſileumConſtantinum Doctitium continuis allegationibus fatigabo, ut impiger occurrat dilectiſſimo fratri HENRICO in ultionem ſeruilis turpitudinis. Dominus Kadalus, Dei omnipotentis & beati Petri uicarius, ſecundum conſuetudinem praeceſſorum fiat tuba ad conuocationem amborum atque liberationem patriae.

CAP. VIII.

INterea plenus dolo Sarabaita Brandellus, falſiſſimus atque Diabolicus monachellus, fidens non in Deo, ſed in multitudine diuitiarum, nobis neſcientibus comparauit hoſtilem copiam de nationibus gentium plurimarum, ut, quandoque papa noſter ueniſſet, ſtatim bellum in prima fronte habuiſſet: Magis uolens uincere effuſo mortalium ſanguine, quam ſanctorum canonum glorioſiſſimo certamine. O Domine Ieſu Chriſte, uidens, quid facit diabolus iſte, cur non exerces iudicium tuum, qui dixiſti: maledictus homo, qui ponit carnem brachium ſuum. Quaeſo, o pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, ut in diebus malis mitiges nobis, donec fodiatur peccatoris fouea; & tunc apparebunt profundae cogitationes tuae, & magnifica opera. Sit no-

men tuum, o Deus ſalutaris noſter, benedictum in ſecula.

CAP. IX.

DVm haec Romae geruntur, accepta dominus Kadolus legatione, commendans ſe domino, qui humilia reſpicit & alta a longe cognoſcit, praeelectis turmis de tota nobilitate Parmenſium mouere praecepit exercitum. Gradiens igitur per Hetruriam, aſciuit ſuis agminibus decentiſſimam Comitum curiam. In quos fuit Pepo, nepos Tarulfi ex filio, comes fideliſſimus, regi & papae indubitanter fidelisſimus. Ceteri autem ſatis potentes & inſignes, nullis uiribus indigentes. Octauo denique kalendas Aprilis ingreſſus eſt Sutrium Homodim, non trepidus ſed uirilis. Vbi occurrit ei frater Benzo cum ſenatoribus Romanis, aſſociatis ſibi principibus galeriatis. Omnia ualde bona annuntiaui ei, quae audierant aures & uiderant oculi mei. De dolis autem Brandelli nihil ei dixi, quia haec omnia ignota erant mihi. Badaculus autem ſe reuoluens tanquam in labyrinthi uolubilitate, dicebat, ſe uelle recedere ab ea quam male acceperat clauigeri dignitate. Id ipſum autem fautores eius ſubmurmurabant in plateis, ut fraus latuiſſet, quae erat meis. Leo quidem Iudaeus ſymonica ſtropha plenus, uolens occultare, quae moliebatur in nos Folleprand Manichaeus, conuocatis noſtris proceribus dixit; Ne forte ueniat ſuper nos coeleſtis irae indignatio, poenitentia ducti abrenuntiamus Lucenſi

Aca-

Acatio. Non ſit quaeſo amplius inter nos ſchisma, iungat nos fides, quos unum facit Chriſti baptisma. Certi ſimus de uoluntate regis per Albenſem epiſcopum, nunc uero cum Parmenſi electo audiuimus eſſe cancellarium. Cuius auctoritati contra ſtare, lex iubet eſſe capitale. Veniat ergo dominus electus, & ſedeat in monte gaudii; cancellarius autem cum epiſcopo Albenſi deſcendat ad portam Creſcentii; ubi communiter aſſiſtamus ei, & quodcunque praeceperit, nunciabimus clero, ſenatui atque uniuerſo coetui publicae rei. Altera die ſimiliter faciat; tertia die autem proceſſionaliter recipiemus dominum electum cum ſuis in urbem, ſecundum noſtram conſuetudinem. Iudaeus erat, iudaice loquebatur. Nam illa die cum conductitia manu adeſt Brandellus, prouocans nos ad bellum, quod Deo uolente uerſum eſt illis in flagellum. Viſis enim noſtris aquilis, terga dedit multitudo innumerabilis; fugiebat quippe manum Dei, quam ad iram prouocauerat cuculata inſania Scariothei. Quis ſcribat penna, quos ſorbuit atra gehenna in aquis & terra? Sicut dicunt numerantes, mille fuerunt. Poſt tantam igitur pereuntium ruinam, ſine ullo obſtaculo intrauit exercitus ſancti Petri cortinam; nam porticus erat ab incolis uacua. Imminens uero nox coëgit noſtros reuidere caſtra; incolumis denique rediit exercitus totus, exceptis de minoribus ſolis duobus. Orto autem ſole omnia luctus erat, nam quisque cadauer proximi eiulando quaerebat. Siue pauperes, ſiue diuites, huius moeſtitiae uideban-

debantur participes. Ea propter declinauimus ab urbe, ne forte amici & inimici, communiter pulſati impatientia recentis doloris, in noſtram conuertiſſent perniciem arma furoris. Dicebant autem: A diebus regis Euandri, qui fuit conditor Romanae arcis, non accidit nobis acerbitas huiusmodi ſtragis. Per quinque itaque dies ſedit exercitus in eodem loco, donec aliquantulum ceſſauit gemitus mouentium, extincto iuſtitiae foco.

CAP. X.

HIs ita geſtis ex conſulto ſenatus Romani, transiuimus Tiberim ad portum Flauiani: ibi fuerunt nobis filii Buſcelli, uiri martificis, ad pugnam nouelli. Sequaces eorum numero mille, audacia pares Cornelio Syllae. Poſt haec direximus iter ad Tuſculanum, & noſtri coetui ſociauimus iuuenulum nepotem Alberici, olim principis eiusdem municipii. Deinceps uniuerſi comites circum circa ſubiiciunt ſe regendos domini Kadali apoſtolica uirga. Sub arce uero praenominata erant ingentia prata. Vbi reſidentes in papilionibus delectabamur herbarum & florum ſuauiſſimis odoribus. Quotidie autem coram domino electo diſputabant ſeniores, quomodo poſſent cuculati Daemonis allidere tergiuerſationes.

CAP. XI.

QVadam uero die uenerunt ad nos Iohannes Bernardi & Petrus de Via, dicentes: Aſinelmum eſſe in agonia & loqui aliena quaſi ebrium, atque morti propinquare frequenti moleſtia febrium. Ideoque praeſtanda Dei miſericordia, quoniam

Libi-

Libitina inuaſit eius praecordia. Nobis autem ſuper hac re non parum dubitantibus, intulit iſta electus noſter coram aſtantibus: Sathanas mille formis inſidiarum transfigurat ſe in angelum lucis; quandoque ſe induit mortuorum imaginibus & diuinando falſa ſeparat ſequaces ab eccleſiae liminibus. Eius ſiquidem illuſionibus non ſe credat populus catholicus. In domino confido; cor uniuscuiusque noſtrum dicat: ſicut fuerit uoluntas in coelo, ſic fiat.

CAP. XII.

HAc eadem die allatae ſunt ex Bizantio regales literae; portitores uero literarum fuerunt tres miſſi, purpura induti cum candore byſſi. Clamides nimiae uiriditatis relucebant aureis ſignis, coccinei galeri uidebantur ſicut carbonis ignes; talaria nempe aurea & gemmata, oceani margaritis artificioſe adornata; de quibus nulla fuit dubitatio, quo minus fuerint de Baſilei palatio. Illi uero de communi imperio & de fraterna principum dilectione ad inuicem multa dixerunt; demum ſchedam in haec uerba domino electo flexis genibus porrexerunt: Romano patriarchae, regia conſtitutione ſuper uniuerſali eccleſia ſublimato, Conſtantinus Doctitius, Conſtantinopolis Baſileus, ſalutem. Romana ſapientia a noſtro Graeco fonte deriuata, quae in primo & ſecundo ac tertio Ottone bene floruit, inſtanti tempore ita defluxit, ut patiatur Normannos conſortes imperii. Iam enim ſibi uſurpant imperialia officia, ut in praeſumtione

tione Lucani pſeudopapae. Ad haec corrigenda, per manum fidei tuae uolo firmare aeternalis amicitiae pactum cum puero HENRICO, rege Romano. Nam & ego Romanus ſum, & ita nos ambo Romani, ſub te communi patre ſimus unum & colligato uinculo indiuiſae caritatis. Super hoc filium meum Porphyrogenitum dabo ipſi obſidem, totumque meum theſaurum, ut ex eo faciat quod uoluerit, ad uſus ſuos ſuorumque; paternus te praeuio, ſit nobis facultas ire usque ad ſepulcrum domini,& expurgata ſpurcitia Normannorum ſiue Paganorum refloreat chriſtiana libertas, ut in fine ſeculorum. Tu autem, uir Dei, haeres beati Petri, claude ſermones iſtos in pectore tuo & operare opera Dei. His auditis leuauimus oculos ad coelum & de ſuis ſanctis operibus laudauimus Deum.

CAP. XIII.

FAma uolans ſuſurrauit in auribus Gotofredi laetos exitus noſtri trophaei. Qui ut impius hoſtis pueri regis, patri & filio ſemper infidelis, animo conſternatus uehementer doluit, & quaſi ad noſtrum auxilium uenire diſpoſuit. Veniens autem ad pontem Holbii & caſtra metatus eſt ibi. Per dolum igitur ac ſimulationem direxit domino Kadalo, quod per ſeniores Canuſiae ſit paparum ducatus; cur me abdicauit, neque tamen curſum conſummauit? Reuertamur uterque ad uſum antiquae conſtitutionis, ita ut ille non auferat a me debitum conſueti honoris, & ego ponam terminum

num ſui laboris. Placuit ſermo iſte uiris ſapientibus utriusque partis & coniunguntur in pratis Tuſculanae arcis. Nobis uero ſimul reſidentibus, ſic incepit Godofredus. Non poſſumus reuocare Lucenſem illum a ſua intentione, niſi uſi fuerimus conuenienti collatione. Scilicet ut uterque ueſtrum ſe tam diu abſtineat ab huius praelationis potentia, donec interrogatur deliberatiua regis ſententia; & quem rex cum matre Auguſta conſentiente curia adiudicauerit dignum Cathedrae ſeſſione, ille ſedeat remota omni contradictione. Scitis enim omnes a minimo usque ad maiorem, quia dominus meus rex cum matre totaque curia non mutabit huius rei tenorem; & ſic ſopiatur iurgium atque uterque noſtrum recuperabit ius ſuum. Ego uiae ducatum, & uos me ducente perſtringetis ad apoſtolatum. Quod ut uerius credatis, iureiurando firmabo certitudinem credulitatis. Data itaque fide ſuper euangelia Dei, quodcunque promiſit, creditum eſt ei. Confeſtim diſceſſit a nobis & ad Lucam deduxit hominem perditionis. Nos autem ſpe reuertendi, noſtris laetificatis & in pace dimiſſis, regredimur ſaepius memorando uerba Apocalypſeos: Haec dicit, qui habet romphaeam ex utraque parte acutam: Scio, ubi habitas & ſcio, ubi eſt ſedes Sathanae, & ſcio, quia tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Tandem redeuntes recepit inclita Parma, gaudens nos ſua uiciſſe per arma.

CAP.

CAP. XIV.

IGitur de reditu noſtro multiplices in populo rumores fiebant, diuerſi diuerſa ſentiebant; quidam autem dicebant: Quis debet fidei eius ſe committere, qui uoluit dominum ſuum caeſarem interficere? Huius rei cauſa per biennium eſt eius nequitia in carcere clauſa. Alii uero dicebant: Vinculo enim recentis ſacramenti ligatus, euitabit maculam inanis reatus. Ad haec alii: Lupus mutat pilum & pili colorem, ſed dum uiuit, peſſimum non abiicit morem. Vnde Horatius: Quo ſemel imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. At pater noſter Kadalus contra haec murmura fortis & impauidus ei ſe commendabat, cuius ſapientia attingit a fine ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Sciens enim, quod uictoria de coelo adminiſtratur, omnes ſuae dioeceſis ſacerdotes ad celebrandam ſynodum cohortatur. In quorum medio reſidens dixit: Confratres & filii chariſſimi, qui confiditis mecum in adiutorio altiſſimi, precor, ut ueſtris orationibus me adiuuetis, quia ſub tanto pondere gementem uidetis. Coactus denique patrum coepiſcoporum admonitione & pueri regis domini mei matrisque Auguſtae clementi miſſione, ad portandum hunc faſcem me inclinaui, ueſtrisque ſupplicationibus fretus, quos ſemper amaui. Praeſertim autem huic oneri ideo me ſubieci, ut remouerem lapides offenſionis de itinere domini mei futuri imperatoris, quos proiiciunt Normanni impulſione Gotofre-

di

di ad dedecus regis atque totius imperii. Quis ego ſum? quem deſignarunt ad apicem ſummum? Non meis meritis ad hanc electionem ueni, ſed ineffabili pietate omnipotentis Dei, qui de animalibus infimis Pharaonem domuit & infirma mundi, ut confundat fortia, eligere uoluit. Quod ſibi placet, de ſeruo ſuo faciat, etiam ſi in mare cum Iona ad deuorandum me iaciat. Sit nomen eius in ſecula benedictum, cuius effugere non ualemus edictum. Vos autem, fratres, ſine intermiſſione orate, & impugnantes me ieiuniis atque uigiliis expugnate. His dictis ſurrexerunt & ſacras Litanias effuſis lacrymis cantauerunt. Poſt harum expletionem dedit Albenſis epiſcopus hanc orationem: O miſericors ſemper Deus, qui de coelo ruentibus gehennam paraſti & Ahitophilis fatuum conſilium diſſipaſti, diſſipa conſpirationem Annae & Caiphae & uirtutem brachii tui ſuper electum tuum extende. Extremum uero ſynodi compleuit hymnus Auguſtini & Ambroſii.

CAP. XV.

COelum non animum mutat, qui trans mare currit. Qualis extitit Godofredus penes Germanos, talem ſe exhibuit erga Romanos. Poſtquam autem turbauit noſtram Liguriam, digreſſus eſt ſubuertere regalem curiam, & quia ſuis inſidiis patrem nequiuit extinguere, filium quaerit ad petram allidere. Itaque petiit Annam non primum, ſed Agrippinum, & cum eo miſit manum in traditionis catinum. Anxius non ceſſans

ceſſans adiicere peccata peccatis, cum praedicta Anna rapuit puerum regem de gremio matris. Flens & eiulans remanſit ſicut umbra declinans mater auguſta, excuſſa quemadmodum in deſerto locuſta. O domine Ieſu Chriſte, cui non placet hoc diuortium. Rapto denique puero rege de ſinu matris ſine mora exeunt quinque furiae de inferiori inferno, & intrantes ad Annam & Godofredum, inflant eos uento ſuperbiae, ut Abiram & Dathan. His furiis uterque inflammatus, deſpectis ceteris, arripiunt locum regalis prioratus. Permittentes eum patris puerum ludere, ſed hi, ut arreptitii, per regna non deſiſtebant furere. Quicquid uectigalium ad ius publicum pertinebat, in ſuis Sitharius totum reponebat. Si forte deficiebat quiſpiam de principibus per inueſtituram regiae manus, porrigebat ipſe officii uicem ſuis participibus, & muniebat ſe opibus & parentum, quos erigebat, fortitudine, aduerſus inconſtantiam fallacis fortunae. Poſtquam autem conſpirationem, quam mente conceperant, foras efferunt & uerbis & rebus, ad Italiam ſe contulit Godofredus, quaſi ex iuſſione regis ad regiam urbem Aſinelmum reportauit. Normannos Romam uenire faciens, ſocios & amicos reipublicae appellauit. Camerinam & Spoletum inuaſit. Plures comitatus iuxta mare tyrannice inuaſit uſurpauitque. Quid plura? Per totam Italiam, quos uoluit ad regis inimicitiam incitauit. Normannis quoque perſuaſit irrumpere ſancti Pauli munitionem, ad no-

ſtrorum

ſtrorum ciuium contritionem. Noſtri uero Romani, cognoſcentes intentionem Gotofredi, adhibita militum cuſtodia munierunt utrumque oppidum Pauli & Petri. Prae nimio enim odio, quod habebat in regem puerum, lapſus eſt in periurium, obſtruens ei uias, ne poſſet attingere ad imperium, & cito in eadem urbe uoluit eſſe Normannos, qui qutidiano iurgio fatigarent Romanos, quatenus fatigati aſſiduis perturbationibus deſinant rationari de regis honoribus. Enimuero in tantis periclis inuocanda eſt Dei pietas, ut dignetur conterere, quicquid in regem molitur hoſtilis impietas. Ergo dicamus omnes: Omnipotens ſemper Deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnia iura regnorum, erue puerum tuum HENRICVM ab inſidiis inimicorum, eleuaque eum ad imperium Romanae arcis, largiendo tempora ſalutis & pacis. Romani uero memores patrum, qui non dubitauerunt pro libertate patriae, definito conſilio ſtatuunt pugnare cum ſeruis idololatriae. Communi ergo decreto ad imperatricem legatos miſerunt, qui feſtinantes talia Romae ab eadem Auguſta renunciauerunt: Reuertatur dominus electus ad ſedem ſuam, & ſecundum ſapientiam a Deo ſibi datam pertractet cauſam ſuam; ſi Normanni cum ſuo zelote fauente Cornefredo adorant Conſtantini equum, dominus Kadalus cum Romanis in hymnis & canticis ſpiritualibus honoret noſtros patronos Paulum & Petrum. Aſcendat itaque in Caſtellum Creſcentii, & domina-

minator exiſtens, defendat domino ſuo puero regi & armis & orationibus culmen imperii. Et nos quidem auxilii manum ad uos extendemus, quoniam adhuc tales ex procerum grege nobiscum habemus, quorum natura nullo accidente poteſt uitiari, ſicut nec aurum in plumbum mutari. Nam qui regiam prolem praedam fecerunt, ex aliqua parte infames fuerunt. Vos autem uiriliter agite, confortetur cor ueſtrum, quia ueniens aquilo fugabit hoeſtrum.

CAP. XVI.

AVdientes autem haec Romani gauiſi ſunt ualde, & notificauerunt ea Parmae coram domino Kadalo, electionis uaſe. Qui praecingens ſe ſecundum uerba Auguſtae redire diſponit. Cornefredus autem in montibus & ſiluis inſidias ponit, & ideo per aliquot temporis ſpatium eſt iter eius remoratum. Accedentes autem multi ſpiritualis gratiae donis ſuffulti, ſuſurratione placabili ſtillabant haec in auribus domini Kadali: Pater ſancte, uides quia Godofredus periurii reus, nititur te praecipitare in mortis abyſſum, propter dominum ſalua temetipſum. Sede nobiscum tantum anno ſolo, forſan deficiet inſidiator iſte cum ſuo dolo. Dicebat unus, alter, & tertius coepit plumbeſcere, qui erat ferreus. Dum diuulgatur tarditas unius anni, inualeſcebunt inde Normanni. Quod ut cognouit imperatrix, domina mea, mandauit mihi thomum epiſtolae in haec uerba: Agnes, Dei gratia imperatrix, Benzoni, Albenſi epiſcopo ſalutem, &

& omne bonum. Sicut fidelis & prudens pro cauſa domini tui regis bene cucurriſti in ſtudio, fortiter reſiſtens noſtro aduerſario. Sed quia res nondum accepit finem, oportet te in agone perſeuerare ſecundum tuam perfectiſſimam fidem, roborando ſcilicet dominum Kadalum, qui timet Gotofredi iuxta iter reuerſionis poſitum ſcandalum. Tu autem pergens cum eo, conforta eum ſicut bonus ſignifer in die praelii; in ueritate ſcias, quia duplicabo ſuper te quinque talenta euangelii. Scio enim, quam ultra uires poſſibilitatis ſunt iſta, quae praecipio: tu tamen conſtanter age, eo quod merces retributionis erit tibi a me, & ab eo, pro quo dimicas, filio. His auditis gaudio magno repletus, ducatum itineris arripio laetus. Verum quia beneplacitum eſt domino in populo, qui exaltat manſuetos in eundo, praeſtitit electo ſuo eundi uirtutem. Intrauit Romam fortis & manſuetus, orauit in loco, ubi requieſcit beatus Petrus. Dehinc aſcendens in Poliandrum Adriani, ubi excipiunt per ſingulos gradus maiores Romani, quos ſalutauit paterno oſculo, ſtanti deorſum benedixit populo. Quibus dixit: Nullus mortalium, fratres cariſſimi, antequam naſceretur, cognouit de ſua natiuitate; nulli notum eſt de uitae ſuae longitudine ſeu breuitate. Incerti ſunt pene omnes de mortis affinitate. Eapropter dum uiuimus, Deo uiuamus, ſi morimur, domino moriamur, ſiue uiuentes, ſiue morientes, domini ſumus, ſine cuius nutu nil agere poſ-

ſumus. Non eſt in nobis noſtra uia, quia trahimur ad uoluntatis eius occulta iudicia. Quid de nobis fieri debeat, ab aeterno praedeſtinauit: Nam & omnes poteſtates, quae fuerunt, ſunt & erunt, per interualla temporum ordinauit. Itaque in eo ponamus ſpem noſtram, quia ſi ei non placuiſſet, non eſſet reditus nobis ad Romam. Pro reconciliatione igitur catholicae fidei, pro defenſione Romani imperii, Deo propitio ad ſanctum Petrum & ad uos redii. Ergo ſimul ſtemus, quia intra muros hoſtes habemus; de quibus, Deo uolente, facile triumphabimus, eo quod uictricia ſigna noſtri certaminis portabuntur, noſtri apoſtoli, ſacris ominibus. Scitis enim, quia orantibus apoſtolis ad nihilum deuenit audacia Simonis; ſimili modo expurgabunt hanc urbem ex foetore Normannorum & monſtrabunt ſe principes & fautores Romanorum. Tum omnes quaſi ex uno ore dixerunt; Benedictus tu & ſermo oris tui, per quem aedificabuntur nouae Ieruſalem muri. Credimus enim, quia per os tuum loquitur Deus, ideoque in cunctis, quae iuſſeris, tibi obediemus. Denique ad multiplicandas uires noſtrae fidei, factus eſt nutu Dei regreſſus Albenſis epiſcopi, per cuius ſaluberrimum auxilium ſperamus adfuturum nobis diuinae pietatis auxilium. Qui enim coeleſtia diſponit & humana, ſeptiformi gratia, ſuae mentis replet arcana. Tali igitur ſuffragante conſiliario, fiducialiter poſſumus pugnare cum recenti Simone, Petri & Pauli aduerſario. O potens Roma, cuius

ius caput olim tangebat parallela, nunc infimi omnium tibi parant plus quam ciuilia bella. Ex una parte Tryn Kinot & Taencredus, ex altera Annas & Cornefredus, in medio Sarabaita Cinoedus. Iudicet inter utramque controuerſiam uerus iudex omnipotens Deus.

CAP. XVII.

PRandellus autem cognoſcens, praeter quam ſperauit, aliter eueniſſe, per triduum in ſua proſeucha delituit, nullique mortalium ſe uidendum exhibuit. Vtrum denique ſacrificauerit Daemonibus, aut cum Hyamne aut Mambre daret operam Magicis incantationibus, etſi quibusdam erat incertum, tamen id ſuſurrabat omnis populus. Tandem apparuit in pallore defunctorum, dans teſtimonium, ſe interfuiſſe contubernio Daemoniorum; accerſitaque ſibi fauentium concione, hac abuſus eſt confabulatione: Quid aliud dicam Romanis, niſi ut ſint Romani? pro nihilo ducant, quod in angulo urbis ſe clauſerunt Parmeniani. Dati ſunt quippe in captionem dentium ſolummodo noſtrorum clientium. Sed o uos Normanni, terra marique inſuperabiles, ad quoscunque caſus fortunae infatigabiles, quod eſtis, precor, eſtote, & quid - - - rex in Italia fecerit, mementote. Veniens autem duxit ſecum Gallorum triginta millia; non eſt dicere, quanta ſtupenda quantaque operatus eſt mirabilia. Verum de multis aliqua dicamus, quo ad informandos animos uerиſſimis exemplis

ad ſimilitudinem parentum uos perducamus. Ad expugnandos equidem Euandrum atque Aſcanium a ſolo aedificauit nobiliſſimam urbem Mediolanum. Et quia ex cogitati operis uidebatur longinquus; condidit Seno-Galliam, quatenus ad excurſionem Romanae expugnationis fieret propinquus. Tentauit autem hoc multis argumentis, ſiue bellicis inſtrumentis, ſeu pecuniae oblectamentis, quin etiam ſymonicis figmentis. Nam ſcalis appoſitis pene irrepit capitolium, ſed perſtrepente anſere repellitur eius conatus, quaſi a uento proiicitur folium. Rex autem potentiſſimus, plurium regnorum gloria ſplendidiſſimus, diu multumque laborauit pro ſolo nomine imperii, quia inſatiabiliter erat cupidus appellari imperator publicae rei. Vos uero, qui ſine ulla laſſitudine gloriamini nobiſcum in Conſtantini palatio, accingimini uiriliter ad expulſionem Parmenſium, ut exaltemini ſuper uniuerſali Latio. Siue gladiis ſeu fuga euaneſcentibus Parmenianis, quem de grege elegeritis, ſublimabo diademate, claudicantibus Romanis. Noui enim homines in quam partem uoluere, poſſum detorquere ſingulos ſingulari obolo. Maior uero pars Teutonicorum ſegregata a matre & filio communicant nobiſcum uoluntate atque conſilio. Propterea erigite cor ſurſum & uenabulis perſequimini non hominem ſed urſum. His furiis uerboſa dicacitatis inflammata phalanx Normannorum exacuit aduerſus Parmenſium cateruas omnia genera

ra telorum. Surgite ergo apoſtoli Ieſu Chriſti, & exinanite, quod euomuit ſathanas per putidum os ſui miniſtri. Vos igitur bellatores inſuper & uictores diabolicae conſpirationis, proiicite eum de ſupercilio montuoſae cogitationis, & ſicut praecipitaſtis Simonem Magum ab altitudine axis, quem gyrat Bootes, ita conuertite in carbonem, quemadmodum Zaroen & Arfaxen conuerterunt Symon Chananaeus & Iudas Zelotes; & tunc apparebunt, quid illi proſint ſomnia ſua. Tu autem domine Zabaoth, qui iudicas iuſte & probas renes & corda, uideam, precor, ultionem ex eo, qui eſt inferni porta.

CAP. XVIII.

NOrmanni uero falſiſſima pollicitatione ebrii diſcurrunt per plateas, utpote phrenetici. Grandiſonis uocibus bellum, bellum clamant, atque ad congreſſionem pugnae noſtros exagitant. Noſtri autem audito clamore, inflammati iracundia magna, protinus proſequuntur fugientium agmina: Proſternuntque ex eis quoſdam, inculcantes alios usque ad montem Coelium, ubi inter utramque aciem graue commiſſum eſt praelium. Multi quidem eorum interierunt, ut confoſſione armorum, ſeu calcibus equorum. De noſtris denique pauci uulnerati, ceteri uero ſatis & ſuper de uictoria confortati. Viſi autem ſunt ſancti apoſtoli in medio certamine cum albis labaris, compellentes Normannos terga uertere cum albis cantharis. In hymnis igitur gra-

tiarumque confeſſionibus ſimul cum domino electo, ſatrapis bellantium circumſepto, ad eccleſiam B. Petri pergit omnis populus; referens trinunitati gloriam, qui per apoſtolos ſuos pro libertate imperii pugnantibus conceſſit uictoriam. At Prandellus ſciens contra uentum regere tegumen mantelli, deſperantibus Normannis dixit, quia uarius eſt euentus belli, uiciſſitudo eſt omnium rerum: Nam & tempus uariat qualitates dierum. Aliquando pluit, aliquando reſtat, ſi fortuna alternatim ſua munia praeſtat. Nolite, filii cariſſimi, puſillanimes fieri: uictor tandem extitit Elias, licet fugiens ſub umbram iuniperi. Itaque his adulationibus deliniti a conſuetis aſſultibus quieuerunt & integro menſe quaſi ſomniculoſi ſiluerunt. Poſtea uero reſumto ſpiritu curſores eorum ad belligerandum noſtros prouocant, ſed ſine mora reuertentes dorſa demonſtrant. Facta ſunt autem aduerſum noſtros haec irritamenta, quaſi ex affectu deludentium, transcurſo ſpatio duorum menſium. Interim, dum Sarabaita, ſemper cogitans mala infinita, dicit, ſe a bellicis tumultibus quieſcere uelle, quaſi lupus latens ſub ouina pelle: Dominus noſter Kadalus ſciens, quia non eſt ſecuritas, uicino ſerpente dormire, uicinarum urbium comites mandat ad ſe uenire, ut cum eis peragat curam praeſentis negotii, qui ſecundum conſuetudinem progenitorum debent eſſe & laboris dignaeque remunerationis ſocii. Venientes autem ueniunt cum exultatione & promittunt ea facere, unde

de reportent manipulos, ex bona uidelicet retributione. Quid uero eſſent acturi, cum Romanis atque Parmenſibus ſecretiſſime diſpoſuerunt, reditumque ad propria ſimulauerunt. Quadam denique nocte reuerſi poſuerunt ſe inſidiis ad locum, qui dicitur opus Braxitelis. Surgente uero ante diem phosphoro, adeſt noſter exercitus praeuiis apoſtolis cum Mauritio & Caſpophoro. Bombis igitur tubarum, ſtridoribusque lituum contremuit totum Lateranenſe tugurium. Normanni uero excitati currunt ad arma, parui curantes quod cornicat Parma. Dicebant enim, cito uidebitis, quid uolunt Normanni fortes in bello, trucesque tyranni. Prandellus autem non immemor ſuae artis, collegerat multos in auditorium ſuae partis. Enimuero noſtri circa haec loca diu perſtiterunt, & neminem exeuntem uiderunt, lentoque greſſu reuerſionem conari coeperunt. At illi a longe inſequebantur illos clamoribus, compreſſis ueſtigiis in modum teſtudinis tardioribus. Aliquando uero noſtri uertebant facies ad illos, ſtantes ut ferrei muri, quia per Dei uoluntatem ipſi ſciebant, quid eſſent facturi. Stantibus autem noſtris, Normanni ſtabant, noſtris ambulantibus, illi ualde procul quaſi ambulabant, & ita nolendo uolendo neſcientes deducti ſunt ad inſidiarum locum. Confeſtim noſtri de latibulis exeunt, & ſupra uocibus & tubis perſtrepunt. Repentino denique motu Normanni perterriti, dubii ſpe uitae clamant ad inuicem: ferite, ferite. Ab utriſque concurritur & obuius ab obuio percutitur. In

prima quidem belli uertigine, utrobique pluribus proſtratis, reſonat fragor ruptis haſtis. Deinde ſtrictis mucronibus alternatim galeas concutiunt & de duritie ferri ſcintillas ignis excutiunt. Non erat Normannis ulla ſpes fugae, reſumebant ſpem reuiſo ſanguine ſicut ſangiſugae. Iterum a noſtris requiruntur, uulnerantur, proſternuntur. Ad extremum collecti in angulo petunt pietatis dextras & ſub iureiurando pollicentur noſtras relinquere terras. Noſtri uero Romani miſerantes alios Romanos, qui cum Normannis uenerunt, datis obſidibus ab exercitu noſtro hoc impetrauerunt. Collectis ergo ſpoliis triumphantes remearunt, eleuatiſque uexillis Kyrie eleyſon decantantes dominum noſtrum Kadalum ſalutarunt. Tota Roma cum diuerſis cantilenis prorumpit in laudem Dei, & cum domino electo procedit ad templum beati Petri. Vbi cum lacrimis iubilant Deo percutiendo pectora, qui per apoſtolos ſuos coram ſeruis ſuis de theſauro ſuo profert mirabilia noua poſt uetera. Cathedra praeparatur eccleſiae prae foribus & ſedit dominus Kadalus Dei deſignatione apoſtolicus. In gradibus uero ſtetit exercitus & populus. Euangelice autem loquens dixit Nomenclatori: Voca operarios & redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis usque ad primos, quos merito debemus uocare reipublicae amicos. Honorandi ſunt enim glorioſae retributionis compluribus beneficiis, quibus diuina protectione datum eſt euaſiſſe de mortis periculis.

Larga

Larga eſt manus Dei, plena eſt arca B. Petri. Laetificentur ergo triumphatores noſtri non ſolum gloria & honore, uerum etiam gazarum recompenſatione, ut ſint ſpectaculum poſteris.

Nam ſequens poſteritas ſperabit talia recipere, ſi per exempla eorum gradiens fecerit magna magnalia. Igitur & equis & mulis, loricis & publicis maſtrucis, renonibus, aduectis de Galliis aureis nummis, argenteis cuppis, Anaptis quoque ſancibus multis dotatur ſplendide uictrix militia, urbs tota plaudit pro tanta laetitia. Decretum eſt poſt haec ex conſulto ſenatus, ut per uices cuſtodirent urbem ex contiguis ciuitatibus ſufficiens comitatus. Eſſet procul dubio litigandi finis, ni inſtigaſſet languidum animum Sarabaitae legatoria Gotofredi infernalis Herinnis. Prandellus autem triſtis usque ad mortem pro inſtanti ſuorum contritione, uolens eos, prout ſolitus erat, permulcere mythologica preſuaſione petiit, ut adhuc ſtarent ſaltem menſtrua remuneratione. Cui reſpondentes dixerunt: Quomodo ualemus eſſe uobiscum, quibus aduerſatur, qui pugno claudit abyſſum? Non eſt igitur mirum, ſi fugimus, quia minime eſt noſtra colluctatio cum hominibus; etenim manus Domini eſt cum ſuis ſanctis, nequaquam cum complicibus ueſtrae partis. Durum eſt itaque, contra ſtimulum calcitrare; uidete quid agatis, non poſſumus uobiscum amplius ſtare. Ibimus, ibimus, certum eſt, ſi uobiscum ſtamus, quin peribimus. Illis

autem ab inuicem ſeparatis conuenerunt in unum germina uiperinae ferocitatis: Gotofredus ſcilicet atque Sarabaita, quorum Spiritus erat unus cum Aman Agagita. Attrahuntque alios Normannos, qui foris ſtantes non permittunt feriare Romanos. Saepiſſime uenientes ad portam Appii minantur obſidionem, & aut ui, aut fraude, ſancti Pauli inuadere munitionem. Talibus uanitantium uanitatibus, noſtri Romani uehementer irati aiunt domino electo: Quomodo poſſumus tanta ferre, regio ſolamine deſolati? & quia communis & honor, communis & dolor, communiter rogamus dominum, Albenſem epiſcopum, ut ſcribat hoc regi, atque uniuerſo collegio pontificum, ceterorumque principum, quatenus de communi dedecore ſaeuiat communis dolor in eorum communiter pectore. Et ſi amant praeeſſe, ſtudeant & prodeſſe. Frater uero Benzo annuens Romanorum precatui, ſcripſit ſequentia uerba regi ſuoque ſenatui.

Incipit liber tertius.

ROma ſuo regi: famulamur corde fideli omnes recentis imperii; uae, qui dicitis malum bonum & bonum malum: Ponentes tenebras lucem & lucem tenebras aeſtimatis. Vae, qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris & coram uobismet ipſis prudentes; non attendentes ad petram, unde praeciſi eſtis, neque cuius beneficio eſtis quod eſtis. Propterea rectores imperii, audite uerbum

bum Domini. Petrus & Paulus chriſtianae militiae anteſignani, dimicantes aduerſus ſimulacra, quae coluere pagani, unus cruce, alter enſe adepti ſunt arcem imperii Romani. Quod uice ſecundum placitum alterna, quando Graecis, quando Gallis, quando Longobardis contulerunt, ad ultimum forte perpetua poſſidendum Teutonicis tradiderunt. Qui usque ad coelum pertingentes exuberantia apoſtolicae gratiae, per plurima tempora potiti ſunt ſplendidiſſimo obrizo Calabriae. Obtulit ultro ſuum Apulia, nec uidebatur ſibi iniuria. Quicquid habebat diues Liguria, his effundebat absque penuria. Quid plura? Praepotens rerum magna Italia gaudebat fore his tributaria. Sed o dolor! dum profanis odiis inter ſe decertant, dum matrem a filio ſeparant in horrendis huiusce praeliis, perdiderunt unum ex apoſtolis. Normanni enim, qui melius dicuntur Nullimanni, foetidiſſima ſcilicet ſtercora mundi, caſtrum ſancti Pauli, alteram partem imperii aſpirant ſibi ſubiicere, non iam tyrannice, ſed quaſi hereditarie. Et cito peruenturi in capitolium, quod erit Sueuis in aeternum opprobrium. Iam enim obſident portam Appii. Nonne Appius indixit bellum Carthaginenſibus? & eius porta cingitur humanis ſtercoribus; uobis, uobis, o Teutonici, Romanorum defenſoribus. O boni defenſores, cur non acurritis Paulo, quem ſerui ſeruorum praecipitare conantur de duodecimo throno? Fortaſſe occurrere putatis, dum idolum Moloch, quod Normanni

manni conflauerunt refirmare feſtinatis. O barones, in matris & filii diſcordia non ad reparanda reipublicae primordia, qui ſenſus, qui animus uobis erit, cum infimi mortalium aſſument in proprios uſus, aurum, gemmas & pallia, quae hactenus deuotis manibus miniſtrauit uobis Italia? Certe Doctitius Conſtantinus, praeceſſorum ſuorum ſuperlatiuus, diſpoſuerat iam ante pedes effundere domini mei, quicquid gazarum congeſſerant Bizantini reges ab initio ſeculi, papa Kadalo & Pantaleo patricio mediantibus, coelo & terra ſuper hac concordia exultantibus. Verum audiens, quia reiectum reaedificaſtis ſculptile, quod Nullimanni titubarunt in apoſtolico culmine. Conſternatus animo inuocat contra uos coelum & terram, retrahitque, quam putabat nobiſcum iungere dextram. Deputat imbecillitatis, impotentiae, quia non reſpondiſtis; ſed potius fauetis eorum inſipientiae. Saltem debueratis moueri, ni eſſetis lignei, quod ea nocte per proprium idolum in Orcheſtra apoſtoli ſtatuerunt aureos cancellos Lateranenſis palatii, ad dedecus pueri, quem uos ſenes portatis, enſibus furunt. Vt ictus illi eſſent teſtes, quod Normanni, licet contra Deum, licet contra ordinem catholicum, tamen creauerunt phantaſticum apoſtolicum. Inſuper ex donariis, quae obtulit imperator Conſtantinus monomachus ſanctae Romanae eccleſiae, pretioſiora ſibi abraſerunt, ad ignominiam imperialis contumeliae. Neque enim Giezotae illi ſtatuam conflati-

ſlatilem aliter uoluiſſent erigere, ni prius conducerentur infinita ſumma pecuniae. Et hoc laudatis? & ratum fore iudicatis? O peſſima alienatio mentis in ſacerdotibus Dei omnipotentis. Certe, ſi etiam angelus de coelo uoluiſſet hoc uobis perſuadere, potius deberetis eum anathemate ferire, quam huic errori deſeruire. Reuertimini ergo ad unum, patres conſcripti, patres aeterne benedicti, ſuccurrite Paulo intercepto de latronibus, mendicis & latronibus. Neque enim frater Petrus erit in laetitia, donec Paulum ſenſerit in triſtitia. Igitur, o gemmae Romani Palatii, o gloria imperantis Latii, expurgate per manus Kadali hoc putribile fermentum, quin ſi poteſtis illum fere noſtrum Baſileum Doctitium adducere ad communem conuentum.

CAP. II.

DOmino Alberto, Bremenſi archiepiſcopo, frater Benzo. Dominus, domini ſtans in porta. Surſum corda! Vae Romae ab ſcandalis. Nemo eſt, qui pugnat pro apoſtolis. Cur appetimus nomina paſtoris, ſi ſequi refugimus ueſtigia apoſtolorum? Certe ipſi bellatores inclyti portantes coeleſtis hominis imaginem reſtiterunt anti-chriſtis usque ad ſanguinem. In ipſa denique nouella plantatione chriſtiani hominis, nonne Petrus radicitus euulſit phantasmata Simonis? Si bene transacta recolimus, idem fuit Sylueſter & Leo & Gregorius. Quis modo mutum ſonat contra idolum, quod Normanni, ſtercora mundi, ſtatuerunt in ſede

ſede apoſtolica? Nemo eſt qui uicem Petri, imo Dei, doleat. De domino rege noſtro, ad cuius iniuriam hoc praeſumtum eſt, nulla intentio; quia puer eſt; potius rident quidam ſub oculo. Sed uae ridentibus. Vbi ſunt colonienſes Herimanni? Vbi ſunt ſancti patres peregrini, moderantes frena Romani imperii? Vbi ſunt illi & illi, quos non recolit memoria ſtyli? tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, qui debes opponi murus pro domo Iſraël. Cernis o pater, quia ruit mundus, periclitatur eccleſia, ante tempus finiuntur ſecula; qui ſuccurrere perituro poteſt, dum non ſuccurrit, occidit; ſuccurre ergo pereunti mundo; ſuccurre uniuerſali eccleſiae, ſub ultimo gementi diſcrimine, ſuccurre domino noſtro regi, ſuggere uires ei, ut conterat audaciam Normannorum, quo Romana eccleſia reſumat ſtatum uel in fine ſeculorum.

CAP. III.

Domino Alberto, Bremenſi archiepiſcopo.

FRater Benzo euangelium aeternum. Quia uerba mea uobis uidentur deliramentum, & ueluti mythologicum riſibile figmentum, decreueram indicem ori imponere, ut immunis perſiſterem ab omni legationis onere. Verum de ſpecu propoſiti ſilentii euulſit me transmarinus ille Conſtantinus Doctitius, ſuper communi republica auriga peritiſſimus. Per manum enim Malphitani Patricii direxit domino Kadalo & mihi reſcriptum Pytacii in haec uerba: Domino Kadalo, ſancti Petri electo, & Benzoni

zoni Albenſi epiſcopo ſalutem. Vos, qui eſtis portitores pueri regis domini ueſtri Henrici, agite cum ceteris fidelibus Teutonicis & Latinis, ut ueniat idem dominus ueſter rex cum centum millibus in Apuliam atque Calabriam, & faciat urbes contra urbes, & caſtella contra caſtella, impleatque ea militibus, quibus erit ex noſtra parte per uiginti annos indeficiens cibus. In Malphitano enim mari eodem momento recurrent uobis centum naues, unaquaeque ſuffulta centum remis, in quibus erit inaeſtimabilis alimonia hominibus & equis. Inſuper tantum abundabunt pecunia in auro, argento & palliis, quantum uix poſſet comparare Italia cum ſuis numulariis; ut experiatur Italia, quia tales ſumus in facto, quales in uerbo. Nunc uero o pater ſancte, ut ueſtra ope, ueſtroque conſilio ueſtraque prudentia humi proſtratum iterum tangat coelum imperium Romanum, non ſit uobis ante lucem ſurgere uanum. Videtis enim, quia ueſtris temporibus ipſe rex gloriae diſponit, oleo laetitiae puerum ſuum Henricum prae fortibus ungere. Vtinam non eſſetis nati, ſi ad hoc recipiendum non eſſetis parati. Viuit dominus, quia ſi diuae memoriae dominum meum Henricum percelleret nuncius, ad id peragendum foret citiſſimus. O felices & plusquam felices, quibus tanta promittuntur, quanta poſt Salomonem nullum legimus promeruiſſe imperatorem. Laquearia enim & pauimenta eccleſiarum ualebitis auro puriſſimo ſternere, & ad ſuſcipiendum

tardi

tardi uultis cum fatuis ſtertere? Vigilate itaque cum prudentibus & laetis ulnis accipite, quae Deus praeparat ſe diligentibus.

CAP. IV.

Domino archiepiſcopo Alberto.

ALiis atque aliis aſteriscis & obelo, frater Benzo, propheticum librum intus & foris ſcriptum. Num celare potero domino meo ciconias, quas plerique noſtrorum ſaciunt poſt tergum regalium baiulorum, uidelicet archiepiſcoporum? Diſſenſio itaque in turba facta eſt propter uos, eo quod aliter cantatis litanias quam nos. In extremis autem precibus ſolemus uniuerſaliter dicere: Ab omni malo libera nos domine.

Ab arce imperii
Ab Apulia & Calabria
A Benaeuento & Capua
A Salerno & Malfia } libera nos domine.
A Neapoli & Gerentia
A felice Sicilia
A Corſica & Sardinia

Quid plura? diligo dominum meum, perſcrutetur medullitus hoc ſecretum. Sciat, uideat, recogitet, intelligat & ungulas diuidat. Fidelis ſum, fideliter loquor. Qui putat me loqui facetias, manducet ſenecias.

CAP. V.

DIVO HENRICO *regi Romanorum certiſſimae ſpei.*

ALbenſis Benzo caput Gorgonis cum ſalute mentis & corporis. Tu es, qui uenturus eſt, an alium expectamus? Si

Si uis uenire, oportet haerarium ſummotenus auro palliiſque farcire, ut habeas, unde pluas ſuper iuſtos & iniuſtos, cum quibus acquiras Romanos & aeternos triumphos. Quae facile compleueris, ſi tantum ſententias tui fidelis mente conceperis. Quas ſi neſcis, interroga in Abela.

CAP. VI.

Diuo Henrico, ſereniſſimo regi, Albenſis.

BEnzo, cottidie manducans panem doloris: ſpiritum tertii Ottonis & utinam ſpiritum tertii Ottonis. Cognouimus docente fortuna, quia ueſtra & illius pueritia non eſt altera, ſed una. Fuit enim ille raptus ab ubere matris, & uos bibiſtis calicem eiusdem acerbitatis. Abuſi ſunt denique Papiniani contra eum pſeudo-paſtore, uobis autem id ipſum contigit, ſed diuerſo tenore. Romulei quidem ſtatuerunt, eo nolente, quendam Simoniacum, & uobis opponitur Normannorum ſimulacrum. Vterque uero deguſtauit cum amaritudine quaedam alia, de quibus modo non eſt dicendum per ſingula. Verum legifer Otto omni genere legis iniuriam ſuam ultus eſt. Nam eo ſedente pro tribunali, & coelum deſuper ingemuit & omnis terra fremuit. Neque enim ſolis uiribus, ſed magis ſubtilitate ingenii reparauit monarchiam totius imperii: Oportet itaque uos exquirere artes triumphatoris, & haec omnia adiicientur uobis.

CAP. VII.

HArum portitor literarum, noſter legatus, praeſentauit ſe Bremenſi archiepiſcopo,

& ſicut a nobis acceperat, aperuit illi, quare uenerat. Archiepiſcopus autem conuocatis paucis de procerum grege, introduxit Romanum legatum coram domino noſtro rege. At illi non ſurda aure medullam noſtrae litteraturae exceperunt, & alta ſuſpiria de corde traxerunt; & prae anguſtia ſpiritus gementes, reſpiciebant ſeſe inuicem, talia proferentes: Melius eſſet nobis, non ueniſſe ad ortum humanae procreationis, quam ad improperium (improbrium) deſcendiſſe huius perditionis. O magni Ottones, Romanae reipublicae triumphatores, quod nobis acquiſiſtis, ferreo pectore uiles facti, amittimus, non rapiente Paſide, uel Germano Hectore, ſed uah! demit illud Annas Agrippinita & Brandellus Sarabaita. Abſtinete precor lamentis, dixit ſuppreſſa uoce archipontifex Bremenſis. Mulieres uindicant lacrymis illatam iniuriam: non eſt hoc ueſtrum, quod dominatum habetis ſuper regalem curiam. Opus eſt, ut conſulatur, quid in hac re fieri potiſſimum debeatur. Sit noſtra conſultatio cum fidelibus, cum his, quorum patres ordinauerunt conſilia regum. Non interſit coetui noſtro Balaham, nec Ahitophel, ſed Ietro & Samuel. Statuunt itaque datis inter ſe dextris ſub chriſtiana fide, quod nemo committeret hoc ſecretum auribus Mydae. Et ne fama, quae indifferenter canit facta & infecta, poſſet iſtud euulgare per campos & tecta; placuit domino Bremenſi, ſingulatim uocare duces, comites & pontifices, quatenus ſub fidei clamide fierent

rent huius participes ſilentii. Hac de cauſa retinuit ſecum noſtrum legatum per longum temporis ſpatium. Nos uero nimio ſtupore agitabamur, non recipientes nec noſtrum nec alium. Transactis autem ſex menſibus, adeſt noſter legatus, de quo ita gauiſi ſumus, tanquam ſi foret de ſepulchro reſuſcitatus. Igitur ex iis, quae oculis uidit & auribus percepit, fideliter abundanterque nos hilares reddidit; atque ex parte domini noſtri regis ſuorumque magnatum hunc breuem nobis detulit: Domino Kadalo, deſignato ſponſo ſanctae Romanae eccleſiae, in ſperatione diuinae clementiae, HEINRICVS, Dei gratia rex, cum conſenſu fidelium: perſeuerantiam bonae inceptionis usque ad finem conſummationis. Monemur, ut bene ſcitis, ſcriptura teſte, quod ſacramentum regis eſt abſcondendum ſub fidei ueſte. Ideoque ſi uobis modo non aperitur, non arripiatis moleſte. Vobis autem, quos in cordis ſacrario habemus, nihil celare debemus. Sed quia plus prodeſt ignorantia huius rei quam ſcientia, loquimur uobis prophetali prouidentia: Expecta, reexpecta. Modicum ibi, modicum ibi. Similiter dicit euangelium: Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Nonne Petro dictum eſt: Quod neſcis modo, ſcies autem poſtea. Ergo uos, qui cum Petro habitatis, patienter expectate, quoniam quod cor ueſtrum deſiderat, uidebitis in ueritate. Eodem quidem modo hortabatur Moyſes Hyſrahelem, dicens: Vos tacebitis & dominus pugnabit

pro uobis. Conſtantes igitur eſtote, uidebitis auxilium Dei ſuper uos.

CAP. VIII.

PErlecta uero cum quibusdam regiae legationis epiſtola, locutus eſt de interpretatione eius dominus - - paula: Magna ſunt haec, alta ſunt haec, cuſtodienda haec ſunt. Dicat unusquisque in uoce eius, qui decapitauit Goliath deuictis Philiſteis: Pone domine cuſtodiam ori meo,& hoſtium circumſtantiae labiis meis. Si forte ſuſurratis, quomodo poſſumus cuſtodire, quod neſcimus? Illud uidelicet, quod audiſtis: Deus pugnabit pro uobis & uos tacebitis. Nempe ſi de uerbis iſtis inimicus perſenſerit aliquam ſcintillam,ſuis falſis opinionibus uolutabit eam in mille figuras, quia diabolus male interpretatur ſcripturas; in hoc enim, quod magiſtri ſecretorum ſilentium nobis impoſuerunt, ſolertiores nos reddiderunt. Sic illi ſecuti ſunt Salomonem, qui dixit: Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus; ſapiens autem differt & reſeruat in poſterum. Et nos imitemur noſtrum Senecam, qui ait in ſuis prouerbiis: Quod celatum uis, nemini dixeris. Ad haec noſtri: Fiat ſicut monetis, proiiciatur iſtud indicibile in cordis profundum; quia ſecundum ſcripturam, omne uas non habens operculum neque ligaturam, erit immundum. Tamen dilatio futurae ſpei proficit nihil publicae rei. Spes eſt longa Dea, aliquando antequam ſpes fiat res, moritur tota experientium parentela. Contra has inutiles uerborum quisquilias reſpondit

ſpondit paterfamilias: Chriſtianorum eſt ſperare, diaboli eſt deſperare. Scriptum eſt enim: in te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti eos. Nam qui arat, in ſpe arat; qui militat, in ſpe militat. Nullus ergo ueſtrum in ſpe deficiat.

CAP. IX.

VIdens autem Albenſis epiſcopus, eos pernimium dubitare de uirtute ſuae ſpei, ait: Audite ſeniores & fratres mei. Via hominis in mundo numquid eſt in homine? Tua ſunt abyſſus multa iudicia, domine, incuruatur omne genu in auctoris nomine. Quam beatus homo ille, cuius ſpes eſt dominus, licet hic ſit minoratus angelis paulominus, poſt mortem uidebit Deum cum electis omnibus. Tali ſpe Noë in arca ſtetit imperterritus, quem uentorum uel undarum non turbauit fremitus, nec contriuit palmo diſtans aquarum interitus. Pater gentium multarum ſpem in Deo poſuit, cum de terra ſua Deus hunc exire uoluit, confidenter cunctis rebus dominum praepoſuit; Phyliſteos, qui implebant puteos ruderibus, Iſaac deuicit, ſpei lactatus uberibus: benedictus ſit creator in ſuis operibus. Iacob exiit a ſuis, ſpe contentus ſocia, qua docente recuſauit pigreſcentis otia, diues rediit ad patrem poſt acta negotia. Cum Ioſeph eſt glutinata ſpes, quae neſcit fallere. In ciſterna fuit ſecum, nec non in carcere, praeparauit ei locum in regali latere. Spe pulſati piſcatores reliquerunt retia, facti ſunt iudices ſecli. O quam magna pretia,

 quem

quam non ualet cogitare de paſtus ſenecia! Spes martyribus promiſit coronarum munera, ideo fortes fuerunt ad ferenda uulnera, ſe tortoribus tradentes non timebant uulnera. Spe monente confeſſores fame corpus macerant, centies in die flexis genibus ſe lacerant; Virgines & continentes ſpe currunt in ſtadio; ſpes eas non defraudabit poſt agonem brabio, ſed locabit ante Deum in ſolari radio. Omnis aetas, omnis ſexus, omnisque conditio credunt, ſe remunerari ſpei beneficio, eapropter perſeuerant in Dei ſeruitio. Et qui orat & qui arat, & tyro qui militat, & qui plantat, & qui rigat, atque qui aedificat, cunctos ſpes ducit ad Chriſtum, qui eos mirificat. Igitur poſtquam finem loquendi fecit epiſcopus B. regis legatus, tale dedit reſponſum ſapiens ſenatus: Vere uir Dei es, uere uerbum Domini in ore tuo uerum; tacebimus, expectabimus, pugnauimus & pugnabimus. Siue ſit pax, ſiue ſit guerra, fiat uoluntas tua rex aeterne Domine ſicut in coelo & in terra.

CAP. X.

SEnatores praeterea tractabant inter ſe de amphibologia regalis epiſtolae. Suggerunt itaque domino electo, quam bonum eſt, ut ex uniuerſis urbibus comites aduocentur, ac de praeſenti legatione, quae agenda ſunt, cum his deliberentur. Quibus collectis atque in conſcientia ſecreti unanimiter receptis, reſpondit Rapizo Tutorinus comes, qui in bellis ſeu in conciliis ſine dubio extitit ſalutaris fomes; etſi rem difficilem perſuaſiſſet curia, non obtemperare, computare-

tur

tur iniuria. Quanto magis, qui efflagitat ſilentium, quod pertinet ſolummodo ad cuſtodiam uirorum prudentium. Interim ergo dum tacentes expectamus euentum rei, oportet nos uigilantes circumſpicere, transeuntes curſus uel noctis ſiue diei. Semper enim eſt timendum imperio Romano a cuculla; deliteſcentes in tenebris & a Daemonio meridiano, multiplicantur quo circa cohortes bellantium, qui luporum arceant inſidias, de foris ululantium. Ab uniuerſis conclamatum eſt: placet, quod a uenerabili comite, ſc. domino Rapizone peroratum eſt & diuiſis turmis per uices ineunt habitationem ſingulis menſibus in urbe ueluti ciues. Quicquid armorum poterat fabricari ex ferro, erat eis indigentia nulla, inde poene rumpebatur falſa cuculla. Tempore quidem Nicolai, quem uelut aſinum paſcebant in ſtabulo, adunauit Prandellus pecuniam in centenario ſacculo. Inde comparabat ſeruilem manum, per quam cottidie fatigabat populum Romanum. Igitur in tot & tantis tormentis fuimus per tempus, & tempora & dimidium temporis. Tandem Deo nos miſerante & nube pietatis ſuae obumbrante, Godofredus, qui erat laqueus noſtrae contritionis, coepit languere & arbitratus eſt, quia ſi mutaſſet aërem, ab imminenti ualetudine poſſit conualere. Petiit proinde ſuum caſtrum Pollionem, ubi expirauit & deſcendens in infernum dominum ſuum Plutonem ſalutauit, qui eum ſecus Iudam protinus collocauit. De aduentu eius non pa-

rum inferus laetatur deque eius diſceſſu totus mundus gratulatur.

CAP. XI.

EMinentiores autem Apuliae & Calabriae, gementes ſub iugo dominationis Normannicae, ut cognouerunt ueraciter interitum Godofredi, ultra quam credi poteſt facti ſunt mirabiliter laeti. Et accepto conſilio cum Pandaleo Maluitano patricio, eodem duce ac praeuio nauem aſcenderunt & ſub obtentu negotii Romam uenerunt; inſiſtebant denique quidam illorum mercium uenditionibus, ſicut edocti fuerant ab inſtitoribus. Pandaleus uero cum ciuitatum primariis deſcendit in ſcapham & nauigans ad caſtellum Creſcentii aſcendit ad uerum papam. Sub celeritate quidem ſcapha reuertitur ad mare, negotiatores nauis oſtendunt uenalia uolentibus comparare. Patricius uero cum ſuis humiliatus coram domino flexis genibus dixit: Magnus dominus noſter, & magna uirtus eius, quia de medio noſtrum diſparuit peſtilens Grugnefredus. Ipſe enim alter Iudas, qui quaerebat animam regis pueri, nunc apud inferos luit poenas innumerabilis periurii Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quia largitur nobis pius plaſtes arma ſuae uirtutis. Ecce quod promiſit dominus meus, Conſtantinopolis Baſileus, per ſuas epiſtolas, adeſt adimplere paratus. Ergo deſiderabilis pater, fac tu ſimiliter & tuus ſenatus; Id ipſúm peragat ueſter rex ſuaeque curiae magiſtratus. Recitentur epiſtolae & ſecundum uerba epiſtola-

ſtolarum ſit factum conſimile. Bareas autem habetis atque alias ciuitates: iſti enim, qui mecum ſunt, tenent claues earumque urbium poſſident poteſtates. Quandocunque & quomodocunque uolueritis, intrabitis, ſi fidem, quam uobis faciemus, nobis facitis. Ad haec dominus Kadalus: Nuncianda ſunt haec domino noſtro regi, qui eſt currus eccleſiae & auriga imperii. Tu autem ibi ſta, ubi ſtas, quoniam indefinite periit ſatanas.

CAP. XII.

ILlis autem abeuntibus coepit dicere ad ſenatum noſter, Petri Paulentius: eligatur de uobis unus, qui afferat domino noſtro regi generalis laetitiae munus. Coeperunt ſinguli dicere: neſcio loqui Teutonice; ſi placet beatitudini ueſtrae, talis eligatur, qui literatorie uel Teutonice gaudium iſtud dominicis auribus ſapienter confiteatur. Oculi autem omnium in me intendebant & tamen cogitationes cordis promere non audebant: compeſcens igitur dominus Kadalus eorum ſuſurrationem, hanc intulit reſponſionem: in legatione, quam nuper accepimus, fratres & filii mei, patenter datur intelligi, quia de coelo nos reſpicit miſericordia Dei; nam in ea continetur noſtrorum requies laborum, & laqueus atque contritio inimicorum: committenda eſt itaque haec coeleſtis admonitio philoſophiae nutritio, qui ſit immunis ab omnis barbariſmi uitio. Dicit enim Tullius: fieri poteſt, ut recte quis ſentiat, & tamen id quod ſentit,

polite eloqui non poſſit. Eapropter & qui ſentiat recte, & qui loquatur perfecte, mittatur a gremio partis electae. Sed quem huius rei oratorem eſſe cupimus, effari minime praeſumimus, etſi nomine non exprimitur, tamen ex ardentiſſima dilectione, quam exhibet circa honorem caeſaris. Tum ego inquam: Deus, cui omne cor patet & loquitur omnis uoluntas, ipſe nouit, quantum diligo dominum meum caeſarem Henricum ſupra id, quod mea nequit adimplere facultas. Non eſt neceſſe uobis per circuitiones uerborum abire: paratus ſum quippe, domino meo & in carcerem & in mortem ire; ſolummodo dicite, quicquid uultis dicere: noſtrum enim eſt uelle, Dei eſt perficere. Vtimini tantum exordio, poſtpoſita inſinuatione; nihil eſt tam difficile, quod non uideatur facile ſolae herlii dilectioni, quia ualida eſt ut mors dilectio: & dixerunt omnes: non eſt noſtrum uobis imponere, uos ſcitis quid opus ſit iacentibus ſupponere. Vos eſtis medulla ſecreti, uos eſtis bilanx in cauſis B. Petri. Quemcunque reſpiciunt ad commune negotium in communi negotio, cis mare uel citra. In corde tuo o pater, ſunt omnia ſita. Dominus tecum & cum ſpiritu tuo, dominus te circumtegat ſuae uirtutis ſcuto. Accepta benedictione patris, ualete dixi omnibus & pater ſubintulit: Qui eſt uia, ueritas & uita, ab omni malo cuſtodiat te Dominus.

CAP.

CAP. XIII.

CRedo Deo, credo Deum, credo in Deum, qui proſpere facit iter meum. Nam celeri greſſu adii Liguriam & tranſiens per Alpes Iulias, ad regis deueni curiam. Erat autem dominus meus caeſar in aula Cotelini monaſterii, ubi me ita recepit, prout ſe decet recipere legatum imperii. Archi-pontifex autem Bremenſis aliique epiſcopi ſummaeque dignitatis proceres ei aſſiſtebant. Multitudines quoque uirorum diuerſae aetatis adſecutis plauſibus de foris perſtrepebant. Ego uero ſtans coram caeſare domino meo, tanquam qui debet offerre ſacrificium, hoc habui Romanae legationis initium: Salutant uos, domine mi, Petrus & Paulus ſancti apoſtoli, fidelia oramina, dominus electus debita ſeruitia mandat, ſenatus & omnis populus. Ad haec dominus meus rex: mi frater, quia fatigatus es ex itinere, uolo te per octo dies in requie conſiſtere, poſtea dabitur tibi locus audientiae ante conſpectum noſtrae clementiae.

CAP. XIV.

POſt dies octo, ſedente domino caeſare meo cum principibus ianuis clauſis, intereſſe me iuſſit pro Romanis cauſis; introgreſſus eorum in medio ſteti, annuntians eis haec uerba, quaſi ex ore apoſtoli Petri: Puer meus, noli timere, tecum fui, ſum & ero, uictoriam tibi & tuis, cottidianis precibus ad Deum quaero. Roma facit, quod ſuum eſt. Conſiliis & armis defendit hereditatem tuam. Exſurge ergo tu ipſe, & iudica

dica cauſam tuam. De cetero reſpublica proſequitur uerba apoſtolica dicens: Ab ipſis cunabulis, o bone rex, ſemper ſeruiui tibi ſub fide non modica; oſtende qui ſis pro defenſione paternae hereditatis.

- - (Lineola abſciſſa erat) nec non Agarenſis
Non ceſſit totum, tu noſtrum perfice uotum,
Magne triumphator, poſt bellum pacis amator,
Caeſar HENRICE, *quem Chriſtus cum genitrice*
Saluet in aeternum, det agalmata, claudat auernum.

Reuoca ante oculos memoriae atauos imperatores, qui tibi acquiſiuerunt hos imperiales & aeternos honores. Tu habes ſine ſudore, pro quo illi ſudauerunt, pro quo illi ſaepe & multum pugnauerunt. O quoties pugnauit primus Otto cum rege Berengario, ubi multi barones perierunt ex utroque. Tandem eo de campo belli profecto, filioque eius Widone interfecto, Otto uictor emicuit, poſtremo carcere truſum regnare prohibuit. Poſt haec filius eius, rex Albertus, ad uarios euentus belli ſemper inter primos repertus, aduerſus eundem rebellauit, atque bis acro certamine fatigauit; quem magnus Otto exterminauit ab Italia, ſed deficiente terra receperunt eam maria. Vbi per triennium iactatus fluctibus euaſit captiuus, ueniensque Auguſtodinum, obiit peregrinus. Otto ſecundus & tertius, quaſi tui agricolae, bene triturauerunt pro tuo imperio; malas enim arbores extirpauerunt de apoſtolorum pomoerio. Strenuus autem Heinricus, ſapientiſſimi Salomonis ſingularis

ris & unicus amicus, pro pacificanda tua hereditate, facta magna ſtrage ex utraque parte, cum Adriano dimicauit, eumque regno priuauit. Arduinus autem expoliatus cingulo regalis bullae, gemebundus expetiit latibulum cucullae, ſub qua uelut poenitens aliquantum ſe attriuit, ſed in breui hominem exuit. Quid uero idem Henricus fecit Romae, ut eccleſia catholica eſſet ſine rapacium macula, ſit modo lupus in fabula. Quanta autem & qualia alii imperatores fecerunt, quibus es propinquior carnea progenie, in chronicis eorum exaratum eſt egregie. Enimuero certiſſima res eſt, o caeſar, quod ſancti apoſtoli non ceſſant pro te orare; nam reges, quos debueras ad auxilium inuitare, ſine tuo rogatu ultro ſe offerunt & apertis theſauris munera uſibus tuis conducibilia deferunt. Quaecunque habet & habere poteſt, pollicetur tibi Conſtantinus Togtizius rex Byzanzinus, tanquam ſi eſſes Porphyrogenitus filius eius: quicquid enim in epiſtolis ſuis legitur, quacunque hora uolucri complebitur. Manifeſtum eſt igitur, quod te Deus amat & uterque apoſtolus pro te cottidie clamat. Apulia ſiquidem atque Calabria apertis portis te praeſtolantur, rogantes ut uindictam facias de iis per Romana iura; uelut iumenta indomita peruagantur. Dicit enim Horatius: qui prorogat horam recte faciendi ruſticus, expectat, ut amnis defluat. Feſtina ergo o caeſar, noli tardare, quod poteſt manus tua facere, inſtanter operare. Cur dictum eſt: Labora ne fame pereas & piger fias?

ſias. Quodlibet arbuſtum poſſumus uno ictu deiicere: Si autem ad magnitudinem perfectae arboris creſcendo roboratur, iam non timet caſum, etiamſi multoties ſecuribus feriatur: deiiciendi itaque ſunt iſti in praeſenti momento. Forſitan quod hodie licet, cras erit illicitum: oportet quo circa regem eſſe ſolicitum, ut non ſequatur uocem coruinam, ſed quantocyus eos praecipitet in perpetuam ruinam & ſolium gloriae teneat.

CAP. XV.

PRaeterea ex his duabus prouinciis, Apuliae ſc. atque Calabriae, replentur conditionaliter imperatorum Camerae. Ecce tempus Hiram & Salomonis: aurum & argentum ad ſimilitudinem lapidum; haec dico regna miniſtrant uobis, ſed prius eradicentur Badaculus & Brandellus, qui ſunt cauſa malitiae. Deinde norma filii ſpurcitiae, o ſeniores Teutonici; certe ſolo terrore ueſtri aduentus fugabitis hos ſcarabaeos, quia coelum & terram conſpirauerunt contra eos. Non enim uos exſpectabunt, marinis fluctibus ſe necandos dabunt. Gotofredus autem, qui erat animoſitatis eorum pabulum, deſcendens per Acheronta gemit in tormentis apud principem Daemoniorum Zabulum. Quid plura? de uobis ſenioribus nihil ſiniſtrum putat Roma. De ſolo uno dubitat, qui clam de iſtis legationibus cum Brandello ſaepiſſime muſſitat. Exquirite inter uos, utrum ore & corde loquatur ſuper hac re Annas Agrippinus & cauete, quoniam nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum, quam familiaris

liaris inimicus. Verum quaſi in unius perſona omnibus uobis dirigit hoc breuiloquium Roma & obnixe precatur, quatenus in cordibus ueſtris firmiſſime teneatur.

CAP. XVI.

Metropolitane, cui non eſt nomen inane,
Imperii ſumma defixus in urbe columna,
Cur partes Romae non curas, gemma coronae?
Quomodo Normanni, facti de plebe tyranni,
Plus ſolito turbant, quo plana per hempata currant.
Dedecus ad regis qui temperat organa legis;
Hac recurrebam reuolando uolare uolebam,
Vt praeſtolantes regem reddantur ouantes.
Sed quia non ultis audire iuuantem multis,
Sed quia non ultis reſerare ſepulcra ſepultis,
Hoc eſt Romanis, Calabritis, Apulitanis:
Conficitis magnum, neque iam reparabile damnum.
Qui coelum gyrat, uobis iſte requirat.

CAP. XVII.

Muſa tamen pro me, quod mandet Graecia Romae,
Vt plus, quod turget, Romana potentia purget,
Facta per HEINRICI *cauſa uictricis amici,*
Ad cuius numen tremit imperiale cacumen.
Victrici lauro comptus poſt regnet in auro,
Et cum Tetrarchis, primatibus & patriarchis,
Praeſulibusque ſuis, magnatibus atque tribunis.

Cum-

Cumque ſua ſcola, quae regis ludit in aula.
Omnia ſint aurum, Romae comitantia Scaurum.

CAP. XVIII.

DE cetero, Roma ueſtra, ſupplex & acclinis poſtulat, ut ſecum cantetis litanias, ſicut ab antiquis. Et pax Dei, quae exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra, & intelligentias ueſtras, ut poſſitis conſolari Romanos, qui pro uobis cottidianas ueſtras cum Normannis exerunt paleſtras. Tunc rex dixit eis ſecreto: Conſulite, quid reſpondeamus ſancto Petro. Bremenſis autem archiepiſcopus, cui rex arcana ſua nunquam abſcondit, ex eius praecepto ita reſpondit: Romana legatio non eſt curſim pertractanda, ſed moroſe, atque diutius, coadunatis in unum epiſcopis & ducibus. Quapropter imperat dominus noſter rex, ut perſcruteris nobiscum huius legationis tenebroſam abyſſum. Tu enim frater es legatus domini mei, miſſus ad Romam pro ſalute publicae rei, ad deſtruendam haereſin Arrii & Machinaei. Tu ſcis interiora & exteriora, tuo conſilio denique eligere debemus meliora. Tu cognoſcis uiſcera Graecorum, nec ignoras qualitates Romanorum. De Apulia quoque ſiue Calabria non eſt aliud examinare neceſſe, niſi quia nolunt perpetim in ergaſtulo hoſtium eſſe. Cui ego: a fructibus eorum cognoſcetis eos, ſi certi fuerint Graeci de regia expeditione, confeſtim erunt in Malphitano cum rebus promiſſis, ſine ulla dubitatione. Nam ſcriptum

ptum eſt: ſegnius irritant animos demiſſa per aurem, quam quae ſunt ſubiecta fidelibus oculis. Quiuis coecus palpando diiudicat, quod Roma Normannos cottidie fulminat. Omnia reſpondent uobis ad uotum, talibus & qualibus ex parte Petri hoc facile notum. Videte, ne tale Dei donum, nec indeficiens bonum ſubripiat uobis pigritia, quae fouet in ſuo gremio cetera uitia. Ad haec ſcripſit dominus Metropolita, aliisque ridentibus locutus eſt ita: Fides tua, o Albenſis epiſcope, facit te ſaluum, merito te nominamus Haeliſaeum caluum. Aſcendens dominus meus caeſar in Romano curru fiat tibi ſicut Helias, & dando ſpiritum duplicis gratiae, remuneret tibi multiplicis in ſuo famulamine laboris & perſeuerantiae uias: Peragente domino noſtro Ieſu Chriſto, cui placet, ut reſiſtamus bicipiti antichriſto.

CAP. XIX.

IGitur, dum detineor in curia ſecundum ſtatuta praecepti dominici, relatu quorundam didici, quod dominus meus imperator uerus ſecundus HEINRICVS, tranſiens de hoc mundo ad Chriſtum deputauit filio ſuo Bremenſem Metropolitanum tutorem & magiſtrum. Ideoque familiarius adhaerebam ei, diſputans ſecum de neceſſariis publicae rei, quae reſpiciunt ad honorem & utilitatem uictoriae domini mei. Ipſe uero me inſtruebat ex iis, quae erant numeranda domino electo, ſenatui aliarumque dignitatum gradibus, ſimulque Apuliae atque Calabriae ciuitatum primatibus, rogans, ut

affirmarem cunctis in ea, quae Chriſtus eſt, ueritate, quoniam citiſſime uidebunt regem uenientem cum poteſtate magna & maieſtate, & omnes tribus terrae cum eo; tunc cantabimus ſimul: gloria in excelſis Deo.

CAP. XX.

IN diebus illis congregati ſunt primates Teutonici ad regem & dixerunt ei: Veniat Annas Agrippinus in medio & dicat, cur te exheredat Romano imperio. Et ſtatuerunt eum in concilio, dixeruntque ei: ſicut eleuaſti Normannorum ſimulacrum, niſi depoſueris & ad nos adduxeris, de collegio noſtro amplius non fueris. Qui dixit: ſi male arripui iter ſiniſtrum, deſerens dextrum, fideliter uolo emendare ad arbitrium ueſtrum & adiecit: Si uobis bene uidetur, prius de confirmatione eius, accitis Ligurianis epiſcopis, apud nos ſynodus celebretur, ut in altera ſynodo penes Mantuam facilius inlaqueetur. Cui reſpondentes dixerunt; Non aliter uulnera dubietatis de cordibus noſtris amputabis, niſi tactis euangeliis & ſancta cruce, te id facturum affirmabis. Quod & factum eſt.

CAP. XXI.

POſt haec coadunata principum concione, concilium inierunt de mea reuerſione. Et dixerunt omnes una uoce: Frater Benzo, merito debemus te deligere, quem uidemus in regis ſeruitio nunquam deficere. In omnibus enim periculis certans pro eo, ſemper intrepidus fuiſti. Ex praecepto domini mei Romam ingreſſus Hereſiarchas

ſiarchas depoſuiſti: Quid facere debeamus, nobis impoſuiſti, calicem multarum paſſionum pro eo bibiſti: Dic ergo fiducialiter domino meo: Ecce ego reliqui omnia & ſequutus ſum te. Quid pro hoe erit mihi? Vt totus mundus aſſurgat in laudem eius. Reſpondeat tibi noſter Baſileus: Inimicos ſancti Laurentii ſub pedibus tuis humiliabo. Quaecunque ſunt eccleſiae tuae perdita, noua uel uetera, in integrum reſtaurabo. Quae nunc habere uideris, centuplicabo, cum fuero per Dei clementiam ſublimatus in arce imperii. Eris omnia in omnibus, ſecundum uoluntatem tui deſiderii, ut cognoſcant fideles & peruerſi, quia haec mutatio eſt dexterae excelſi. Adhuc autem per meam manum tale quid tibi dabit Deus, quod, qui audierit, tinnient ambae aures eius. Haec audiens cecidi in faciem ante pedes regis domini mei, & benedixi Deum & regem atque omnem turbam praeſentis collegii. Deinceps praecepit dominus meus rex fieri ad tutelam eccleſiae meae praecepta & mundibundia, quatenus per haec ſopiantur litigantium iurgia. Inſuper in equis ac pellium donis reddidit me laetum acceptaque licentia accepi regalis curiae coetum. Nudius tertius docuerat me ualde & multum de uniuerſis ſuis mandatis, & recedentem monebat, iisdem iterum & iterum replicatis; aiebat enim: Nihil horum precor obliuiſcaris, quia tu ſemper mecum es, nullatenus de redibitione uerearis. O Domine Ieſu Chriſte, qui de coelo deduxiſti africum, transferens

 au-

auctrum, aſpirando praeueni & adiudicando proſequere conſilium noſtrum', quia quod in extremis locutus eſt caeſar, manet alta mente repoſtum; ſi unquam fui oblitus ſui, uel aliquando obliuiſcar, de tenebris ad lucem non proficiſcar. Obliuiſcatur me dextra mea, quae, licet peccatrix, ſignat calicem, ſi eo relicto ad infructuoſam me conuertero ſalicem.

CAP. XXII.

AD cor reſpicit Deus, nihil eſt, quod non uideat oculus eius. Videns autem pius plaſtes me fidum interpretem, inter dominum meum regem & populum Romanum, felici reditu, remoto inſidiantium metu reduxit me ad Vaticanum. Congregata autem in eccleſia ſancti Petri maxima multitudine Romanorum ciuium, ſalutato domino electo, factus alter Hesdras, aſcendi in gradum lingneum. Qui habet aures audiendi, audiat, quod uobis Spiritus S. per hoc ſerui ſui Benzonis annunciat. Gaudete in domino ſemper, iterum dico, gaudete, quia ad portum laetitiae perducunt ueſtros ueredarios Romanae nauis Proretae, uidelicet ſancti apoſtoli, qui eam gubernant ex iuſſione domini.

CAP. XXIII.

Fortes & mites perpendite uerba quirites.

DOminus noſter Henricus, ſacrae Romanae eccleſiae protector & amicus, fidelibus ſuis Romanis plenis fidei & ueritatis, manus gratiae & bonae uoluntatis. Recitata ueſtra legatione, patres conſcripti, in

auribus domini noſtri caeſaris & principum, una fuit uox reſpondentium. O Roma, o Romani, ideo ſuper omnes gentes uos praepoſuit creator generis humani, quia non timuiſtis ſubire periculum pro patriis honoribus atque inflexibili fide domi militiaeque ſemper adhaeſiſtis imperatoribus: Quis non debeat uobis reddere uicem, qui falſae cucullae dedignamini flectere ceruicem? Merito uobis ſuccurrere debemus, quia uerbis & operibus uobiscum eſt Dominus. Dignum eſt ergo, ut de militibus Romanis faciat dominus noſter rex Romanus ſenatores; de ſenatoribus exaltet ad principum honores: Vt nati & naſcituri ad ſeruiendum Deo & regi cor figant, &, nimis honorati ſunt, fideles regis dicant. Haec & his ſimilia illis dicentibus, atque adhuc plura prae gaudio dicere uolentibus, Caeſar praecipiens ſilentium fieri dixit: Non poteſt arbor bona fructus malos facere; ſic nec iſti procedentes ab arbore, quam plantauit dominus in montis Olíueti latere. Sicut enim legitur in eorum hiſtoria: Fulget in eis parentum memoria. Video inter Africanum Scipionem utrumque Catonem, Ciceronem & Fabium. Certe reuixit & de refugis, atque de malefidis. Dat legem Regulus Piaurus, nec non Fabricius; Metellus & Marcus ac Sylla Patricius. Nonne iſti ſunt, quorum progenitores aſſueti quirinali trabea occiderunt cibatum ſerpentem, apud fluuium Bagrada? Cuius corium uiginti pedum adlatum eſt in capitolium. Ipſi ſunt pro me bellatores, ipſi ſunt conſi-

conſiliatores, ipſi diuidant inter ſe mea regalia, quos faciam priores ſuper omni Italia. His auditis tollitur clamor in coelum: Viuat rex in aeternum; & de rege factus imperator regnet in ſempiternum.

CAP. XXIV.

DEinde in camera recepto cum tribus ſilentiariis domino electo ſeriatim cuncta enucleaui, quae accepi ab ore regis, ſedentis in ſuo conclaui. Scilicet de certitudine aduentus eius, de confirmanda amicitia, quam expetebat rex Bizantinus. Et ut Apulus & Calaber habeant in Deo & uenturo rege ſuae liberationis ſpem firmam, quia uolente Deo, extendit in eos auream de more Aſueri uirgam. Deque nimia beneuolentia, quam habet ſereniſſimus rex erga dominum electum, ergaque communem gregem, quae in ſui dilectione intuetur eſſe perfectum. Quin etiam de utraque ſynodo; quae omnia ſunt claudenda ſub taciturnitatis modio. Expoſitis denique omnibus, quae mihi commiſit magnus rex & piiſſimus dominus, continuo ſilui, reſpuens adiicere quicquam ſermonis ſuperflui. Surgens autem dominus electus, fundens prae gaudio lacrymas coepit percutere pectus, dicens: Gratias tibi referimus paſtor bone, qui in tribulatione poſitos nos reddis ouantes. Sit nomen tuum benedictum in ſecula ſeculorum, qui non derelinquis in te ſperantes. O ſancti apoſtoli, hoc eſt ueſtrum opus, quo jugi precatu uniuerſaliter ſaluetur Romanus populus. O cariſſime frater, epiſcope Ben-

zo,

zo, ipſe te conſeruet, qui fulgere per diem conceſſit heleneo. Deinceps ad omnes partes mittantur legati, quatenus praeſtolantes dominum noſtrum regem, ſecundum praepoſitam ſponſionem, ſint caute parati; ubicunque uero aduentum caeſaris praedicabant, omnia genera gaudii & laetitiae, tanquam Opobalſama, ibi fragrabant. Quisquis autem tantum gaudium tantamque laetitiam turbare uoluerit, etiam angelus de coelo, ſit anathema Maranatha, pereat cum Saule & Ionatha, non habeat partem cum eo, qui pro nobis crucifixus eſt in Golgatha.

CAP. XXV.

IN circuitu impii ambulant, ſed in finem, uelut Iudas, laqueo diaboli ſemetipſos exſtrangulant; Qui poteſt capere, capiat; neque plus, quam oportet ſapere, ſapiat. Interim decurſis per longa interualla multis diebus adgreditur perficere Annas, quod teſtibus euangelio & cruce ſpopondit regi ſuisque fidelibus. Itaque conuocatis undicunque epiſcopis diſponit celebrare ſub ſpecie ſynodi conuenticulum, quaſi ſuae uoluntatis indiculum. Interfuerunt autem quidam de partibus Liguriae, appellati tanquam ex iuſſione curiae. Cunctis uero reſidentibus hoc habuit Annas ſuae locutionis initium: Videtis fratres cariſſimi, quia ſancta Romana eccleſia graue patitur praeiudicium. Propter duorum enim altercationem, ducuntur filii eius ad occiſionem. Si matri modo non ſuccurrimus, ea pereunte pariter peribimus. Succurrendum eſt ergo, ne ſimus

conſentientes neci eius. Nam ſicut ſcriptura dicit: Qui ſuccurrere perituro poteſt, nec ſuccurrit, occidit. Diſcernat quoque inter utrumque uerbum, Dei gladius, cui debemus conſentire, quamuis ſit noſter aduerſarius. Si enim de cordis ueſtri medicinali pixide adhibetis huic inſaniae canonicum Capipurgium, confeſtim extinguetur huius furoris improbabile iurgium. Adhaec Italici epiſcopi reſponderunt: Non eſt aequum, ſuper hac re definitiuam ſententiam dare ſine Ambroſio & Apollinare. Et ille: aliqua reſeruemus & aliqua dicamus, ne in caſſum ueniſſe uideamur: Noſtri uero conuentus ſententia erit ſuſpenſiua, in altera ſynodo definitiua. Caeteri autem dixerunt: Non improbamus quod dicitis; induciae quidem ſunt dandae canonicis iudiciis. Annas dixit: Audite quaeſo cum diligentia & memoriae commendate, cuius ponderis ſit mea ſententia. Si ita intrauit, ſicut ego intraui, dico Alexandrum ſedere usque ad proximam ſynodum. Epiſcopus autem Conſtantiae Romaldus conſtanter dixit: Regula canonica non prohibet ueſtrum introitum, quia legalis eſt ueſtra ordinatio, atque orthodoxa conſecratio. Denique pro moniali adulterio eunuchizatus Arnadellus, eodemque uitio inquinatus Sarabaita Prandellus, hunc elegerunt, Normanni quoque accepta pecunia hunc inthronizauerunt. Romani autem nolentes hunc recipere, uoluerunt ei reſiſtere, ideoque introitus eius non fuit ſine ſanguine. Non

ergo

ergo intrauit iſte, ſicut uos intraſtis. At ille, quod dixi, dixi Si ita intrauit, ſicut ego intraui, dico Alexandrum ſedere usque ad proximam ſynodum. Haec autem omnia per nepotem ſuum, qui epiſcopatur Halberſtet, notificauit Annas Romae ad Caiphan & Dohec. Tunc ſumſerunt cornua iſti duo magi, Zarothen & Aphaxat, tanquam contra Dauid Philiſtaeus Goliath. Nos uero ad ſalutem noſtram putantes haec fieri, eramus quieſcentes, quaſi ſub umbra Iuniperi. Illi denique, quos in furorem Megera & Alecto exagitabant, bellicis prouocationibus cottidie nos fatigabant. Fiducialiter quidem expectabimus finem rei, ſperantes in miſericordia ſaluatoris noſtri Dei.

CAP. XXVI.

IGitur completo ſpatio annuae reuolutionis, incepit Annas iter ſuae expeditionis, & uenit Mantuam cum trecentis falcatis, quem recepit comitiſſa Beatrix ſumtibus regifico luxu paratis. Mandauerat autem ipſe iam dudum Alexandro, per Cunibertum Taurinenſem epiſcopum, ut cauſa finiendae litis iungeretur ſibi Mantuae ad celebrandam ſynodum. Rurſus quoque per Vercelenſem Gregorium, cui ſe Alexander familiarius credebat, annunciauerat idem Annas omnia, quae idem Alexander praeſcire uolebat. Veniens autem gratulabundus & laetus, arridenti fortunae ſe indubitanter dedit. Prandellus denique, de certis ſemper incertus, domi reſedit. Praeterea Domino electo legauit ipſe idem

Annas, ut quantocius adeſſet Parmae atque totum ſuum exercitum dirigeret Mantuae; Adiiciens quoque: domine pater, quare uenerim, tu bene noſti, matura ergo, quae ſunt opponenda totius eccleſiae hoſti. Continuo dominus electus effuſis lacrymis ſuſpexit in coelum & dixit: In manus tuas domine, commendo ſpiritum meum. Denique tanta uelocitate regreſſus Parmam, ut uideretur ſibi, quod angelus domini, qui aſportauit Abacuc ſuper lacum Babyloniae, transtuliſſet eum in locum Parmenſis coloniae. Congregatis autem epiſcopis ſynodus inchoatur. Baburres Alexander in cathedra collocatur, & prout ualebat, eos de ſeruitio Dei admonebat. Et cum diu multumque frendens blaterando uerba perſtreperet, nullusque balbutationem eius intelligeret, Annas admonuit, eſſe ceſſandum atque in craſtinum reſeruandum.

CAP. XXVII.

POſtquam autem die mediante compleuit Alexander ſynodicae adminiſtrationis officium, Patarinorum magna comitante caterua, abiit ad ſuum hoſpitium. Annas uero aſcendens in ſanctuarium iuxta altare, coepit cum lacrymis diutius orare. Ad quem accedens comitiſſa dixit: Domine archiepiſcope, tempus eſt refectionis. Cui ille: Prohibet hodiernum edulium dolor cephalicae paſſionis. Illa quidem, ut ad epulas accederet, deuote inſtabat; Ipſe autem in propoſito abſtinentiae perdurabat. Tandem rogauit eam, quo praeciperet cunctis

cunctis expetere menſam, pulſisque omnibus ſecretam redeleret eccleſiam. Et adiecit: eſt ſecretum o domina, quod tibi uolo confiteri, poſt cuius confeſſionem tecum coenabo, ſi forte hodie aliquid manducabo. Deinde ex improuiſo motu, inclinans ſe, ut ad pedes eius caderet, illa opponens brachia contra, precatur, ne id faceret. Flentibus autem non parum utrisque ſuſpirando, ſingultiendo, abſterſis lacrymis exorſus eſt ipſe: Ante hoc ſacrum altare, ſupra quod celebratur ſacrificium corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, triſtitiam cordis mei, o piiſſima domina, confiteor tibi. Et terram oſculando, ſupplico benignitati tuae, quatenus inde mihi digneris largiri medicinam, ne cadam in opprobrium & in Baratri ruinam. Non te latet, o domina, meum figmentum, atque meorum origio parentum. Luce clarius eſt, quod ſanctus imperator ſecundus Henricus me erigens de ſtercore, ſuper altitudines ceterorum procerum praeeſſe uoluit, meque ſe alterum in imperio conſtituens, nil plus facere potuit. Et ego miſer & peccator factus lupux rapax, rapui filium eius de ſinu matris, cum debuiſſem me opponere praeſumtori huius crudelitatis. Et quoniam approbaui promotionem iſtius Alexandri, quem in cathedra B. Petri ſtatuerunt Normanni: Idcirco inimicatur mihi tota curia domini mei regis, inde appellor Iudas & deſertor & infidelis, & niſi iſta correxero, tanquam leproſus elongabor ab

eis.

eis. Haec eſt mors mea, ſi cadens in infernum reliquero galaxea. Praebe itaque conſilium, o bona princeps, miſericordiae & ueritatis amica, ne de uetito conſilio iudiceris uelut diues, denegata Lazaro mica. Comitiſſa uero haec audiens, ingemuit, & facie pollens toto corpore intremuit dixitque: o pater, quicquid tua ſapiens cogitatio ſuper hac re melius ſentit, proferre non dubites, quia non deficiam, ſi quoquo modo poſſim releuare tuam triſtitiam. Tunc Annas ter & quater ſuſpirans ait: O domina, Deo & tibi committo; Vide, ne me interficias. Vide, ne hoc alicui dicas. Volo iſtum Alexandrum ducere ad curiam, & iurabo illi, quod nullam patietur iniuriam. Et ſi de pacto amicitiae inter iſtum & regem fuerit fortaſſe aliquod interuallum, morabitur Coloniae, & imperabit ſuper totum archiepiſcopatum, me autem habebit ſicut capellanum. Et comitiſſa dicit: Pater ſancte: ſicut uis fiat, nullus erit, qui tuis decretalibus contradicat. Tunc Annas prae gaudio dixit: Veraciter uocaris Beatrix, in tribulationibus conſtitutis adiutrix & benefactrix: Macrobiam te faciat agia Sophia, coeli terraeque creatrix.

CAP. XXVIII.

ET facta eſt dies craſtina. Noluit Annas ea die in conuentu ſedere cum Alexandro, quia taedium fuerant cunctis uerba, quae dicebat blaterando. Tertiae uero diei diluculo, adeſt Parmenſis exercitus maxima multitudo, promtiſſima perficere

cere iuſſionem colonienſis Agrippae. Diſcurrens per plateas Mantuanae urbis horror armorum ingerebat formidinem turbis, clamans uocibus & tubis: ¡Badacule diabole, quid uenisti huc facere. Carbo extinctus, ſtigia palude tinctus, maledicte foris & intus. Haec audiens Alexander delituit, atque ad ſynodum uenire diſtulit. Vt autem peruenit ad aures Beatricis ſonitus iſte, quaſi morte praeoccupata, cecidit in lectulum anguſtiata. Hoc audito Annas ad eam cucurrit, qua uiſa, ruens in terram uelut mortuus fuit. Currunt tales & quales ad triſte ſpectaculum, ululabat ciuitas flebatque palatium. Mutauit fortuna rerum faciem, labefactauit Parmenſium aciem. Poſt ſpatium unius horae, reuerſus in ſe Annas & nutu ac flebili uoce coepit dicere: Exite foras. Turba quidem dimiſſa, ſemel & iterum oſcitauit ipſa. Tunc archiepiſcopus quaſi ſibilando dixit: O piiſſima domina, dignare paululum aperire oculos, & reſuſcita nos tuos fideles mortuos. At illa palpebras ſubleuauit, uiuosque quantulumcunque laetificauit. Interea nox uenit, atque exceptis puellis alios ad hoſpitium abire coegit. Cum medium ſilentium tenerent homines & animalia cuncta, reficitur modica ſorbiuncula. Dormiuit parum ſolummodo ad unius horae ſpatium; deinde eodem cibo refocillatur. Poſt haec archiepiſcopus conuocatur. Cui dixit: O domine, ſi hoc uis perficere, quod mihi dixiſti, me & te & regem occidiſti. Vbi enim fuerimus notati nomi-

nomine atque officio Iudae traditoris, adiudicabimur filio perditionis. Non eſt hoc tui iuris, ſed imperatoris, & hoc debet fieri in ſynodo cum epiſcopis, qui examinant cauſam ſub teſtibus legitimis. Leuius denique euitabis iram regis, qua argui times; quam abyſſum infamiae, qua te abſorbendam uides. Certe de duobus illicitis, ſi de neceſſitate impellimur ad quodlibet faciendum, maiore praetermiſſo, minus eſt eligendum. Si hoc Herodes feciſſet, culpam homicidii non incurriſſet. Age ergo, o pater, ne tua culpa ceteri ſacerdotes per popularia conuenticula uocitentur traditores. Quid plura? Eua uicit, quia hunc inheſcando uetitam eſcam mordere coegit, ſtatimque a propoſito cogitationis omnino quieuit, raſisque crinibus ad curiam rediit. Quod ut cognouit rex eiusque curia, indignantur ſibi pro communi omnium iniuria. Annas autem habens ſimilitudinem Apopompei, cepit conſpirare aduerſus Chriſtum domini; quod malum adhuc perdurat: det finem mali, qui cuncta regendo & iudicando procurat. Badaculus equidem reuerſus ad Laterani ſedem, gloriabatur, ſe illam uiciſſe per legem. Continuo uniuerſi properant ad eum, tanquam piſcis ad riuaria, firmantque foedus cum eo, iurantes per euangelia Dei ſuper crucem & altaria. Remanſit ſolus frater Benzo, inſanias falſas eis in ſpiritu contradicens & habitu Hysmahelis, de quo dicit ſcriptura: Quia manus eius contra omnes & manus omnium contra

tra eum. Dolens igitur frater Benzo conatus eſt hos transfugas reuocare ab errore idololatriae ad culturam catholicae fidei & conſeruandam fidelitatem caeſaris HENRICI, ſingulariter atque uniuerſaliter ſcripſit ad eos ea, quae continent ſequentia libri.

CAP. XXIX.

Prologus libri IV.

SI peccauerit uir in uirum, orabit pro eo ſacerdos, & ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Si nolumus, fratres & coepiſcopi, in aeternum perire, expedit nobis uerbis domini obedire, qui dixit: Non poteſtis duobus dominis ſeruire. In domo etenim domini eſtis plantati manibus regis Folleprandi. Oportet itaque, ut ſitis ſubiecti plantatori, minime autem ſupplantatori; regi namque debetis militiam, qui uos erexit ad praeſulatus honorem; Archiepiſcopo autem ſynodalem obedientiam, qui afflatu Spiritus S effudit ſuper uos tanti honoris benedictionem. Quid ego uobiscum Cucullano aut cum aliquo Symoniano? Cur poſt Deum, dominum noſtrum regem abdicatis & ad apoſtatam feſtinatis? Cur collectam ex beneficio regis pecuniam in obſequio diaboli conſumitis, & laboranti regi de ſuo ſibi miniſtrare refugitis? Non recolitis, quod dicit ipſe Deus, uidelicet: qui reddit malum pro bono, non recedat malum de domo eius. Ad uiam ergo regiam, quae eſt uia uirtutum, confratres & coepiſcopi redite & ſalutaria moni-

ta

ta ſequentis libri cordis aure uigilanter audite.

CAP. XXX.

Incipit liber quartus.

Admonitio ad Theodaldum archiepiſcopum.

NOn habentes cor uirile, foeminae dicendae ſunt, timidi ſine timore, notho nati ſemine, fugitiui uelut damae perſequente nemine, acti ſunt per totum orbem, at at interiectio & prouerbium & riſus, & plebis abiectio, per conuentus populorum legitur haec ſectio. Vos, qui eſtis uere uiri, reſpicite ſecula, ſegregate dignos laude ab infuſis nebula, iſtos ſepelit abyſſus, erigit hos ſpecula. Non ignauis dentur terga, demonſtrate faciem, ordinate contra tales terribilem aciem, qui uidentur ſibi pingues uertantur in maciem. Ab initio mendaces certant cum ueracibus, ſemper fraus in ſcrobem cadit, cum ſuis ſequacibus: non eſt ergo formidanda pugna cum fugacibus. Ante legem & ſub lege in lite primaria contriuerunt patres noſtri tela aduerſaria; hoſtium collo ſuſpenſa mola aſinaria. Tres in medium ducamus ex priorum numero, Dauid regem & Samſonem cum extento humero, Danihelem, qui elegit depaſci cucumere. Dauid aemulos turbauit abſcindens praeputia. Samſon uulpibus eſt ultus Delilae conuitia. Danihel deſtruxit Belum arte cinericia. Haec ſunt enim ſacramenta, haec ſunt uerba myſtica, non ſunt fucis obumbrata neque ſunt ſophiſtica, ſi

ſi quis ea perſcrutetur, inueniet piſtica. Et in nouo teſtamento noſtri primicerii, dolos Simonis uincentes ad decus imperii, oſtenderunt nobis uiam ſummi deſiderii. Poſt hos plures extiterunt athletae mirabiles, qui in arce praeliandi fuerunt laudabiles contra ſectas multiformes atque condemnabiles. Noſtra quidem ſub aetate fulſit gemma praeſulum, Leo ille Vercellenſis, ornans totum ſeculum, in quo fratres mirabantur, ut uultus ad ſpeculum: ualde potens in ſermone, efficax in opere, ſapientia ueſtitus ſeptiforma pondere, pro eccleſiis pugnauit animo & corpore.

Arduinum, qui ſe regem dicebat in gentibus, diademate priuauit, ſparoniſtis flentibus, pax in coelo, pax in terra, angelis gaudentibus. Huius erant adiutores Arnolfus Ambroſii nec non Wido Papienſis, heres Theodoſiii, & Nouarienſis Petrus, non impar Oroſii. Poſt hos pater Heribertus terror diſſidentium, Raginuldus currus regni, quies Papienſium & Riprandus ſplendor orbis, dux Nouarienſium. In conciliis cum rege hi ſedebant iudices, non camelos gluttiebant nec liquebant culices, nec leonibus omiſſis currebant poſt pulices.

Leo Graecum condemnauit, Ottonis imperio, & Riprandus Graeciam Heinrici cauterio: uos debetis idem ſequi, aſſumto pſalterio. Ceteri eius aetatis barones, epiſcopi, inuicem ſe aſpergebant ramuſculis hyſopi, calceati procedebant ex calceis pyropi. Qui tenetis horum loca, in ſanctis

eccleſiis, ſimiles illis eſtote in diuinis praeliis, triumphantes obuiate falſis philacteriis. Hercules Hydram proſtrauit, abſciſſis capitibus; ſic & uos ſuperſedete malignis ſpiritibus, qui conturbant ſortem noſtram fraudulentis ritibus. Quidam, Buzi ſacerdotis proles deteſtabilis, contra uos, qui ſuper omnes eſtis honorabiles, deuiat nobis ſubiectos Arrianis crapulis. Taminauit error iſte quosdam de principibus; horum linguam lacerate ferreis forcipibus, qui inſultant uniuerſis noſtris participibus. Surgite, ne timeatis contra eos pergere, ueſtrum eſt, talium ſordes a nobis abſtergere; te praeſente eſſet lupus fideles diſcerpere! Quia igitur uidetis, quod non fuit primitus, mulliformi cogitata, eſtote ſollicitus, donec iſtud euellatur de terra radicitus. Numquid patribus praemiſſis, uos eſtis deterior? omni genere uirtutum apparetis melior, natu, opibus & ſenſu omnibus ſuperior.

CAP. XXXI.

Admonitio ad Dionyſium Placentinum epiſcopum.

DOmino Dioniſio planetarum gaudenti mixolidio, frater BENZO: prudentiae oculum & temperantiae poculum. Cum ſcriptum ſit, ſine conſilio nil facias, cur, me in occulto, perquiſiſtis illicitas gratias? In priuata autem re unusquisque ſuo ſenſu abundet; in re uero communi, ſi gradimur per diuerticula, multa e regione occurrent pericula; Quod minime perſpicitis, quia in uobismet tanquam iuſtus confiditis. Non

Non eſt uobis cura de aliquo, quaſi tutus in aſtutiae angulo. Cauendum eſt, ne mordeat coluber calcaneum uitae, licet tria oſcula porrexerint uobis tres charitae. Prima enim fronti infixit oſculum, per quod habetis incomparandae pulchritudinis floſculum. Secunda quidem ori aptauit baſium, in quo geritis eloquentiae brabium. Tertia uero deoſculata eſt pectus, ubi repoſuit ſapientiae & ſcientiae quaeſtus. Hinc eſt, quod nimia formoſitate Ganimeden obfuſcatis, Tullium & Demoſtenem perorando conculcatis, Salomonem uos in ſcientia praeuolatis. Hinc eſt, quod ad comparationem ueſtri omnes nos ſine albedine, ſine lingua, ſine ſale comprobatis, hoc eſt Ethiopes, traulos & rancidos iudicatis. Totus igitur ſapiens, facundus & pulcher, parui curatis, limaque aut ferrugineus nos feriat culter. Quid ergo erit nobis? Fugiamus ad eum, qui dixit: Venite ad me omnes laruae calamitatis. Non ſit ergo nobis uanum, quam totius conſilium arripere ſanum. Quia iſte formoſus, iſte facetus, iſte plus quam Salomon hic. Non erit nobiſcum iſtic aut illic. Sibi ſoli prouidet, ſuae cauſae inuigilat, floccipendit, qua occaſione quisque deficiat. Sed huic tam diuiti, tam potenti, ceteros homines deſpicienti, unum deeſt. Porro unum eſt neceſſarium, quod non habet ſuum uiridarium. Nam ubi charitae eum deoſculando ditauerunt, Pyſtis, Helpis & Agape a longe ſteterunt; dicentes, oſcula charitum, ad tempus perficere, in carnea

tantum ſuperficie. Temporaneam igitur altitudinem illius hae tres reliquerunt, & humilitatem noſtram uiſitare uoluerunt. Habeat ergo ille ſuas charitas & nos poſſidemus trium ſororum incomparabiles margaritas. Verum ſi dignamini redire ad participium priſtinae ſocietatis, noſtra faciemus communia in unitate Trinitatis.

Admonitio ad Cunibertum Thurinenſem epiſcopum.

GAmbara uetus auia, fuit de Scandinauia, exul a regni terminis, cum paucis ſui germinis; quibus dixit: O filii, ſit uobis mens Popilii, qui credulus Hegeriae uixit expers miſeriae. Si mihi credideritis, uos pauci multi eritis, mecum caput eligite, ſub quo ſecure uiuite. Fides ſit noſtra domina, & regat nos per omnia; fide namque ſaluabimur, ubicunque morabimur. Fidei ſtricti cingula, animantur ad ſingula; fide fiunt impauidi, ad triumphandum auidi, Fide creuit gens barbara, ſicut praedixit Gambara, regna deuicit extera ſacrae fidei dextera. Fides gerebat aquilam, parans toruis ſandapilam, beneficio fidei hoſtes fiebant lignei. Sacrae fidei creduli, Vngaros petunt Heruli, ubi per quaedam tempora hoſtica rumpunt pectora. Poſt haec ſalutant Latium, & Ticini palatium, uiſitant multa alia, regnando in Italia. Fides perſeuerantiam diligit & conſtantiam, dat inſulas conſtantibus, regna perſeuerantibus. Qui incipit & deficit, hunc ab horcheſtra deiicit; nullus ei uult credere, qui tali ſordet ſcelere.

ſcelere. Per annorum uolumina tenuit mundi culmina, cum paruis & maioribus fuit multis temporibus. Huius erant ſigniferi compitis --- Sed uenerunt Haeretici, ebrii & phrenetici, errauerunt ab utero, cum capite lucifero. Ibant per noſtras curias, ſuas docentes furias, facti ſerui perfidiae, delatrabant cottidie contra fidem catholicam, nec non & apoſtolicam; ſed uicti a noſtratibus ceſſarunt a latratibus. Nunc nequiores ſpiritus in nos faciunt impetus. Conantur nos inuadere, & perfidiae tradere. Legem ructant bucolicam, etiam fidem catholicam; quibus ſi terga dabimus, nihil eſt quod pugnabimus. Si Patarini uicerint, quid nobis patres dixerint? Quorum dignas memorias cantamus & uictorias. Patarinorum millia, uelut alga ſunt uilia, fumus eſt horum fremitus & phantaſia ſtrepitus. Qui hanc umbram timuerit, cadauer, non uir fuerit: Quod ſine flatu ſtrernitur, & in cinere ueſtitur. Fortes eſtote poſtulo, non uos ſeducat oſculo, quisque ridens ſub oculis, praeſentans aes in loculis. Hoc falſum beneficium uertetur in exitium, finem rerum perpendite, calcaneum defendite. Quid ueſtra ſapientia ualet nunc? ſi dementia exſpoliat uos ueſtibus & nudos tradit peſtibus. Quicquid laici faciant, qui ſe fabulis ſatiant; ſtent firmiter epiſcopi, induti ueſte fidei. Deum ſemper glorificent, & regem honorificent, a fide non exorbitent, Patari nos excorticent. Reddant Deo quod Dei eſt,

atque regi quod regis eſt, implendo legem Domini erunt ſicut apoſtoli.

CAP. XXXIII.

Hyporeinſi epiſcopo.

DIc, ſub modio cur lates, o lucerna praeſulum, ſapientiae uibratu qui luſtrabas ſeculum; non in ira coërcebas, in peccatis uetulum? Heres enim es illius, qui noſtras eccleſias liberauit contra malos, opponens macerias, onera noſtra portauit tulitque miſerias. Dominus ſcilicet Warmundus, fratrum ſpes firmiſſima, contra faciem Damaſſi turris inuictiſſima, clypeus Hepaminondae ad tela nequiſſima. Hic Leonis Vercellenſis extitit aſſecula, quo lucente uaneſcebat Zypheorum nebula: cuius pars non eſt in terra nec erit in ſecula. Sub Leone & Warmundo fuit aetas aurea, ſomata quidem gigantum fecerunt marmorea; horum plantis erat ſupplex rabies aequorea. Iſti regum laterales & fortunae ſocii, quos uolebant abſcondebant in finibus otii, quosdam uero fatigabant curſibus negotii. His patronis ſuperando celebrabat ſabbatum, ceteri ſemper aegroti non tollebant grabatum, ſed in multis cruciati expetebant baratrum. Numquid erant iſti ſoli bellatores incliti? ſibi dextras porrigebant inuicem epiſcopi, aqua ſancta ſe ſpargebant ramuſculis yſopi. Inter fratres deteſtanda nunc regnat diuiſio, quorum matres tuam matrem ſecantur tamiſio, quae effudit, quos abhorrent, qui fert in Heliſio. Noſtros uero praeceſſores iungebat concordia. Nos ab inuicem ſeiungit inui-

inuidens ſocordia; illi autem retinebant fidei primordia. Vnusquisque loco ſuo ſidus erat rutilum; & nos ſumus contra eos tenebrae & lubricum, angelus idcirco malus nos urget ad Syrticum. Ne accipiat in malum praeſularis curia, ſi quid loquar de communi omnium iniuria, ſine ſenſu reddit eos qualiscunque furia. Cum ſint nati de Mineruae ſpiritali ſemine, ad ruinam quare uadunt deducente nemine? Non iam uiri deputantur, ſed ut uiles feminae. Qui nos autem praeceſſerunt Barones & inclyti, magni pretii fuerunt, nullatenus timidi, apparebant phantaſiis in uultu terribili. Melior fuit Landalphus cum ſua pinguedine, quam ſit domnus Cunibertus in metri dulcedine, non ad eum proximabant deceptorum neniae. Potior fuit Alricus tardus corpulentia, quam ſit - - ſatis celer in adoleſcentia, in humana qui confidit nimis ſapientia. Et quis neſciat Widonem, uirum probatiſſimum, licet ei ſubſtitutus fingat ſe ſanctiſſimum.

Magnus Petrus tantus erat, quanta eſt Italia, de quo uere procedebant tunc magna magnalia; quis audebit comparare ſibi quaedam alia? Placentinus Sigefridus probitate praeditus, nullus ei coaequatur, ut Porphyrogenitus; inter homines morando uerſabantur coelitus. Num Widoni & Rainaldo, regni propugnacula, ſimilabitur uir ille, qui pauet ut damula? hoſtes illi fulgarabant galaxei facula. Quis erat ut Heribertus in mundi planitie? fuit enim Chriſtianus ſignifer

militiae, expurgauit ſortem noſtram fermento malitiae. Et quis ualet eſſe compar Riprando Nouariae, quem elegit crucifixus in loco Caluariae cum duodecim, eſt iudex plebis ſiniſtrariae? Magnus Leo, Leo fortis, Leo admirabilis, Polyphemum qui proſtrauit, inde uenerabilis ſine paribus eſt ſcriptus in ſupernis tabulis. Quid de nobis, quid de nobis, nimis peccatoribus, qui commune poſſidemus nomen cum maioribus? rebus aliis uidemur peiores prioribus. Quia ſentit nos diuiſos perſequens aſtutia, penes eum ſumus uiles, utpote Paphnutia. Viſcera noſtra conturbat ſua cataputia; ut poſt fugam nos ad tubam ducat uerecundia: ſatis ſit, quod ſeduxerunt nos uerbi gerundia, ſenſibus non ſimus illi, quot fouent crepundia. Rex in nobis multum fidit & eum dimittimus? nos a uulgo ſequeſtrauit, ponens cum principibus; & ad alium migramus, quo nihil iniquius. Qui haec audis de maiorum ueniens progenie, fugientibus occurre, dum eſt locus ueniae. Conſule quocunque potes poteſtati regiae.

Imitaris Ciceronem, ſequeris Saluſtium, in catalogo uirorum es ſcriptus illuſtrium, frange noſtrae captionis per-plerum gurguſtium.

Si te trahit ad ruinam angelus inuidiae, & in te ſi praeualebunt hoſtiles inſidiae, timeo ne moriaris in ſinu perfidiae. Sis conſtanter homo Dei uerax cultor fidei, eſto fortis & robuſtus ad exemplar fidei; fient hoſtes te iubente confeſtim lapidei, non igno-

ignoras, quod eſt factum Gorgonis de capite, dum contendere cum Ioue uoluiſſent Lapithae, Palladis ope ſunt facti duriores lapide. Recondatur pater ſancte, in cordis ſacrario, quae procedunt ex amici humilis armario, per haec enim fies primus in regis ſolario.

CAP. XXXIV.

FIdes ueniens de ſummis coelorum culminibus habitare cum terrenis uoluit hominibus, ut terrigenos cum celſis uinciret ordinibus. Circumiuit ergo terram ambulans per patrias, ima ſummis coniungebat calcans idolatrias. Legem Dei praedicabat, confringebat ſtatuas. Quod perfidia dum uidit, unum clauſit oculum, monuit exorbitare iam fidelem populum, porrigebat quibuscunque coecitatis poculum. Hoc aiebat: nemo credat fidei ſermonibus; illa uult nos coaptare legitimis moribus, ego uobis laxo frena, patefactis foribus. Clauſus erat protoplaſtus in quodam pomoerio, fides eum coërcebat ſub legis imperio; ego reddidi ſolutum rupto monaſterio. Statim autem ut momordit meo iuſſu uetitum, ualuas orci referando praeparaui exitum, in ſudore cibum ſumat, quod eſt morſus; --Et qui erat paradiſum peragrare ſolitus, mundus ei mancipetur, in maligno poſitus; non ſit requies in illo ante diem obitus. Ne ſit nudus, ueſtiatur tunica pellicea, uelit nolit conſeneſcat in noſtra militia, ad portandas hunc curabit faſces auaritia. Quem cupiditas docebit aliena quaerere, qualicunque quibit modo, etiam cum ſcelere,

& tenacitas monſtrabit foſſis cuncta credere. Talibus deliramentis congregantur perfidi, & qui ſunt quocunque modo ad peccandum feruidi, & Medea faſcinante qui uidentur herbidi. Cain perfugum & uagum caput ſibi eligunt, ſub quo urbem conſtruentes muris eam ſaepiunt; concedatur ut abuſus communiter exigant. Tunc deceptrix horum dixit: non detur abuſio, niſi generis humani uenerit confuſio, & diſcurrat inter eos Daemonum illuſio. Adſint collo cum inflato filii ſuperbiae, eos quidem conſequatur phalanx linguae tertiae & fatuitas, quae caret ſpiritu ſolertiae, nec hypocritarum deſit biceps ſatellitium, qui ſimplicibus illudunt, per falſum cilicium & ut ſancti uideantur, ungunt capillicium; ueniant omnes latrones, mendaces & ſubdoli baratrones & periuri, rapaces, adulteri & paterno qui non timent intereſſe funeri, & uelatas qui uſurpant, quod eſt execrabile, & qui fiunt Sodomitae, malum deteſtabile! & quicunque fornicantur, plus intolerabile! Si qui forte commiſerunt dictu horribilia, ſicut culeo conſuti, poteſtantur hylia, ex tuis introducantur ut tua familia. Omne ſcelus, omne crimen intrent in haec moenia, traditores huc accurrant, uelut ad Encaenia, & quicunque deſperantur, quod eſt ſine uenia. Non haec intrent ſacerdotes, foris ſtent Epiſcopi: quia ſe uiciſſim ſpargunt ramuſculis Yſopi, quorum manus eſt porrecta pupillo aut inopi; meis intus congregatis urbi nomen inferam, & abuſum, quem exoptant,

optant, ſancire non differam, in commune perſonabo tabulam mortiferam. Huic urbi ſit aeternum nomen Babylonia, ibi enim perditorum locetur colonia, ſtridor dentium & luctus ſit pro alimonia. Vos o mei, ſine fide, quicquid uultis, facite, in delicti uolutabro ſcienter uos iacite, uoluptatibus uacate, neque gulae parcite. Kenodoxia uobiscum ſit & Philargyria; uobis enim miniſtrabunt planctum & ſuſpiria, & perducent in infernum ad mille martyria. Sancta fides ſumtis paucis ſtruxit coemiterium, in quo gentis chriſtianae poſuit imperium: Habel quoque ſui gregis fecit primicerium: Et uocauit nomen eius diua Hyeroſolyma, ubi omnes coronantur honore & gloria, in runcina qui conflantur, ut ſint ſine ſcoria. Ibi iuſti ordinantur mites & pacifici, & qui habent cor contritum, genus ſacrificii, & qui ſunt humilitatis ueraces nutritii: Et qui amant caſtitatem & uolunt ieiunia, & qui triſtes conſolantur effuſa pecunia, & qui ſua cum egenis faciunt communia. Qui obſeruant, quod eſt ſcriptum in duabus tabulis, qui auertunt aures ſuas a mundanis fabulis, quorum mentes ſunt immunes criminoſis maculis. Cum hierarchis & prophetis fides regnum tenuit, usque quo Maria uirgo Deum nobis genuit, per apoſtolos deinceps cum multis conſenuit. Non in ſanctis praeualebat multiplex martyrium, fides oculos purgabat, quaſi per collyrium, tanquam aurum colorati petebant Hempyrium. Poſt per Magnum Conſtantinum ſubiugauit

ſecu-

ſeculum, mundo corde, ſe uidebant cuncti, non per ſpeculum, renitebat inter omnes ſacer ordo praeſulum. Sed Conſtantius a fide diſceſſit cum Arrio, fecit plures aegrotare in morbo pſiatico, qui non bene ſentiebant de noſtro paraclyto. Sic paullatim defluxerunt tanquam ſtillicidium, operantes in ſe ipſos ſtulti homicidium, & a fide exeuntes fecerunt diſſidium. Heu! campum occupauit deceptrix perfidia, eam quippe inſtigauit turbatrix inuidia, ſed a noſtrae ſortis fides ſeceſſit praeſidia. His exceptis ad hanc peſtem conuolarunt ceteri, transgreſſores ſunt effecti cum homine ueteri, & a fide alieni & a Deo exteri. Currunt enim tanquam piſces ad alta uiuaria, aula Dei iam remanſit quaſi ſolitaria, & deriſui habentur domini altaria. Noua monſtra Batarini, famuli perfidiae, ſicut uermes de foetore naſcuntur quotidie, curſu daemonis permixti, qui currit meridie. Non formidant ſacerdotum apices inuadere, & conantur aſtra coeli de ſupremis trahere, hoc eſt, praeſules a fide heu cohortant cadere. O beati ſucceſſores patrum praecedentium, qui iam eſtis ordinati in terris uiuentium, ne uelitis terga dare quisquiliis gentium.

Vnusquisque ſuae urbis patronum proſpiciat, eius dicta atque facta infidis obiiciat, & a fide chriſtiana nequaquam deficiat.

Noſtri ſancti nil timebant latrantes tyrannide, neque fidem abſcondebant ſub terroris clamide, in eccleſiis ſub nodo mali, ſub pyramide. Vos, qui eſtis digna membra glorioſi

glorioſi capitis! ſic timetis ac ſi eſſet certamen cum Lapithis; non uidetis perſequentem & iam fugam capitis? State, ſtate, fides uera fideles non deſerit; ſi quis autem eius iura ignoranter praeterit, reuertatur, ei portam ſtatim fides aperit. Et ſi ſtellae cecidiſſent de coelis ad Tartarum, de Nouarienſi ſole quis ſentiret catharum? qui aduerſus Ophyaltum deportabat labarum. Hoc ſi Moyſi leuita murmurat aut presbyter, uel ſi angelus de coelo ſuſurrat hoc leniter; anathema ſuper eum deſcendat celeriter. Nam in eo rex & fratres ſimul requieſcimus, & per eum emundamur, ab his quae neglेximus, eo quidem faciente fugit hoſtis peſſimus.

CAP. XXXV.

Item admonitio ad archiepiſcopum.

PRiorum uita praeſulum aureum uidit ſeculum, fructus pacis cum gaudio habens non ſub modio, ſed palam coram omnibus foris & in domibus. Nusquam erat turbatio, totum regebat ratio, quieſcebant terreſtria, ueluti coeleſtia, deuote ſtabant clerici, ut chori angelici. O tempora felicia, ſine doli malitia, ſine ſollicitudine, ſine turpitudine, erroris absque nebula tota patrum ſecula. Nobis aliter accidit, nam unusquisque aſpicit, quantas patimur furias, quantas & iniurias, non poteſt penna ſcribere cunctas fraudes uiperae. Infernus totum uomuit, quod habet & quod potuit, turbauit terram, maria atque ſanctuaria, ad quem debemus fugere, auſus eſt concutere?

cutere, hoc eſt, principem principum, qui tenet legis uinculum, ipſum tentauit praeliis diuulſis maceriis, opponens ei idolum falſum atque friuolum. Inter nos facit ſchismata blasphemando Karismata, quae fiunt in eccleſiis, quibus obſtat haereſis, quod cernimus cottidie, non eſt opus dicere. Altera fides colitur, cui qui credit, moritur. Hanc Patarini praedicant, aras ei dedicant, contemnunt ſacrificium & dignum officium. Anti-Chriſtina tempora quorundam tenent pectora, ob hoc quidam epiſcopi ſponte facti miſeri, heu! relictis labaris, adhaeſerunt Pataris. Tu ſolus es in praelio decertans pro imperio & pro fide catholica atque apoſtolica. Achates ante faciem uadit ſternens aciem. O ſignifer eccleſiae, Achos, pater egregie, quem cernis non deficere, ſed magis perficere, dic regi, quanta pertuli: quando Zabulum expuli de Romanis palatiis & Gazophylaciis, ad regis amicitiam retorſi militiam. Quis dabit ei meritum, qui ſic tenet anhelitum? Si Ticoni palatium dabitur & Latium, non erit redhibitio tanto pro ſeruitio. Tu, pater, uidens militem, armis fidei diuitem, decet, ut uerbis liquidis aurem pulſes principis, huic quo reddat praemium, poſt tam longum praelium. Talionem qui uiderit, ad pugnam mox redierit, frontem monſtrabit frontibus, hoſtis erit hoſtibus, aquilas trudet aquilis in belli ſpectaculis. Tu, qui crucis ſignaculum baiulas contra Zabulum, dum mea

mea laudas uulnera, tua quaeris munera, agoniſtam praedicas, temetipſum dedicas.

CAP. XXXVI.

Hyporeienſi epiſcopo.

DEcollatur omne regnum uadens poſt diuortium, uiles fiunt, ſequeſtratae legiones fortium, haereſis latenter fodit ſcribens mille mortium. Vnus dicit: Ego Pauli; alter: ſum Apollinis; tertius Cephae ſe iactat celſioris nominis; ſic diuidere conantur Chriſtum Deum Dominis. Buci quidam, ſacerdotis, proles putidiſſima, nouos facit Buzianos ſeminando ſchismata, contradicit conſecrandis diuina karismata. Nullus hominum occurrit importunis canibus, delatrantes nemo terret nec fuſte nec manibus, ſimiles ſunt conticentes picturis inanibus. Tu defenſor ueritatis, ne petas latibulum, pedites aſta pulſare; quale eſt periculum? ut crementur, fac ligari tales in faſciculum. Non es homo ſine ſale, trito plenus pipere, oleo perunctus ſacro, non cruore uiperae, nil habes cum Hismahele, filius es liberae.

Spiritus etenim Chriſti tuis eſt in naribus, quanta tibi facit Deus, ne abſcondas paribus, uice Petri nos confirma dictis ſalutaribus. Omnibus rite locatis mei curam adhibe, me praeſenta regi noſtro literarum adipe, dic, quid paſſus fui Romae, pugnando cum Haspide. His adiunge, quod pro rege incunctanter dimico, hoſtem ferio capillis de uaſe dauidico, me bellante iacet hoſtis compar paralytico. Tuis uerbis adornato Benzonis audaciam,

daciam, qua laceſſo, qui non recte tenet Neomaciam, donec laxet, quod uſurpat, nullum finem faciam. Quod ſe decet, regis honor diligat iudicium, & remuneret clementer fidelis ſeruitium, approbabit iſtud paſtor plus quam ſacrificium.

CAP. XXXVII.

Omnibus epiſcopis.

CAput peccati fuit ſuperbia, de qua ſunt ſcripta multa prouerbia. Ipſa tentauit primitus angelos, quosdam illorum fecit diabolos, de paradiſo proiecit hominem, omnium rerum turbauit ordinem. Seminat lites atque diſcordias, Chriſti non cantat miſericordias, Pulſat tyrannos obſtare regibus, foedera rumpit, neglectis legibus. Certare docet caudam cum capite, ut praeſumſerunt cum Ioue Lapithae. Praeponit gregem ſuis paſtoribus, poſteriores praefert prioribus. Subuertit urbes atque palatia, Chriſtianorum non uult ſolatia; ſubuertit regna, curuat imperia, culmine lapſos replet miſeria. Exemplo nobis eſt Babylonia, moenia cuius ſeruant daemonia, & rex illius effectus beſtia, nos ſatiari docet modeſtia. Qui delectatur quidem ſuperfluis, ad inſtar regis erit cum beſtiis; qui ſe caſtigat damnis alterius, huic dicetur, ſcande ſuperius. Ad Deum noſtrum ſint noſtri oculi, ab ipſo datur poteſtas populi; ſi poteſtati reſiſtunt aliqui, Deo uidentur eſſe contrarii. Eradicantur de loco penitus, quos repentinus uorat interitus. Non remanebit horum poſteritas, haec eſt uindicta,

quam

quam facit ueritas. Cui de facto redditur ratio, per cuius manum fit ordinatio, regnorum regum & magiſtratuum orbis terrarum ac potentatuum: Huic agamus ſedulo gratias, caeſari noſtro quod det pancracias atque triumphum iugis uictoriae: qui eſt rex regum & Deus gloriae.

CAP. XXXVIII.

Ad epiſcopum Papienſem.

HOnor regni Wilielmi, rector Papienſium: annis uiuas, quot ſunt undae aquarum currentium, uideas poſt Dei bona in terra uiuentium. Bonitatis tuae fama iam tranſiuit Maria, angeli te infulatum ducant ad altaria, tua uita toti orbi ſat eſt neceſſaria.

Saluet DEVS Heinricum, regem nobiliſſimum, ueritatis defenſorem & chriſtianiſſimum, qui praefecit te Papiae praeſulem digniſſimum. Ergo decet, ut pro rege nunc in campum ſalias, & a lupis tuearis nos & oues alias; ecce tempus pariendi, iuſtum eſt ut parias. Poſtquam rex te ad honorem leuauit feliciter, ſancti Syri ampliauit aulam multipliciter, ut re ipſa te & tuos amat unanimiter. Reſpondere debes certe tantis beneficiis, hoſtibus regis occurrens mille artificiis, omnibus oſtende, qui ſis, talibus indiciis. Non ab arbore procedis uili nata genere, ſed de cedris paradiſi, uti poſſunt cernere, qui cognoſcunt tuam gentem delapſam ab aethere. Dictis, factis, ut oportet, redde ſua caeſari, inimicos eius merge in profun-

dum Tremari, Holofernem redde truncum cum filia Merari.

CAP. XXXIX.

Omnibus epiſcopis.

QVod Cynifernes fidem flocci pendunt, oleum quoque ſomnolentis uendunt; qui ſapit tantum ad ſobrietatem, ſubſannat prorſus hanc fatuitatem. Bilinguis turba creuit ſupra numerum, ueluti muſcae ad foetorem uulnerum; hoc ſcribit mundus in ſuis matriculis, uix inuenitur fides in Chriſticolis. Non deriuantur tales ab origine, ſed de uouella fluunt ſcaturigine, undique uerſus effundunt hanc nauſeam, per omnes terras & ad usque Scotiam. Ab uniuerſis erratur ordinibus, remanſit fides in paucis hominibus; ſed electorum melior eſt paucitas, quam diſſonantium infelix raucitas. Fidem ſeruanti nil nocebit faſcinus, ibit in uanum, ut uapor fumacinus; aduerſus crucem nihil eſt illuſio, contra ueraces nil ualet abuſio. Cur Patarinos timetis epiſcopi? uos enim purgat faſciculus hyſopi; illos condemnat, quod amant mendacium, ut Sycophantam damnauit Acacium. Eccleſiarum uos columnae aureae, tumentem flatum non curantes boreae, in fide recta durate utiliter, ſtate cum rege omnes unanimiter.

CAP. LX.

Item ad Dionyſium Placentinum epiſcopum, Albenſis epiſcopus.

SEnex puerum portauit, portat puer uetulum, quia nimis conturbatur, me turbauit, ſeculum, mei curam geras, precor,

Tu

ſu, o gemma praeſulum. Eſt humanum atque pium, condolere miſeris, cinis enim oblinuiſci nunquam debet cineris; ora ergo pro infirmo, liberior liberis. Quae torquebat pedes meos pallio diutina, ea capitis inuaſit precioſa lumina, unde fluunt intermiſſae lacrymarum flumina. Quia deſum, tu adeſto pro me in iudicio, & ſicariam dic legem haereſis de uitio, quae praeſumſit contra Deum in orbis initio. Sta pro rege contra omnes ſuos aduerſarios, fecit enim te & tuos in regno primarios, creans eos Chyliarchas h. e. millenarios. Duplex cauſa te inuitat, ut pro rege dimices, dedit tibi ſummas alpes, quas tenebant Hybices, praeſtitit, ut iſtos plantes, alioſque diſſipes.

CAP. XLI.

Item uniuerſis epiſcopis.

IN ſanctis narratur eccleſiis, quod homo ſit Kyrios beſtiis, utens eſt quippe rationibus, quod denegatum eſt pecoribus. Intellectus ei tribuitur, per quem flammis coeli coniungitur, erectus ſurſum habitudine, ornatus linguae pulchritudine. Honoratus talibus gratiis, nec non angelorum ſolaciis, paradiſi poſſeſſor extitit, quem inſtigante gula perdidit. De hac quod cecidimus gloria, dum recolit noſtra memoria, amari cordis crebra ſuſpiria indeſinenter pulſant hylia. Nec mirum, ſi deficit animus, ubi carò ſudat pro panibus, ſuauitatis uſa aedulio, nunc rodit fabas ut gurgulio. In quanta uerſamur miſeria, proferre nequiſſet Egeria de gente ſuperum, quamuis inuenit pri-

ma numerum. Inuidia pulſi de patria, cuius ſpatioſa ſunt atria, ad tenebrarum ducti exilium, amamus uana rerum uilium. Cur aurem praebemus diabolo, qui ſerere ſuadet in ſabulo, poſtquam erit corpus exanime, ſterilitatem mauult animae. Mundi breuitatem diligere, hoc eſt beſtialiter uiuere, reuertamur ad uitae moenia, ubi aeterna ſunt encaenia. Duobus ſeruire qui nititur, ſtultiſſimus omnium dicitur; calicem Chriſti, qui uult bibere, uenenum prorſus ſperat uiperae. Brutorum eſt ire poſt ſeculum, quem cernunt flagitiis uetulum; coeci cum coeco ad praecipitium eunt ſequendo mundi uitium. Pro rebus caducis & uilibus, cur noſtrum factorem negligimus? qui nos redemit cruore proprio, ne ſimus hoſtis ſub obprobrio. Ne ſimus perpetuo miſeri, propinquus dignatus eſt fieri; nos coheredes ſibi uoluit, noſtrae ruinae nam condoluit. Confratres fecit de mamzeribus, puriſſimos reddens ſceleribus: Deo noſtro fiet iniuria, ſi nos uſurpet orbis furia. Quos ratio praefert pecudibus, cum porcis cur gaudent paludibus? citantur magis propria differentia, floccipendentes haec praeſentia. Ne perdamus perpetem gloriam, propter iſtae uitae breuis memoriam; infelix erit in perpetuum, cui arridet praeſens ſaeculum. Tranſit mundus cum Phylargiria inferni, quem parat martyria, ubi eſt luctus & iuge ſcandalum, ubi deludit urna Tantalum. Quid prodeſt in tranſitu tangere, quae tacta parturiunt plangere? Linquamus ergo Adae pelli-

pellicias, ſupernas amemus delicias. Habere debemus agalmata, quae perdidit primus apoſtata, humilis quidem noſtra plantatio; conſtat ruinae reparatio. Veraciter angeli erimus, ſi ſpiritu ambulauerimus, ad phegetonta nullus deſcenderit, ni qui diabolus deuenerit. Ergo ſeniores epiſcopi, eſtote pro rege ſolliciti, quid uobis fecit rex, perpendite, & cauſas eius uos defendite.

CAP. XLII.

Ad Burchardum epiſcopum cancellarium.

GRatulamur te ueniſſe, pater cancellarie, te ſuſcipimus in ulnis omnes uoluntarie, ſapienter cogitate, quid dicas primarie. In exordio loquendi monſtra laetam faciem, neque palpebris abſcondes oculorum aciem, te clariſſimum oſtende, lucens ultra glaciem. Sint dulces ſermones tui atque denotabiles, quibus reddas auditores mites & placabiles; ab hoc enim erunt omnes tanquam petra ſtabiles. Hos conforta, promittendo ſenioris gratiam, poſt haec quaere, ſi blasphemant illius audaciam, qui uſurpat contra Deum Petri Neomaciam. Iſtis diu replicatis in conſpectu omnium, dic de nouisBuzianis, qui non colunt dominum, legem namque chriſtianam dicunt eſſe ſomnium. Aſſerunt, non eſſe regem neque ſacerdotium, ni per faſcinum Hyrcani fiat hoc negotium; miſſas damnant, docent ſuos, ſedere in otium. Conſecrari dedignantur trangreſſi inducias, quae iubent intra tres menſes uenire ad nuptias. Canones diuinos putant nugales pathnutias. Cum clamore

 hoc

hoc ſubſanna, audiente populo, & ne bibant cunctos mone, haereſis de poculo; imo uindicent in eis, ſpreto Iudae loculo. Vnum eſt, de quo te uolo, pater, cautum reddere, Hadeleidam appella in regali foedere, uocans eam regis matrem, ſi uis hoſtem perdere. Per legatum clama eam magiſtram concilii, dominam atque ductricem communis conſilii, ut Hegeria dux fuit in cauſis Pompilii. Aquilam de coelo trahis, ſi hoc, pater, dixeris, & plumabis non mouentem, qua parte uolueris; plus profuerit hoc regi, theſauris innumeris. Ne abhorreat magiſter, quod dicit diſcipulus, habet enim umbram ſuam cuiusque capillulus; ſi me audis, disrumpetur cannabae funiculus. Si deſtruere confidis illius diuitias, qui conturbat regem noſtrum per ſuas inſidias; plus eſt regi, quam ſi dares trans mare Numidias. Scio enim, quibus uinclis Protheus ligabitur; quo ligato rex cum grege ad coelum leuabitur, & eccleſia ſub rege in pace morabitur.

Praefatio libri quinti.

ETſi non omnia poſſumus omnes, tamen pro ſecundum poſſe ſumus debiti Deo & regi, pro acceptis beneficiis cottidianas reddere laudes. Vnusquisque de ſe uideat, utrum Deum & regem ueraciter diligat. Erga igitur herile obſequium quanta eſt flamma Benzonici amoris, ex antecedentibus & conſequentibus poteſt experiri prudentia lectoris. Non eſt enim ſuae opis, ſingulatim exprimere uniuerſas tentationes fortu-

rtunae, quibus eſt uexatus caeſar, adhuc cens in gemio puerilis cunae. Sine interiſſione quidem conturbatus eſt in ſua adoſcentia, ſiue bellorum furiis, ſiue malignanum iniuriis. Tranſiens autem frater Beno per prata regalium actionum collegit aliuos flores plenos odorum. Vt ab his uaeat caeſar HEINRICVS Romanorum imperator Auguſtus releuare animum, poſtquam fueit fatigatus multiplici lectione ſuorum analium. Amant enim alterna Camoenae; nam in faſtidium uertitur, indeſinenter ſumere potum ex ſcaturigine unius uenae. Quapropter, ſicut ſupra ſcriptum eſt, deſcripſit frater Benzo purpureas roſas ex multitudine regiae actionis, quae odorifero halatu trahunt caeſarem Auguſtum ad ſententias huius lectionis. Decet utique, quatenus omnes ordines ex prouinciis regnorum, quae ſubcontinet Romanum imperium, ut offerant ſuo imperatori munera, unusquisque iuxta ſuae profeſſionis miniſterium. Et praeſertim ſacerdotes & Leuitae; quos epiſcopus faciens eleuat ultra cyclum ſenis Abderitae: Inter quos frater Benzo omnium minimus offert ea, quae indicat quinti codicis titulus.

Incipit liber quintus.

POſtquam caeſar HEINRICVS galaxeum petiit, omnibus ab Helementis omen graue exiit, quia fraus cum dolo foedus contra fidem pepigit. Sol in tenebras eſt uerſus, & luna in ſanguinem, piſcibus oſten-

oſtendit mare mortis tunc imaginem, tellus ſolitam negauit herbarum propaginem. Quicquid monſtri fuit usquam, confeſtim apparuit, Libanus in ſuis cedris uehementer aruit, Babylon erexit caput, Cades palma caruit. Mox in campum ſalierunt ſpiritus Syluatici, Patarini & Ambrones, ſimul & Artabati, atque ligna colligentes ſacro die Sabathi. Senes puerum portantes errarunt ab utero, qui ſub caeſare ſedebant in loco deutero, ſed apoſtatantes cadunt a caſelino ſupero. Conſpirantes contra matrem, contra regem filium, ſtatuentes ſeparatim hinc roſam, hinc lilium; hos priuatos facientes, ſcandunt titulum ſupra. O Deus, habyſſus multa tua ſunt iudicia, quae ſunt cunctis uenerанda, tanquam ſacrificia, licet ea neſciamus, quorum ſunt indicia. Quid eſt, quod ſe poſuerunt a fide praeuertere? cum fuiſſent, mundo teſte, erecti de ſtercore, ab Conrado Heinrico Romanorum caeſare. Hysmahel quidem affecti inſecuntur puerum, ut piloſi, ſe uiciſſim clamant alter alterum, faciunt opus ſeruile, omne genus laterum. Ab his ſumſit Monachellus publicam audaciam, in conſtituendis uappis per nummi fallaciam, cum pecudibus Romanis tenens Neomaciam. Qualemcunque depoſcebat in ſtabulo aſinum, per quem poſſit praecantare ſtolidorum faſcinum, illi cruſcas cibi dabat, panem ſimilaginum. Sed Brandelli Aſinander, aſinus haereticus, congregauit Patarinos ex uiis & ſepibus, & repleuit totam terram cuſticis

&

&uepribus. Qui dicebant: non eſt templum, non eſt ſacerdotium, nuptiarum improbabant ſtabile negotium, ſacrificium ridebant, ſedentes in otium. Non eſt Deus, aſſerentes, quid apoſtatacius? Facti ſunt ut Symon Magus, ut mendax Acacius, non refugiunt ad petram, ſicut Herinacius. Omnes pene ſe iunxerunt his Anti-Chriſtalibus & praeſertim baiulares dant ſiniſtras talibus: Sociati parant bellum ueris principalibus. Cum dedecore pellatur ab urbe circellio, orthodoxus ordinetur in Petri ſubſellio, cuius caput geſtet mitram de lapide bdellio. HEINRICVM talis debet coronare caeſarem, totam legem qui cognoſcit, & nouam & ueterem, temperans cum fletu potum & manducans cinerem. Deſtruat, quod Alexander & Brandellus monuit, nam uterque contra fidem catholicam docuit, & per omnes ciuitates error ille nocuit. Quia nemo mei memor in tantis laboribus, quibus Romae deſudaui pro regis honoribus, quaedam paucis explicabo, rex magne, ſermonibus. Bellum egi cum Brandello atque cum Bodaculo, qui theſaurum ſancti Petri ponebant in ſacculo, eos expuli ab arca potitus pinnaculo. Omnes nobiles Romani, nati ex patriciis, erant mecum colligati arcae beneficiis, capricornes tuebantur ſolis glandariciis. Decet tantum ſeniorem ſeruo uicem reddere, quem blanditiae nec minae cogunt terga uertere, qui non timuit pro eo ſemetipſum perdere. Caeſar, ſpes eccleſiarum, ſtude ſapientiae, quae tibi ſeruauit arcem Roma-

nae potentiae, ante te uadens cauebit genus fraudulentiae. Nam ſi rex philoſophatur, quid eſt glorioſius? Hoc fecit Iuſtinianus hoc & Theodoſius; at exſequere, quod conſtat auro pretioſius. Imperator Heinricus, pater tanti filii, ſapienter rexit ſceptrum ſummi domicilii, ſeptem artibus ornatus ad inſtar Pompilii. Dignum eſt, ut tu patriſſes in celſis honoribus, redde patri ſuam formam, corde, manu, moribus. Praeſtet Deus, ut hoc agas in multis temporibus. Triumphator HEINRICE, ad te ſupplex fugio, de profundis medullarum ad te ſolum mugio, ut, qui populantur ſacra, perdat tuus pugio. Dextram porrige iacenti in porticu laticis, quem non angelus, ſed daemon, turbat cum ſchismaticis, & cum hircis & cum capris, cum porcis ſyluaticis. Non demergat me in amnem milleformis uipera, mortis uulnus ei detur de manu legifera, & a plagis uniuerſis omnes tuos libera. Si haec facis, carus Deo eris & hominibus, per te fiet pax in terra & in cunctis finibus; de te Dominum laudabit uniuerſus ſpiritus.

CAP. II.

Rex Cleonius
Qui Moyſei
Sorde relicta
Sorti legorum,
Quam dedit orbi
Subdita rexit,
Sed quia paucis
Tranſit ut amnis,
Hoc operetur,
Dulcia ſcripta
Daemoniorum,
Fretus at ille
Sancta Sophia,
Et ſapienter
Viuitur annis,
Hinc querebatur
Quod Ptolomeus,
Tranſtulit ebraei.
Sorde remota
Hortographia,
Regna potenter
Omnia geſſit;
Et breue tempus
Et breuitatem

Inique-

Iniquebatur,
Cur tibi ſpondes
Crimine farta.
Te nimis odit
Contra uirorum,
Et Ciniflones,
Farmacopoli,
Atque ſequuntur,
Donat eisdem,
Prorſus honores.
Et quia facta
Huic malefidae,
Quicquid ab illa
Omne reſignat,
Laxat eisdem,
Felle remoto,
Talia infit,
Qui malefacta
Largior uſus,
Plura reponis
Tertia Parca,
Vtere prudens,
Quod dare debes,
Sed quod abundat,
Vadat in ante.
Sic iubet auctor,
Tempora cuncta.
Praeteritorum,
Nos rege, ſerua,
Te petit, o rex,
Vulnera tangas,
Sic faciendo,

Talia fando:
Tempora multa?
Tu uelut umbra,
Candida turba,
Cum quibus omnis
Et nebulones,
Hoc genus omne,
Hos ideoque
Lilia flores,
Sed uelut hoſtis,
Vernula mortis,
Quae ueniendo,
Quisque rapinat,
Sed tamen illa
Vita doloſa,
Reſpiciens hunc
Si rea dicor,
Credis inulta.
Tu quoque uertis
Stultus in arça,
Ergo quod hora
Vtere clemens,
Eſt malefidus
Te quoque dante,
Sum tibi parua,
Qui bene iuncta
Ergo magiſtra
Rex bone, regum,
Philoſophando.
Poplite flexo,
Atque luporum
Ibis ad illum

Vita caduca,
Eſt breuis arca
Non eris ultra.
Te ſtolidorum
Grex aſinorum
Et baratrones,
Te uenerantur
Quod tua uua
Et ruituros
Omnia tollis.
Quis rogo, credat
Gaudet abire?
Cum morietur
Crimina ſola
Protinus illa.
Lumine torto,
Eſt tua culpa.
Nam tibi rerum
Hos in abuſus.
Quae tibi tollet
Dat tibi praeſens.
Non retrolinquens,
Forſitan haeres.
Si mihi credis,
Sum tibi curta.
Longat & adſtat,
Sit tibi uita
Gemma priorum.
Nomine Benzo
Vt ſua curans
Guttura frangas.
Qui bene nutrit
quemque puſillum.

CAP.

CAP. III.

Diuo Henrico caeſari Auguſto.

DEo noſtro demus omnem honorem & gloriam, qui Henrico regi magno contulit uictoriam, atque ſibi aduerſantes conuertit in ſcoriam. Te plaſtes a uentre matris dignatus protegere; ipſo quidem obumbrante, quis ualet te laedere? uerſipelles morientur in proprio ſcelere. Ergo rex omnipotenti ſemper refer gratias, deprecare, quod ſuetas non neget pancratias, donec eodem iubente uitae finem facias. Quanta tibi facit Deus, ſis memor cottidie, te ſequentibus appare ut ſol in meridie, noctis ſpeciem oſtende filiis perfidiae. Legifer es dante Deo in ſubiectis gentibus; aequa lance penſa pondus paruis & potentibus, ſic ius legis temperabis ſub te quieſcentibus. Mercenarii mercedem, lex iubet ut teneas, pro hac culpa cautus eſto, rex bone, ne pereas; imple legem, non uidebis Phalanges funereas. Si Benzoni ſeruo tuo ſuum reddis meritum; euaneſcet uelut fumus excurſus proſelytum, ad apoſtaſiam uerſi ibunt in interitum. Terga uertent uniuerſi ſpiritus Syluatici, Patarini & Ambrones ſimul & Artabati, atque ligna colligentes ſacro die ſabbathi. Dignus eſt mercede ſua Albenſis epiſcopus, qui pro rege cum Zyphaeis pugnauit prae omnibus, exturbans haereſiarchas de Romanis ſedibus. Bellum egit cum Brandello atque cum Badaculo, qui theſaurum S. Petri ponebat in ſacculo; expulit eos ab arca potitus pinnaculo.

culo. Redde uicem promerenti, certa ſpes imperii, ne inanes patiaris moras deſiderii, opibus & maieſtate compar es Tiberii. Non eſt magnum tanto regi, unum ſignum facere, hoc eſt, dicere Benzoni: ueni foras Lazare, reddita tibi mercede ſta ſub meo latere. In me ſolo ſi te ipſum rex bene glorificas, uniuerſos fratres meos non parum laetificas, legem enim conſeruando Deum honorificas. In hoc ſcimus, quod ſub alis te ſeruat altiſſimus; in epiſcopis creandis ſi es diſcretiſſimus. Et ne unquam ſeducaris ab aliquo homine, temet ipſum, quaeſo muni, o rex noſter domine, fac in fronte ſignum crucis in auctoris nomine. Sit diſcreta, o rex bone, manus impoſitio, ne fortaſſe labem trahas ex tironis uitio; uita prius requiratur, mores & conditio. Ne accipias pro agno barbatum cornigerum, nec pro Iouis aue ſumas nocturnum aligerum, nec conſtituas Priapum in numero ſiderum. Qui pro Socrate ſalutat Diogenem Cynicum, & qui lolium extollit deſpiciens triticum, ipſe alitur Martino poſtponens dominicum. Deum lauda rex HENRICE, qui tibi diſcernere praeſtitit omne, quod erit ab utroque genere, ipſe tibi Philiſtaeos concedit proſternere. Quapropter ſemel in die, relictis inanibus, ante uultum redemtoris eleuatis manibus te praeſenta ſuſpirando cum deuotis planctibus. Beneficiis pro tantis temet ipſum immola in altari tui cordis cum mente beneuola, ſic placatus pius Deus conquaſſabit hidola.

CAP.

CAP. IV.

CONditor mundi, ſolus ſpes omnium, ne iraſcaris reatu hominum. Tu nos creaſti de terra fragili, ſerua, ne frangat fraus aduerſarii. Callidus hoſtis, nos uidens luteos,mergere cepit in mortis puteos. Quos redemiſti proprio ſanguine, hoſti ne tradas carnis certamine. Tu pater noſter, corrige uitium, tene currentes ad praecipitium. Caſtiga tuos paterno uerbere, ne ſinas lupis agnos diſcerpere: tibi eſt enim proprium, parcere, nos de moeroris extrahe carcere. Nam tu occidis & tu uiuificas, percutis, ſanas, a morte liberas. Et qui coerces mundi ſtultitiam, caeſari noſtro confer laetitiam.

CAP: V.

PVblica res Romanorum tunc ſcienter regitur, cum Sophiae gemmis ſertum regale inſeritur & imperiale ſceptrum docta manu geritur. Cui tantae dignitatis datur curam gerere, ſemper debet, ſi non multa, ſaltem pauca legere, ut legendo diſcat orbem poſt Deum protegere. Sumat breuiter deſcripta regalis ſublimitas, in his enim ſpiritalis abundat utilitas, per quam ſurſum aſpirabit humana fragilitas.

CAP. VI.

IN diebus umbrae noſtrae ſemper ſimus pauidi, alienae facultatis nullatenus auidi, ut feliciter curramus uiam noſtri ſtadii. Non camelum glutiamus nec liquemus culicem, nec Leonibus omiſſis perſequamur pulicem, conculcemus ſcorpiones, transeamus ſupplicem. Vbicunque conuerſamur,

ſit

ſit comes iuſtitia, ore, manu propellantur hoſtis auaritia, quae turbare multum ſolet principum iudicia. Balaam haec deludendo fecit haretalogum, ideoque cum prophetis non habet catalogum, miſer ille cum aſella formauit dialogum. In Hyerochontina urbis rüina notiſſima, Achar iſta conturbauit ex lamna puriſſima, morti tradidit, ut eſſet omnium prohypſima. Cum apoſtolis aeſtauit haec deeptrix gentium, Iudam loculos portantem traxit ad ſuſpendium, dedit ei ſempiterni ſulphuris incendium. Haec minores & maiores temptat milleformiter, cui non conſentientes reſiſtamus fortiter, contra pugnam deceptricis eamus concorditer. Cur debemus fratres mei, huic monſtro credere? quae non ceſſat nos & noſtra cottidie laedere, donec trudet in gehennam durantes in ſcelere. Nihil tulimus in mundum, nihil reportabimus, niſi forte quod largimur pietatis manibus, non ſeducat haec ſeductrix uos uerbis inanibus. Nudi naſcimur & nudi in terram regredimur, praeter uictum & ueſtitum quid in mundo quaerimus? nil hic proprium habemus, peregrini uenimus. Supereſt ut caueamus ſuperbiae uitium, quia ipſa eſt peccati totius initium, deuitemus ſapienter tam graue flagitium. Haec inflato uadit collo cum ceruice rigida, ſemper eſt ad opus bonum ſterilis & frigida, uelut torrens ruit praeceps, oculis eſt liuida. Vt ab illa recedamus expedit ſummopere, legem enim chriſtianam non uult ipſa colere, erube-

erubeſcit mendicare, dedignatur ſodere. Cur hanc magam non abhorrent, quicunque ſunt homines? cur non eam deteſtantur populorum ordines, quae coelorum poteſtates fecit eſſe Daemones? Inquinabitur a pice, picem qui tetigerit, qui communicauerit ſuperbo, idem apparuerit, nemo doleat, ſi collum ipſe ſibi ruperit. Vt poſt mortem careamus infernorum tenebris, iugiter eſt praeliandum cum carnis illecebris; qui triumpho potietur, erit mundo celebris. Non inuadit nos uoluptas armorum potentia, ſed nimietate cibi atque uinolentia; ſic transuerberat incautos dulci peſtilentia. Et ut ſolet uulgo dici: Nocet omne nimium; nimis haec edendo templum diſſipat dominicum, & de uiro caſtitatis uilem reddit Cynicum. Omnis enim caſte uiuens templum Dei dicitur; ſi quis tantum ſacramentum uiolare nititur, unus de porcorum grege protinus efficitur. Facti coelibes ardentem fugiamus Sodomam; Hieroſolymam petamus, chriſtianis commodam; ſemel intrans non habebit ſemitam retrogradam. Felix ille, qui pro factis hunc locum merebitur, felix erit in aeternum & non commouebitur. Hic in ſecula uiuentem uiuens confitebitur.

CAP. VII.

PLures ſanctarum paſtores eccleſiarum,
Cladibus afflicti, ſub tempeſtate relicti,
Vix retinent flatum, nimio moerore grauatum.
Qui conſoletur, non eſt, nos nemo tuetur,
Nullius dextra tegimur; ſunt intus & extra.

Hoſtes

Hoſtes mortales, ad noſtra uoranda ſodales.
Omnia deuaſtant, & apertis faucibus adſtant,
Vt nos conſumant, poſt quaeque relicta reſumant.
Nemo manum contra portendit talia monſtra.
Numquid opem praebent, qui nos defendere debent?
Noſtri Vaſalli ſunt facti Sardanapalli,
Nec nos defendunt, nec iniquis retia tendunt.
Forſan maiores tolerant utcunque labores.
Nos inopes rerum redimunt malefacta dierum.
Nos tenues lucro ferit hoſticus undique mucro
Nos uelut imbelles non poſſumus eſſe rebelles,
Non apti bello, ſed tradere dorſa flagello.
Peius adhuc reſtat, grauiter quod corda moleſtat:
Ante ſacros uultus fit creber in urbe tumultus.
Caeduntur coram, ſi qui famulantur ad horam.
Dum ſumus in uillis terimur trahimurque capillis,
Caeſar, quo circa trucibus ſis ferrea uirga
Te Deus elegit, terram populosque ſubegit,
Nos ut defendas, inimicis digna rependas.
Vt ſint in poenis & ſint in mille catenis,
Qui res ſanctarum deuaſtant eccleſiarum.

CAP. VIII.

Taurinenſi epiſcopo.

OPhulane, praeſul magne, refer Deo gratias, quia ſemper, quod quaeſiſti, posſidebis tracias, tandem exauditus, perſpice quid facias. Omnibus aſconde precor

cor tam ſacrum myſterium; nam ſi dixeris hoc Euae, amittes pomoerium, generabit tibi lingua perpes impropērium. Trinitati hoc committe, unde ſemper gaudeas, non ames quaternitatem, ex qua nimis doleas. Trinitati nunquam tollet quicquam furens Boreas. Trinitas non eſt in terra, niſi in epiſcopis, ipſi quidem congregantur nomine opificis, cetera ſi adunantur, tractant de illicitis. Si ad cleri expectatum finem mauis tendere, noli temet alienis confitendo uendere, hoc eſt enim pedem tuum ad petram offendere. E. T. A. ſi adſunt ſimul in auctoris nomine, ſis in illis, ut dixiſti, Ieſu Chriſte domine, tu inſpira, quid agamus, tuo bono omine. Manda locum atque diem, has praecedens litteras, quo ſententias dicamus nobis ſalutiferas, totis tribus ipſe Deus det longas presbyteras.

CAP. IX.

Quaedam praelocutio.

DVrae arboris nodo ferreus cuneus quaerendus eſt. Itaque frater Benzo uſus eſt ferreis increpationibus durisque exhortationibus aduerſus Coadelphos, qui debuiſſent in regis fidelitate usque ad mortem perſiſtere; laudabiliter glorioſi, inſtigante perfidia, facti tortuoſi atque nodoſi. Quos ubicunque intuebatur populus, inſequebatur blasphemis clamoribus. Tandem delatrante fratre Benzone, repetant ouile fidei, induti nimia confuſione. Sed alia manu erat agendum cum Domna Adeleida, cuius parem non aſſignat orbis ephemerida.

rida. Ipſa igitur, quaſi regina piſcium, admirabilis balaena, non poterat capi neque hamo neque catena. Quapropter aggreſſus eſt eam frater Benzo, mellifluis uerbis porrigens ineſcas ex floribus nec non aromaticis herbis, Et quia nouerat eam delectari planetarum cantilenis, cottidie infundebat auribus eius Ambroſianas melodias, maritimis aſſociatur Syrenis, & ita Lyrizando, organizando deduxit eam in ſagenam fidei, traxitque ad litus ante pedes HENRICI. Vt autem cognoſcant fideles caeſaris, quia uera ſunt quae dicimus, pro teſtimonio ueritatis de pluribus haec pauca deſcripſimus.

CAP. X.

DVci Adeleydae, Domnae, ſuper-Domnae, Benzo fidelis & ſuper-fidelis: Conſilium, non Achitophelis, ſed S. Archangeli Michaëlis. A pueritia enim, mea domina, opus Dei operaris, idcirca fauente Deo poſt regem Italiae dominaberis. Certe ſi dignaris credere conſiliis meae paruitatis, cum tranquillitate ſedebis ſub rege in ſolio regificae maieſtatis & uidebis ante te duces cum principibus, orbis terrarum opes tibi miniſtrantibus. In hoc quidem placito nihil omnino erit periculi, ſi fiet ſecundum diſpoſitionem mei conſilii, ſederit perpes gaudium domus tuae in ſeculum ſeculi. Quid plura? a die enim exitus de uentre matris non uenit ſuper te uiſitatio talis: Admiranda in cunctis terrae finibus. Secretum meum mihi, tibi & illi. Non addas quartam perſonam Trinitati. Domnae Adelgidae, Ro-

mani ſenatus patriciae, frater Benzo per uoluntatem Dei claues totius imperii. Non eſt ille homo ſanae mentis, qui conatur contraire uoluntati omnipotentis. Nihil ualet noſter cogitatus, nihil itidem noſter conatus, quia Deus faciet ſecundum uoluntatem ſui plantatus. Omnia enim, quaecunque uoluit, fecit in coelo, & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Quo enim poſſumus fugere, ut non faciamus uoluntatem eius? Incaſſum fit fuga iſta, ſicut teſtatur pſalmiſta: Quo a facie tua fugiam? ſi aſcendero in coelum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Nil denique ualuit Ionae, quod fugam parauit, nolens uerbum ſalutis Niniuitis miniſtrauit. In uoluntate ergo Dei uniuerſa ſunt poſita: Et uos ſola nitimini contra eius imperium? Nam Deus usque hodie in omnibus adimpleuit ueſtrum deſiderium. Certe uelitis, nolitis, Deus faciet de uobis, ſicut ſibi placuerit. Ordinatum eſt quippe diuina diſpoſitione, quod eſſe debetis ſuper gentes & regna, ut euellatis, deſtruatis, diſperdatis, diſſipetis, poſthaec aedificetis atque plantetis. Vos autem dicitis; nolo; & Deus dicit: Ego uolo. Quis igitur erit uictor de uobis duobus! Certe, certe Deus faciet ſecundum ſuam uoluntatem de ſua ancilla, quae hactenus cuſtodita eſt ab eo tanquam oculi pupilla. Facite ergo ſponte, quod facietis inuita, ut ſit uobis duplex retributio, & in hac & in altera uita. Beati, qui audiunt uerbum Dei & cuſtodiunt illud.

CAP.

CAP. XI.

DOminae Adelgeidae, cuius prima medietas nominis eſt genitiuus, ſiue datiuus uocabuli primi hominis, frater Benzo. Nomen tuum nomen bonum. Nomen tuum Dei donum. Non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Myſteria quidem libri Geneſis non capit uolatica phreneſis. Sanam mentem expetunt myſteria illa, non qua impellebantur Caſſandra & Sybilla. Quarum pectora Pythius replebat, cum phanaticos ex ambiguis deludere uolebat. Sed incarnato domino, illuminauit Spiritus S. corda fidelium, eiiciens ab eccleſia Pythoniſſas & Delium. Aperuit quippe arcana diuinae ſcripturae, ut fidelibus pateat, quod abſcondebant prioris teſtamenti figurae. Neque iam uelata Moyſis facies, quia luce clarius perſpicit totum Moyſin catholicorum acies. Nam in paſſione Domini & petrae ſciſſerunt, & uelum ſciſſum, & chriſtiana fides profunditatem literarum cernit, licet clamet habyſſus habyſſum. Ergo non ſimus equus & mulus, quibus non eſt intellectus; quaeramus nouum myſterium, ubi latet noſtrae ſalutis profectus. Enucleemus ſacramentum cariſſimi nominis, noſtrae ſcilicet beatiſſimae principis. Prouidens enim humanae utilitati ſaluator & Dominus, aptanda diſpenſat ſingulis temporibus. Nam ſicut praeſcidit de coſta uiri formam coniunctiuam, ita praeuidit Dominam Adelheidam, de nomine eius denominatiuam. Vnde factori gratias referimus, quia non ſumus expertes

pertes doni gratiarum eius. Vere gratia Dei eſt, quod factum typice eſt. Igitur ſicut Eua conuerſim fit Aue, ita Adeleida conuerſis partibus fit nomen bonum atque ſuaue. Quid eſt enim Adelgeida, niſi: Da legi Adae filios? Hoc eſt dicere: Eſto datrix legis ſuper caulas chriſtiani gregis. Eſto gregis Chriſti cuſtos gregaria, quem diſperſit per dumeta praeſumtio temeraria. Tu es quippe regina illa, quae apparuiſti pſalmiſtae a dextris Dei in ueſte polimita. Plena es gratiarum, oculi tui columbarum, uade poſt eum, qui eſt Deus miſericordiarum. Ne timeas, o princeps, ab initio ſeculi praelecta, neque formides, quoniam omnia ſub pedibus uides. Porrige dextram Romae mergenti; ſuccurre regi piis oſculis, te reſpicienti. In his duobus pendet tota eccleſia, uide quid facias, ſancta Adelgeida.

Vt Spiritui Sancto, qui de praelegit, non ſis contraria, te rogamus, audi nos.

Vt regi ſubuenias, te rogamus, audi nos.

Vt clericis & laicis ſubuenias, te rogamus, audi nos.

Vt omnibus chriſtianis ſubuenias, te rogamus, audi nos.

Vt pereunti mundo ſuccurras, te rogamus, audi nos.

Oremus: Famulam tuam Adelgeidam, quam elegiſti ab initio, conſerua quaeſo domine, in tuo ſeruitio, ut per eam, te duce, fiat pax in eccleſiis tuis, ad perpetuum gaudium humanae ſalutis. Per dominum noſtrum.

CAP.

CAP. XII.

DOmnae primae uocali, frater Benzo: Lignum ſcientiae boni & mali, in pinguedine terrae & in rore coeli. Auribus percipe uerba oris mei. Cum ſim fidelis & quotidie dictis & factis oſtendo meam fidelitatem, cur opponis, o domina, meae fidei duritiem cordis atque incredulitatem? Licet enim uerſer in miſeria, tamen per me, ultimum ſeruum ſuum, reuelat tibi dominus ſua myſteria. Poſitus enim in ordine uicis Habiae non fallaciter profero uerba coeleſtis prophetiae. Nam ſi praeterita placet recolere, nullatenus eſt dubitandum de ſubſequenti opere. Turba igitur praecedentium patrum ſine ambiguitate ſe commiſerunt oraculis ſuorum uatum. Vt multis ſuperſedeam, de paucis dicenda ſunt quaedam. Ionas autem elapſus a belua, decapillatus ſedit ſub Hedera, ubi haec pauca locutus eſt uerba: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et peruenit uerbum ad regem. Qui non uocauit Bulingerios, neque Manciani primicerios. Sed ſtatim ſurrexit de ſolio ſuo & abiecit ueſtimentum ſuum a ſe & indutus eſt ſacco & ſedit in cinere, cui mox adfuit pietas diuinae miſericordiae. Sapiens rex ſine mora credidit ignoto prophetae, & domina mea mihi, noto ſibi, dedignatur credere? Per plures denique uices ſibi profuerunt mea uaticinia, ſicut tota proteſtatur uicinia. Reuera uerba mea non ſunt mea, ſed eius procul dubio, qui dixit; Aperi os tuum & ego adimplebo illud. Qui ergo me ſper-

ſpernit, ad ſuum damnum me ſpernit; & non ſolum me ſpernit, uerum etiam eum, qui me miſit; Recordare, o praedicabilis domina, quanta tibi fecit Deus, & ſede cum Maria humilis ad pedes eius. In tuis quippe cunabulis dictum eſt tibi a Domino: Aſcende ſuperius, & diuina praedeſtinatione aſcendiſti de bono in melius. Nunc autem ad hoc es aſcenſura, ut in manibus tuis ſit orbis terrarum cura. Vult enim Deus, quo geras reipublicae ſarcinam cum eo, qui regnorum regit monarchiam. Nam in ſpiritu & uirtute Eliae parabis uiam caeſari, quatenus errantes quieſcant ab homine ueteri. Et ſicut Helias fretus auctoritate prophetica dixit ad Achab regem: Quia non erit pluuia niſi per uerbum meum; ita o Domina, inſpirante Trinitatis potentia exiit ab ore tuo ſimilis ſententia. Viuit dominus, ſi erit epiſcopus, aut marchio, uel ſi ſublimatur ad aliquem honorem aliquis homo, niſi per uerbum meum. O laudanda pietas redemtoris, quae ancillam ſuam eleuare conatur ad tantum culmen honoris. Quod ergo ante mundi conſtitutionem diſpoſuit prouidentia, nemo debet contradicere ſua negligentia. Praeordinata eſt quippe ſeries omnimodae poteſtatis ante conſpectum diuinae maieſtatis. Dic ergo o domina, ſicut Maria ad angelum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum.

CAP. XIII.

DOmino ſuo regi HEINRICO a Deo coronato, tanquam aurum in fornace diuinitus colorato, frater Benzo, in poſteris

ſteris & in aduerſis idem. Omni conſummationi uidi finem. Quia cucullatus diabolus de coelo Petri lapſus eſt, & domina Adeleida cum lampade ſua ante regis ianuam eſt, merito poſſumus dicere: conſummatum eſt. Sic enim ſuſcepit nuncios domini mei, ac ſi uidiſſet angelos Dei. Omnipotentiam ergo benefactoris, o bone rex, lauda ceruice humiliata, qui pedibus tuis proſternit colla inflata. In conuerſione talis dominae igitur, omnis dicatur gloria tibi Domine. Nemo, precor o caeſar, ſubripiat cordi tuo, quo minus adimpleas, quae regia promiſit celſitudo, & adhuc ſupra, ut regnes in aeternum & ultra. Deo gratias, ſapiens eſt, litteratus eſt. Recordare, quae Deus praecepit Abrahae: Omnia, quaecunque tibi dixerit Sara, audi uocem eius. Sara denique petebat: Eiice ancillam & filium eius. Si filius es Abrahae, immo quia es, opera fac Abrahae. Omnia ergo, quae dixit tibi domina Adeleida, audi uocem eius. Si dixerit: Eiice Sarabaitam & omnes ſequaces eius. Si filius es Abrahae, audi uocem eius; quia ad te eſt conuerſio eius. Nam mulieri praedixit Deus: ad uirum eſt conuerſio tua, & uir dominabitur tui. Non igitur eſt pauendum, ut non audias uocem eius, quia ad te eſt conuerſio. Poſtquam autem adfuerit conuerſa, audies uocem eius inquam pluribus, ipſa uero audiet & faciet uoluntatem tuam in omnibus, quia dominaberis tu illius. Noli ergo, o bone rex, denegare, quae ſibi placita uidentur,

tur, quoniam una die dabis, altera die centuplicata ad te reuertentur. Neque enim denegandum beneficium, quod ſcimus poſſe reuerti ad idem principium.

Incipit praefatio libri ſexti.

COgnoſcetur dominus iudicia faciens, ſi de medio Chriſti ouium tollitur peſtilentia macilens. Morbi quidem ſunt peſtilentiae Sarabaita Prandellus, factioſiſſimus Monachellus, morbidauit gentes & regna, pharmacaceutians ea per plurima tempora. Inter alios denique, quos fecit mente captos, praeualuit a Saxonibus, reddens eos ſimiles Daemonibus. Exagitauit quippe illos ſeruili auſu arripere arma aduerſus chriſtum Domini, caeſarem Heinricum, uti legimus contra Michaëlem praeſumſiſſe hoſtem antiquum. Verum ſicut Michaël, cuius interpretatio eſt, quis ut Deus, proſtrauit Draconem & ſequaces eius: eodem modo diſſipata eſt ſaxea barbaries a caeſare HEINRICO, quia manus Dei erat cum illo. Celebrauit proinde generalem conuentum cum ſuis Satrapis, ſcilicet Sueuis & Italicis, penes Brixanorium, tractans cum eis de ſuo itinere ad Romanae ſolium. Inter quos praefuerunt duo Archontae, agyae Sophiae inebriati mellifluo fonte, uidelicet totius Liguriae primas & Heruliae rector, Rauennas, ſimulque eorum ſuffraganei, impeditione falſae cucullae conſentanei. Quibus erant immixti de ſenatoribus Romanorum inſignes legati, adſtipulantes, quod cuncti ordi-

ordines publicae rei cottidie ſtabant parati adreceptionem caeſaris HEINRICI, tanquam ſi ueniſſet maieſtas Iulii & Tiberii; quorum aſſertioni nemo noſtrum fuit Didimus, ſed unanimiter, quae dicebantur, credidimus. Caeſar autem fidens anchora ſpei in ſoliditate Romanae promiſſionis, deſignauit in iam dicto conuentu inceptionem ſuae expeditionis. Indicauit praeterea uniuerſis regius praeco, quia in die Pentecoſtes, Deo uolente, erit praeſentia regis coram ſancto Petro, affectu ſcilicet ſuae conſecrationis, ad laudem & gloriam uiſibilium & inuiſibilium creatoris. Venit igitur ſexta feria ante Pentecoſten ad diem conſtitutum, ſed Romani, praeuaricatores effecti, clauſerunt ei introitum. Rex uero commotus ira iuſtiſſimae indignationis, praecepit figi caſtra in prato Neronis. Brandellus itaque, qui Romuleos faſcinauerat, aſcendit in Creſcentii caſtellum, monuit, quod nullus eorum exiſſet ad bellum. Adiiciens quoque: clauſis portis ſtate ſecuri, quia inter uos & hoſtes ſunt inextricabiles muri. In die quidem ſpiritus Paracleti non imponit HEINRICVS, ſicut ſperauit, ſertum ſuo capiti. Deluſus hac prima fiducia, deſperans rediit cum uerecundia. Sapientes uero epiſcopi & optimates profundioris conſilii, circumſteterunt domino noſtro regi dicentes: Reuera, qui ſunt ſanae mentis, animum aduertant, quod mira & uera eſt diſpoſitio Dei omnipotentis; qui dat unicuique ſecundum opera ſua. Putatis, o barones, quod ſacrilegos &

& periuros comitetur uictoria? Nam quia conflati in runcina, inuenti ſunt ſcoria. Iſti ſunt, qui dicunt in corde ſuo: Non eſt Deus. Iſti ponunt in coelum os ſuum, & lingua eorum tranſit in terra, ideoque tenet eos initium peccati, ſuperbia. Iſti ſunt, qui dicunt: faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iuſta eſt. In ueritate ſciatis, quoniam nunc iudicium eſt Romae. Nunc pſeudo-princeps Romae eiicitur foras, abbreuiauit enim Deus Romanae malitiae moras: ſummo igitur mane Paracliticae feſtiuitates, coadunati ſunt archiepiſcopi & pontifices in conſpectu regiae maieſtatis. Et dicebant ad inuicem: Quid hodie, fratres, faciemus, quia hic duas eccleſias non habemus; ut in una dominus noſter ueſtiatur & coronetur, & in alteram uadens coronatus, ubi miſſa celebretur? Iſta eſt uetus conſuetudo regalis coronae, quae non poteſt immutari ſine legali transgeſſione. Reſidebat inter eos Manaſſes, archipraeſul Remenſis, nobilis & litteratus, Philippi regis Franciae uenerabilis legatus, qui dixit: Si non poſſumus agere, quod uolumus, uelimus, ut quimus, & ſi remouet nos ab obſequio regiae coronae locus inconueniens; celebremus tamen debita deuotione Miſſam, quam poſtulat ſolennitas praeſens. Cui ſtatim omnes aſſenſerunt, & fiat, fiat, unanimiter reſponderunt. Surrexit autem frater Benzo, Albenſis epiſcopus, qui erat unus de numero reſidentium, ſupplex exorans caeſarem, ut praeciperet ſilentium. Et affatus eſt

eſt ita: Audiat dominus meus rex, & uos ſeniores & coëpiſcopi, audite uerba fratris ueſtri minimi. Verba mea non ſunt mea, ſed ſunt uerba Spiritus Sancti, in cuius nomine hic eſtis congregati. Si id, quod maius eſt & diuino cultui neceſſarium, hodie faciemus, cur quod minus eſt, praeterire debemus? Hodie in tentoriis celebraturi ſumus pretioſiſſimi corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctiſſimum ſacrificium, conſequens eſt ergo ut ſub iisdem papilionibus peragamus regalis coronae officium. Multa denique fiunt contra uſum, cogente neceſſitate. Dauid enim pulſatus neceſſitate famis comedit panes propoſitionis, quod non licebat, niſi ſacerdotibus ſolis. Relinquens igitur ſyluarum ſolitudinem, ceſſante neceſſitate, contulit ſe ad cottidiani panis conſuetudinem. Vbi uero neceſſitas perit, ſtatim uſus in propria redit. Vbique eſt Deus, ubique colitur & adoratur; & rex coronetur, honoretur, ubi & quando canonice conſtituta ſolennitas celebratur.

In Atticis enim legitur hiſtoricis, quod Bizantinus rex Nicephorus, uir ſapiens & bellicoſus, circumcinxerit Antiochiam uallo, formidandis machinis, plus minus ſeptem annis. Et bis in hebdomade coronatus circuibat ciuitatem cum multis populorum turmis, ad ſimilitudinem Hierochontinae urbis. Crux denique ligni dominici praecedebat eum, per quod ſperabat uictoriae tropaeum. Antiocheni uero perterriti nouo

&

& inuſitato miraculo, ſubiiciunt colla regiae perſeuerantiae retiaculo. Et ſi rex ille, fortis & ſapiens, pro amplificanda chriſtianitate omnia faciens, coronabatur ſub diuo, ſine eccleſiis, ſine ſolennibus feriis: multo magis dominus noſter caeſar debet coronari circumſeptus uenerandis praeſulibus & decentiſſimis clericis & praecipue in feſtiuitatibus egregiis. Adhuc autem libentius denique illud perficitur, quod ueriſimilibus argumentis circumſcribitur. Alexander Macedo, quocunque gradiebatur, quis eſſet, corona confitebatur. Veraciſſimae ergo rationis concluſione debet caeſar uti myſterio regalis coronae. Tunc Ambroſianus uicarius, uniuerſae Liguriae Archos & primarius, dixit: Vere, frater Benzo, ſicut dixiſti, non ſunt tua uerba, ſed Spiritus Sancti, prout teſtatur pſalmiſta: Aperi os tuum & ego adimplebo illud. Hoc ipſum reſonat Matthaeus euangeliſta: Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Fiducialiter igitur poſſumus & debemus celebrare, quod Spiritus Sanctus per te uoluit reuelare. His auditis ſuſpiciens in coelum caeſar, gratias agit tertiae ſanctae trinitatis perſonae, quae miſericordiſſimae pietatis reuelatione dignatur adeſſe celebritati ſuae coronae. Dixitque: Nihil dubietatis eſt in corde meo ex omnibus his, quae per efflatum ſpiritus Paracleti locutus eſt frater Benzo. Et conuerſus ad Rauennatem, diuitis Flaminiae primatem. Quid ſentias, inquit, pater, ſcire uolo, qui iudi-

iudicaturus es orbem cum Petro & Paulo. At ille reſpondens ait: Ad reuerentiam caeſaris loquor; nemo ſapiens aliud requirat, niſi quod per os confratris noſtri Spiritus Sanctus nos adſpirat. Erectis ergo cordibus ſurſum, diuinum adoremus myſterium, ut, quod magno Dei munere geritur, magnis eccleſiae laudibus celebretur. Praeparentur itaque duo tabernacula, in uno coronatus caeſar, proceſſionaliter ad alterum eat tabernaculum, eritque angelis & hominibus delectabile ſpectaculum. Factum eſt ita; continuo aduolat turba caſtrenſis, amans celebrari diem ſolis ſolemnem in condenſis. Ordinatur populus in ſpatioſum circulum, per cuius medium tranſeat chorus pſallentium. Cumque exit a tabernaculo caeſar diademate redimitus, ſtatim incipitur a clero: Veni creator ſpiritus. Singulae uero nationes ſecundum patriae ritum, prorumpunt in uociferationes, in unitate Patris & Filii laudantes Sanctum Spiritum. Oritur praeterea ex omnibus caſtris ſtridor lituum clangorque tubarum. Quarum bombis atque tonitruis Sarabaita cum ſuis fiunt ſimiles mortuis. Finita proelepſi celebratur miſſa cum ſuis melodiis, ſolemniſſima iubilatione, omnisque populus per totum diem laudat Deum in gaudio & exultatione. Protinus auditum eſt in nationibus, quod rex HEINRICVS fecit nouam Romam ex tentoriis & papilionibus: Vbi ad Prandellianorum dedecus atque iniuriam diſpoſuit nouam curiam. Ex qua creauit nouos centuriones, tribunos atque ſena-

ſenatores, praefectum & nomenclatorem, aliasque dignitates ſecundum aliquem morem. Ibique ſub ſole & luna, nouo genere coronandi, diademate eſt coronatus, coelo & terra mirantibus gloriam ſui potentatus. Agmina uero populorum innumerabilia dant laudes Deo, qui innouet ſigna & immutat mirabilia. Concurritur ab omnibus certatim, confluit ex uicinis marchiis inexiſtimabilis populus. Rex autem, relicto prato, aggreditur cliuum, de ſub cuius pede euomit ſtyx latum internecionis fumitum. Quem cum uidiſſet exercitus, timuerunt timore magno, propter ſulphureum foetorem, fumantem ab eodem ſtagno. Verum Dei pietas miſerta regi ſuisque omnibus, compreſſit fumum diebus ac noctibus, induxitque ſuper nos hybernum frigus, per quod factus eſt locus ille ſalubris & apricus. Vt autem cognoſcat mundus, quia non parua cura eſt Deo circa beneuolentiam pueri ſui regis HEINRICI, aliud miraculum demonſtrare dignatus eſt ibi. Quadam nocte in hora canticinii factum eſt terribile ſignum ciuilis exterminii. A fundamentis quoque corruit longa ſeries murorum, per ſpatia fere mille cubitorum, Quod cum cognouiſſent mane facta regalia caſtra: ampliſſimam portam facit nobis, inquiunt, qui numerat aſtra. Fit clamor, intro, intro, uociferantium, corripiunt arma de more bellantium. Quo rex audito compreſſit per uelites tumultuantium clamores, iubens ad ſe uenire omnes; quibus dixit: Benedictus Deus in cunctis operibus ſuis, qui

qui dat nobis uidere interiora inimicorum, praecipitatis muris; ſine ulla difficultate ualemus eos inuadere atque morti tradere. Sed demus honorem Deo, ſanctiſque ſuis apoſtolis Paulo & Petro: Si forte reſipuerint & ad debitam obedientiam noſtrae ſuſceptionis dura corda conuerterint. Non enim ueni ad mortificandum, ſed ad ſaluandum. Si, prout beatus Paulus monuit, reddiderint, cui tributum, tributum, cui honorem, honorem; & nos perſoluemus eis ſua, ſecundum imperatorium morem: Alioquin Deus, qui eſt nobiſcum, praecipitabit eos in mortis abyſſum. Et qui nobis dormientibus peſſundedit machinas murales, ipſe dabit uirtutem ad deſtruendas turres & antemurales. Eapropter demus eis aliquod interuallum, ut cogitent & intelligant, quoniam a Deo factum eſt iſtud, qui numquam deeſt his, qui conuertuntur ad ipſum. Transeamus, ſi placet, fluenta Tyberidis ad Tuſculanos, aliosque faciamus conſortes noſtri itineris. Omnes edixerunt una uoce: Vobiscum ſumus, ſiue in uita, ſiue in morte; ſed multi locuti ſunt in corde & corde. Per circuitum denique montis Soratis gradientes poſt nouem dies uenimus ad fluminis ripam, ubi coeperunt muſſitare maligni, quod magis ualeret reditus ad deuaſtandam Mathildam. Caret tamen patentibus & uadis arenas inuoluens turbidus amnis. Quibus autem erat inflexibilis fides dicebant: Itinere trium uel quatuor dierum ibimus, & apud Narniam facile transibimus, & ſchisma erat inter eos. Plures eorum inſtigabat retrotenſio, minime

tranſeundi fluuii intentio. Inter has ambiguitatis neceſſitudines praeterierunt decem dies. Loquebantur autem inter ſe illi & ipſi, & falſi ac ueridici, ſi forte ualuiſſent ſeducere ſanos infirmi. Extendebatur quoque usque ad tres milliarios ordo caſtrorum. Frater Benzo erat caſtra metatus quaſi in medio eorum. Cognoſcens autem eorum malam cogitationem, quia uolebant deſerere militiam, & incipere reuerſionem, non auſus eſt mitigare conceptum furorem per aliquam uerborum perſuaſionem. Iam enim conſpirauerant, ut ſi quis eorum conatibus praeſumſiſſet contraire, gladiis & fuſtibus debuiſſet perire. Qua de re tale nactus eſt conſilium, per quod eorum aſtutia uerſa eſt in nihilum. Fecit enim emere duas nauiculas, quibus poſſet transportare ſuas ſarcinulas. Quadam uero die inter nonam & ueſperum, dedit ei Deus, ad transferendum ſe & ſua, uentum proſperum. Statimque tenſo tentorio ad coenandum recubuit, & remota cortina tabernaculi uniuerſis ſe ſpectandum exhibuit. Perfidi autem atque mendaces, acuunt linguas maleloquas. Stantes in littore iaculant in eum ſermones prauos, ni plus facere poterant; quoniam interpoſitum erat inter utrosque fluminis chaos. Deinde hyburnis eisdem euectus eſt Placentinus, cuius fides eſt flammigera ut ardens caminus. Praefati uero epiſcopi tota ille nocte immolauerunt ſe ipſos in laudem Dei cum pſalmis & hymnis: doloſi uero exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis. Diluculo quidem tranſit dominus noſter rex nauigabiliter cum domi-

domino Rauennate & Aquilegiano, trahens ſecum Sueuorum cuneum, & omnis iniquitas oppilauitos ſuum. Indicauerunt praeterea indigenae dua uada Albenſis epiſcopi militibus, ubi uadauit Mediolanenſis archiepiſcopus, & pene aliorum omnium exercitus. Cumque fuerunt ultra, coeperunt murmurare millia multa: quod ea tellus eſſet aduenis & peregrinis mortifera, licet ad diuerſos uſus hominum haberetur fructifera; Ideoque non eſt immorandum in ea, quia inopinato aggregabit nos ſibi mortis hydra(hydea). Itaque in breui, quod faciendum eſt, faciamus, & quantocius frena retorqueamus. Tunc abiecta formidabili ſuſpicione, cunctarum proceres urbium eo aceruatim humiliant ſe ad ueſtigia domini noſtri regis, quos benigne ſuſcipiens fecit participes ſui gregis. Quibus dedit ſpem ſuae reuerſionis, ſecundum uoluntatem omnium ſeculorum diſpoſitoris. Poſt annum uero rediit Romam iterum, & manifeſtauit Romanis ſe ipſum. Quanta autem & qualia operatus eſt ibi, non eſt nobis dicendum per ſingula, quoniam non eſt tanti operis ſufficiens noſtra hyſtoriola. Frater uero BENZO uolens de corde domini ſui HEINRICI exterminare mordacis curae preſſuram, direxit ei pro munere ſequentis libri ſcripturam, ut ex ea recreatus aliquantulum, quaſi nouus redeat ad belli ſpectaculum.

Incipit prologus libri ſexti.

IN apoſtoli Andreae ſacro natalitio reuelatum eſt Benzoni: ſcribe de hoc uitio, quod monſtrauit Folleprandus Buz, ut morticio.

cio. Sine mora ſumſi pennam & atramentarium, & deſcripſi Patariam per genus triphariam, notet uerba rex & omnes miniſtri altarium.

Narratio.

Sllicernius eſt mundus, finem clamat ſeculi, ante tempus ſenectutis homines ſunt uetuli, longe fiunt in uirtute ſed in malis ſeduli. Vices ſuas non obſeruant: coelum terra, maria, elementa uitae noſtrae quondam ſalutaria, facientibus peccata apparent contraria. In incertum iactat greſſum uana gens mortalium, indiſciplinate currens more animalium, ſimilis quidem uidetur choris bachanalium. Ciuitates ſunt diuiſae in multis erroribus, harum ciues transformantur in hircos ex ouibus; haec mutatio miniſtrat Elegos paſtoribus. Ab inferno prodierunt nouiter haeretici, Patarini, Buziani, nec non & Brandellici, non curantes, quid loquantur, utpote frenetici. Araldinus Patariam primitus edocuit, Buzo filius Buziam conſequenter uomuit, ſeque eſſe Anti-Chriſtum - - innotuit. Nimis ſunt inſipientes, qui his uolunt credere; Araldellus lingua groſſa catus tantum frendere, ad Eüphoniam linguae nequiuit aſcendere. Peronenſis Buzianus eſt quidam homuncio, uentre lato, crure curto, par podicis nuntio; tale monſtrum non creauit ſexuum coniunctio. Falſus monachus Brandellus habet mille uitia, quem cognoſcimus deformem carne leproſitia, ab eccleſia tollendus hac ſola malitia. Angeli uultum aſſumit Sathanas

nas ueriſſimus, & in templo Petri ſedet homo perditiſſimus, tempus eſt, ut eum perdat diſcretor altiſſimus. Miſeri, qui non cauemus, quam pius eſt dominus, qui non ſtatim ſcelus punit ſubueniens omnibus, quorum corda uidet lota lacrymarum fontibus. Suſpirantes ueneremur Dei patientiam, qui diſſimulat peccata, propter poenitentiam, in duritia manentes damnat per potentiam. Chain perfugum & uagum fecit cor impoenitens, Pharao merſus eſt undis, curribus ſuperbiens, Dathan glubuit cum fratre terra ſe aperiens. Quid putatis de Brandello, qui eſt compar Aſpidis? cuius cor uincit rigorem Adamantis lapidis, quae uorago hunc ſorbebit, omnes bene ſapitis. Vltra furias furentûm furit iſte rutrifer, contra Deum, contra regem, declarando iugiter, indignando quis non inflet buccas uelut Iupiter? Natus matre ſuburbana de patre caprario, cucullatus fecit nidum in Petri ſolario, ſymoniace potitus eiusdem aerario. Vnde delubra ſanctorum deberet reficere, hinc hominibus ſuadet, homines occidere; ſed quis ualet ſeriatim eius mala dicere?

Nabuchodonum qui uertit de rege in beſtiam, deſtruat hunc monachellum, defendat eccleſiam, & coronet regem noſtrum cum filio etiam. Vadat caeſar per exempla regum praecedentium, qui tulerunt triumphantes regiones gentium, & dederunt poſſidendas turmis ſe ſequentium. Rex det terras, ſicut boues dedit Petematius; non accipere, ſed dare cenſetur beatius, donatiuis

diſrumpetur infelix Acatius. Quod rex dicit, capitale praeſumit Acatius; nam in coetu ſynodali cum reſidet altius, abuſiue coronatur, quid Apoſtatatius? Sicut ultus ex Hyrcano eſt caeſar Pompegius, idem agat in Brandello ſucceſſor egregius, amplius ne id conetur aliquis plebegius. Hoc in Dei ciuitate Auguſtinus recitat, ad uindictam tanti mali regem noſtrum excitat. Auguſtinum ueritatis teſtem nullus haeſitat.

Crure ſub inflato retinetur Benzo grabato,
Oppreſſus morbis, quia ſic uult conditor orbis.
Sed quia non poſſum cum rege ferire Coloſſum,
Hos apices mundo, per quos mea uiſcera pando,
Quod uolui dixi, uos fratres, regis amici,
Promere debetis ſapienter quicquid habetis,
Senſum quiſque ſuum pariter coapportet in unum;
Senſibus ex multis faciat rex eſſeda ſtultis.

Incipit prologus.

AVro carens, ut argento, Albenſis opilio, has litterulas praeſentat Salomonis filio, regi noſtro Heinrico, ſimili Pompilio. His inſtructus fiat ſequax regum praecedentium, aduerſantes cogat flere cum ſtridore dentium: coelum audiat uindictam & termini gentium.

Narratio.

POſtquam Romam perdiderunt caeſares de Graecia, ſtatim Francis portas pandit Romuli Lucrecia, quo Gundafarus audito

audito tremit cum Trepecia. Karolus Francorum primus uicit Aquitaniam, deinde feliciter greſſu poſtrauit Hiſpaniam, & rebellium multorum correxit inſaniam. Tres Ottones, qui fuerunt reges in Saxonia, ſumunt uices in Romana regnandi colonia, quorum fremitum horrebat magna Babylonia. His ſucceſſit HEINRICVS in ſede Tiberii, quem decebat magiſtratus Romani imperii, homo Dei & coeleſtis plenus deſiderii. Poſt hunc uenit Chuonradus ex Druſo Vindelicus, diues ſenſu, fortis manu, uultuque Angelicus, eius namque poteſtatis eſt orbis famelicus. De ſecundi Heinrici multa ſapientia, deque eius contra hoſtes uirtutis potentia, promulgare pertemptabit nullius ſcientia. Tantus erat caeſar ille, quanta eſt humanitas, formidabat ante eum apparere uanitas, pulſis morbis habebatur generalis ſanitas. Hic heredem dereliquit HEINRICVM tertium, contra quem ſe congregarunt phalanges inertium, talibus reſtitit nemo de turba ſolertium. Bapoli homines nequam, filii mendacii, rapientes hunc de ſinu materni ſolatii, obſiſtebant, ne ueniret ad coronam Latii. Multa paſſus eſt in ſua heu! pueritia, quae non ualet explicare Tullii peritia, iudicet hoc, qui ſecernit uirtutes & uitia. Factus idem adoleſcens cauſas cepit agere, & legalia mandata per climata ſpargere, ne praeſumat quis non ſua ut exlex inuadere. Roma quondam caput mundi facta Babylonia, audiens regem dictantem legis teſtimonia, mox direxit contra eum haec duo daemonia.

monia. Scilicet Alexandrellum de loco Bodaculi, & Brandellum cucullatum, miniſtrum diaboli, per quos oritur in terra omne genus ſcandali. Dedit eis Rhadamanthus infernales furias, quae inducunt ſuper gentes dolos & iniurias, & quaecunque transmittuntur mortes & penurias. Has miſerunt ad Merdulfum hominem Aegyptium, quem fecerunt furioſum, ſiue arreptitium, duro cordi opponentes ſuperbiae uitium. Stupent ſani Chriſtiani de magorum artibus, quod in palam ſe demonſtrant in Romanis partibus, nam Brandellus eas docet, effectus Nactanabus. Vt ſe tradidit Merdulfus malignis ſpiritibus, furiarum propulſatus creberrimis ictibus, colluat ut contra regem omnimodis litibus. Non rementus, quod a rege raptus ſit de ſtercore, & per eum factus homo de balanti pecore, inter principes locatus erat maior Hectore. Sed Brandello inſtigante periurus efficitur, & totius benefacti regis obluiſcitur, a Zypheis pice tinctus mox tyrannus dicitur. Qui per oſtium non intrat ad regni faſtigium, mercenarii & furis ſequitur ueſtigium, nunc purificat hunc crisma, ſed pix reddit ſtigium.

Totum hoc Folleprandelli confecit aſtuſtia, in Medea, non in Deo, cui eſt fiducia, nam de uiris facit beluas ſua cataputia. Quod de arca tulit Petri eiusque altario, ut pugnaret contra regem, miſit mercenario; ſed ſic fuit, ut qui aquam pinſat in mortario. Rex munitus ſigno crucis abiit ad populum, utrobique confortabat cuneos fidelium, &

& contriuit Philiſtaeos ſequentes Cornelium. Pugna erat cum periuris atque cum mendacibus, & cum uentrium amicis atque cum fugacibus, qui fuerunt eſca lupis & ceruis edacibus. Non ſe tamen continebat hydra multicapitum, ſed erat certamen tale, ut cum Ioue Lapithum, fontem ſanguinis rex cernens non mutabat habitum. Poſtquam rex hos ſuperauit per multas uictorias, cecidit ipſe Merdulfus aſſeclis memorias; demus omnes Deo noſtro gratiarum glorias. Membris omnibus abſciſſis caput fixum ſtipite, conſpexerunt permanentes in caſtrorum limite, ut ſic fiat Folleprando, o fideles dicite. Poſt haec uentum eſt ad Romam ſumere imperium, ſed turbauit Agarenus noſtrum deſiderium, uiam ſepſit, qua tranſitur ad Petri pomoerium. Nunc ſcitote, quod ſit plenus uir ille daemonibus, qui auertit ſeniorem a propriis domibus, iuſtum eſt ut is tradatur pardis & leonibus. Rex ad Petrum pauens ire cum effuſo ſanguine, per quem ſperant expiari peccatorum animae, foris ſtetit per quot dies cum irato agmine. Sicut auus atque pater, inquit, nudis pedibus quaeſierunt ſanctum Petrum in ſacratis aedibus, ita eſt mea uoluntas cum meis fidelibus. Audi, Chriſte, regis uocem, exauditor omnium, contumaciam elide ſuperborum hominum, & in cunctis creaturis te oſtende dominum. Porticanos rex dimittens transmeauit fluuium, omnes currunt uelut aquae, quas urget diluuium, - - dare ſeniori omnibus eſt ſtudium.

Vrbibus rex ordinatis, & locis muniminum, dereliquit Gomorrheos amatores criminum, lento pede iter habens deuenit Ariminum. Poſt haec tranſit per Mathildam ſtantem in Canulſia, contorquentem manus ſuas, pro amiſſa Thuſcia, ſed adhuc expectat eam acrior anguſtia. Ad ſe traxit rex caſtella, cortes & coenobia, cui rerum ſeruiebat diuerſarum copia; huic, rege faciente, aſſiſtit inopia. Tanta pertulit Mathilda, reſidens in Allula, quanta nequit explicare mea ſcribens pennula, quia ſum ignarus loci, non ſum de gubernula.

Ab aetate ſeparato iamiam ſolis radio, uiſitauit rex Widonem euerſo Sezadio, nullus hominum cum rege contendat in ſtadio. Omne coelum ſit ſerenum, ueris tempus prodeat, apparere ante ſolem nulla nubes, debeat, de aduentu principiſſae totus mundus gaudeat. Cuius parem non aſſignat orbis Ephemerida, petiit filium regem Domna Adeleida, inter regem & Mathildam fieri uult media. Ipſa quidem ſe & ſua dabit regi filio, ut ſit frequens, ceu Martha, in regis conſilio, & Hegeria ſequenda recenti Pompilio. Duos poſthaec Habaſueos Brandellus edocuit, & per eos regi noſtro & nocet & nocuit, pluribus ſecreta cordis per tales innotuit. Vnus eſt de porcarana alter de ructeria facie, exterminati nudant monaſteria, hi Brandello tradunt opes, ſe uelant miſeria. Horum monachi uiciſſim contra regem muſſitant, & per omnes regiones nocituri curſitant, etiam aduerſus eum foeminellas ſuſcitant.

O quam

O quam multis temptamentis rex noſter concutitur, circumquaque procul ſtatur & pene obruitur, patientiae ſed ſcuto ſapienter utitur. Sunt occulta ualde tua, rex regum, iudicia, quia punis, quos defendit humana iuſtitia, nec condemnas, quos accuſant manifeſta uitia. Ioſeph autem tanquam moechum placet claudi carcere, Danihelem permiſiſti leonibus tradere, cum deberes, ut putamus, iuſtis uiris parcere. Quam beatus homo ille, qui ſub uirga tacuit, & qui dicit factum eſſe, ſicut Deo placuit, ille ferrum ferientis nequaquam exacuit. Haec templatio quibusdam uidetur abiectio: non eſt ita, ſed factoris eſt uera dilectio, atque his, qui perſeuerant, fidei perfectio. Nam uterque adornatus fuit torque aurea, & de paruo cruciatu uenerunt ad gaudia: ecce ſignum, quod flagella non fuerunt odia. Sertum namque ponebatur in regum capitibus, torques aurea in collo ſecundis principibus, qui ſedebant ſecus reges ordinatis uicibus. Clemens Deus regem noſtrum tentauit laboribus, rex ut aurum coloratus erit a coloribus, ideoque iam eſt ſcriptus cum imperatoribus. Vadit Deus ante eum complanando ſingula, eius ira ſunt rebelles complures in uincula: Lex iubet, ut reſiſtentes terat, ſtringat cingula. Clarum eſt, quod eum amat rector dominantium, ante Romam confert ei regna circumſtantium, Africam Siciliamque. Par Roma Bizanzium Baſileus miſit ei multa ſanctuaria, quae in templis ſeu in bellis ſat ſunt neceſſaria, nulla dona ſuper terram

ram his habentur paria. De ſudario, de cruce, de corona ſpinea, quae deluſit regem ſuum amaricans uinea, huiuſcemodi theſaurum non corrumpit tinea. Alieni uolunt regem magno deſiderio, Conſtantinus optat eum in ſuo imperio: infideles claudunt portas, digni uituperio. Haec dilatio intrandi ad Romanum ſolium, innuit, quod male perdat malos, factos lolium, his expulſis caeſar ſuis tradat capitolium. Transferantur catenati quidam ad Saxoniam, ut Iudaei, ſint translati apud Babyloniam, diſpergantur, nunquam magis habeant coloniam. Nemo tradat ſepulturae paruulum aut uetulum, uideant poſteri noſtri totum hoc ſpectaculum, quod feciſtis nouam Romam atque nouum ſeculum.

CAP. V.

Victrici dextra tenet imperialia ſceptra
Caeſar HEINRICVS, *diuinae legis amicus,*
Hoc ſciat omnis homo, quoniam ueracia promo.
Monachus eſt uictus, propriaque cohorte relictus,
Spe fultus nulla; cecidit retro falſa cuculla
De ſolio Petri, iubilemus, in ordine laeti.
Laudeturque Deus, quia liquit nos phariſaeus
Cum Patarinis, quos mundo fudit Herinis.
Regnat in hac uita, ſui terga dat Hysmaelita.
Caeſar & Auguſtus trabea ſenſuque uenuſtus,
Per quem purgaris, per quem noua Roma uocaris,
Terram conculcas, & coelum uertice pulſas.

Ecce

Ecce uacas bellis, nullis turbata procellis.
Supplex abſque mora, latorem pacis adora:
Atque refer grates, tu Roma, tuique penates,
Et ſatis exſulta, quia pro te praelia multa
Fecit cum ſaxis, Pyrenaei culmine lapſis,
Pugnans cum Slauis, rex fortis mente ſuauis.
Superauit eos, referens tibi Roma trophaeos,
Perculit Ambrones, Lutices ſimul & Friſiones,
Vindelicos iuſta laniarunt regia caſtra,
Barbaries multas contriuit equina facultas,
Calcibus inuentum, uolat illico uita gementum;
Quis ſcribat penna, quot ſorbuit atra gehenna?
Principio rixae, concurrunt undique lixae,
Serui ſeruorum, cultores Daemoniorum,
A quibus ipſe Deus, procul eſt & filius eius.
Moloch conſtituunt, ſuper hunc anathemata dicunt,
Inque breui meta cadit ipſe ſuusque propheta,
Praeciſo collo, moritur, mentitur Apollo.
Hic pulſus uita caret Ephot Sarabaita,
Roma, tui cauſa, fuit hoc iam quaeſo repauſa.
Tantus in orbe pater, non eſt niſi Iulius alter,
Pace uiget mira, ſed uindex fortis in ira
Aduerſus turpes, quibus eſt mala fama per urbes.
In nullis nuta, uenient tibi, Roma, tributa
De multis regnis, ſine murmure & ſine tegnis,
De locuplete caſa dedit Africa plurima uaſa.

Ex

Ex auro mundo, nec non ex aere ſecundo,
Pallia pigmentum, librarum millia centum,
Miſit Bardones, Phylogeos atque Leones.
Addens Dromelos & habentes ſtruma camelos,
Pelle nigra pullos, & nudae carnis homullos,
Struthio ueniſti, ſpectacula magna dediſti,
Riſum o quantum, ueniente ſorore gigantum,
Regis Hiſpani, ſimul omnes Gallicani,
Vnus poſt unum, gaudent offerre tributum,
Et noſtri Sardi, non ſunt ad munera tardi.
Dicit Carthago, quam ſtruxit Heliſſa uirago,
Ante dabo cenſum, quam perdam territa ſenſum,
Quando, Roma, ruis me contra, ſum ſine muris.
Allobroges, Ambri, Cynomanes atque Sicambri,
Sponte reuertentur; nam ſe peccaſſe fatentur.
Ante Deum iacta te, Roma, iuuencula facta
Et pete nobiscum regem, qui cernit Habyſſum,
Auguſtum talem, concedat perpetualem.

Deſcriptio de Prandelli maleficis & de ſimilibus eius.

QVis eſt, ſicut Deus noſter, qui in altis habitat, qui de gradu qualicunque humilem non abdicat, a longe cognoſcit eum, ſtimulo qui calcitrat. Homines caro & ſanguis in orbis infantia: longe uidit aber-

aberrantes a prima inſtantia; lauit aquis, quod commiſit carnis abundantia. Induratum Pharaonem a longe proſpiciens, mare rubrum contra eum potenter obiiciens, ſeruis ſuis fuit uia & ſpes indeficiens. Habyron & fratrem eius cum ſuis cohortibus, condemnauit inauditis ab aeterno mortibus. Num Senacherib neſciuit ereptum de ſtragibus, cum Sathan nec uni parcit de ſuis phalangibus? adorantem Nesrach uidit foſſum ut ſpalangibus. Cui placent redundantes caritate gemina & humilitatis ruri ſua dantes ſemina. Holofernum iugulandum praeſciuit a foemina. Nabuchodonum in ſummis euntem articulis, procul cernens dedit peſſum Senahar de titulis, ſeptem fecit hunc ſyluanum annorum curriculis. Qui pro nobis coram Anna tolerauit alapas, Aman, regis Aſſueri princeps ſuper ſatrapas, longe uidit te appenſum, ſicut latro gammatras.

Benedictus ſit creator ſemper & laudabilis, qui in coelo & in terra apparet mirabilis & terribilis peruerſis rectisque placabilis. Priusquam fieret mundus, Folleprandus uiſus eſt, & in finem ſeculorum primus Anti chriſtus eſt, omnium errorum caput a Behemoth factus eſt. Vitia coadunata in uno collegio, fece ſchematis hunc replent, non legis pulegio, uas foetoris mancipatum uocauerunt legio. Botheus eſt monſtruoſus in diuerſis uultibus, modo ridet, modo plangit a mixtis ſingultibus, nocte carnibus abutens, die tantum pultibus. Magi Symonis adeptus omnino mendaicum & Simonem mentiendo uincit

&

& Acatium, Arrium & Manichaeum, Zarohen, Vrſacium. Marſos quidem ſuperando in ſuis ouantibus, ſuperis nigros praeſentans coram circumſtantibus in meridiano curſu ſe iungit Bachantibus. Suis autem phantaſiis turbat omne ſeculum, & imperii rectorem, nec non coetum praeſulum, nullum penitus omittens puerum aut uetulum. Imperator Romanorum HEINRICVS tertius, Folleprandi malam famam ſcire uolens certius, Romam uenit, cui portas claudit ſtercorantius. Ruptis muris imperator triumphans introiit, Merdiprandus fugam capit, hunc ueniſſe doluit, ut hyena quondam Trullo latitare uoluit. Synodus hinc congregata in Petri ueſtibulo, noluit exire Simon de Trulli latibulo, iudicatus reus mortis & trabis patibulo. Condemnato incubone Rauennas eligitur, orthodoxus, qui de regum traduce producitur, caeſare praecipitante papa benedicitur. Quo audito liquit Trullum confeſtim Stercutius, neque locum in eodem uult eſſe diutius, nullum putat Poliandrum ſibi fore tutius. Quaeritur per totam urbem ſolerti indagine; ille Draco tortuoſus, anguis de propagine, in telluris ſe abſcondit profunda uoragine. Sed pulſatus de cauernis ob ruinae cumulum deuolauit moriturque ad Creſcentis iugulum, quod indigenae appellant Hadriani tumulum.

Cum piloſus ad piloſum alter clamat alterum, quia fecimus de luto omne genus laterum, pari morte hoc de loco ibimus ad

Tartarum

Tartarum. Sicut ergo decollatus ab Ottone tertio, ita tertius HEINRICVS te dabit prouerbio, nam pro factis ſumus digni ſimili commercio. Eſſet melius non naſci, quam mori tam turpiter, ſed hoc leue ad tormentum quod ſenties iugiter: mortem enim ſine morte praeſtat ſuis Iupiter. Omnes ordines in mundo dent laudes altiſſimo, qui conceſſit HEINRICO, caeſari fortiſſimo, conculcare Baſiliscum pede beatiſſimo. Ecce nouus Conſtantinus dat mundo laetitiam, nam radicitus euellit Prandelli nequitiam & ubique Chriſtianam confortat militiam. Et quoscunque faſcinauit Prandellus haereticus, alter reuocat Sylueſter papa neotericus, Patarinos deſtruendo ſcriba euangelicus. Roma, caeſar, ſubiugata poſſides imperium, quia Deus adimpleuit tuum deſiderium, tolle nobis, quod portamus, magnum improperium. Nos epiſcopi uocamur, nec ſumus epiſcopi, auferunt quicquid habemus homines nequiſſimi; manum pone contra tales, miniſter altiſſimi. Caeſar, quaere cur mendicent fideles epiſcopi, nihil habent ſibi ipſis, nil, quod frangant inopi, nihil eſt eis relictum, neque ramus hyſopi. Solum fuſtem, quem das caeſar, gerimus in manibus, cetera bona uicinis uorantur a canibus, ſimiles quidem uidemur nos umbris inanibus. Perit honor ſacerdotum & praeſulum dignitas, ſupergreſſa eſt feneſtras crudelis iniquitas, conclamatum eſt, ni ueſtra nobis adſit pietas. Si eccleſias ſeruatis easque defenditis, & ſi pedibus luporum decipula tenditis, pla-

cens Deo holocauſtum deuotus impenditis. Enſem enim uobis cingunt eccleſiae praeſules, ut mali ceſſent a malis, mutili ut debiles proſcribantur in aeternum, per uos fiant exules. Iuſſu legis ſi uel unus artubus truncabitur, ſtatim lupus fiet agnus, Deus collaudabitur, omne tempus regis noſtri ſabbatum uocabitur. Caeſar, ſpes eccleſiarum, ſtude ſapientiae, quaè tibi ſeruabit arcem Romanae potentiae, ante te uadens cauebit gonos fraudulentiae. Nam ſi rex philoſophatur, quid eſt glorioſius? hoc fecit Iuſtinianus, hoc & Theodoſius; id exſequere, quod conſtat auro pretioſius. Imperator HEINRICVS, pater tanti filii, ſapienter rexit ſceptrum ſummi domicilii, ſeptem artibus ornatus, ad inſtar Pompilii. Dignum eſt, ut tu patriſſes in celſis honoribus; redde patri ſuam formam corde, manu, moribus, praeſtet Deus, hoc ut agas in multis temporibus. Quanta tibi facit Deus, ſis memor cottidie, te ſequentibus appare ut ſol in meridie, noctis ſpeciem oſtende filiis perfidiae. Legifer es dante Deo in ſubiectis gentibus, aequa lance penſa pondus paruis & potentibus, ſic ius legis temperabis ſub te quieſcentibus. Mercenarii mercedem lex iubet ne teneas, pro hac culpa cautus eſto, rex bone, ne pereas; imple legem, non uidebis phalanges funereas. Si Benzoni, ſeruo tuo, ſuum reddis meritum, euaneſcit uelut fumus excuſſus proſelitum, ad apoſtaſiam uerſi ibunt in interitum. Tergauertent uniuerſi ſpiritus Syluatici, Patarini & Ambrones, ſimul & Artabati, atque

ligna

ligna colligentes ſacro die ſabbathi. Dignus eſt mercede ſua Albenſis epiſcopus, qui pro rege cum Zyphaeis pugnauit prae omnibus, exturbans - - de Romanis domibus. Bellum egit cum Brandello, atque cum Badaculo, qui theſaurum S. Petri ponebant in ſaculo, expulit eos ab Archa potitus pinnaculo. Redde uicem promerenti, certa ſpes imperii, ne inanes patiaris moras deſiderii, opibus & maieſtate compar es Tyberii. Non eſt magnum tanto regi, unum ſignum facere, hoc eſt, dicere Benzoni, ueni foras Lazare, reddita tibi mercede, ſta ſub meo latere. In me ſolo ſi te ipſum, o caeſar, glorificas, uniuerſos fratres meos non parum laetificas, legem enim conſeruando Deum honorificas. Caeſar potens in triumphis ſoluens noſtram patriam, ex foetore Zyphaeorum expurgans monarchiam, tibi ſoli Deus noſter talem praeſtat gratiam. Quicquid Iulius collegit ſub uno imperio, reipublicae reddetur tali primicerio, exultabit reſtituto Roma deſiderio. Templa Dei conſternentur auro tributario, quod perſoluent reges terrae corde uoluntario, utinam cernat hoc Alba de ſuo ſalario. Amplius non erit guerra, ſed pacis perennitas, una erit ſine fine dierum ſolennitas; per quem fiet hoc in mundo, ſaluet uera Deitas.

CAP. V.

Tantus es, o caeſar, quantus eſt orbis,
Cis mare & citra tu Leo fortis,
Preſſo namque tua calce dracone,
Victor habes palmam cum Scipione.

Ille quidem Poenos exſuperauit,
Sed tua Romulos dextra fugauit.
Ille pallatiola fregit Eliſſa,
Tu Romae muros, Iulius ipſe,
Tranſcendens Fabios & Cicerones,
Cunctos Fabricios atque Catones,
Das populis iura cum Salomone,
Nam mel ab utroque funditur ore,
Reges Chriſticolas atque profanos,
Et Theodoſios, Iuſtinianos,
Et Magnos Karolos atque Pipinos,
Altius ut dicam, atque Sabinos.
Tranſilis hoc ſenſu uiribus, armis,
De coelo miſſus, non homo carnis.
Teque regna tremunt, caeſar amande,
Temet ubique Deus ambulat ante,
Ad uotum faciens cuncta uenire,
Effundens phialam fellis & irae,
Quos ſuper ipſe uidet cordis amari,
Deque tuis ſceptris uelle uagari.
Ergo Dei caeſar, cerne fideles,
Quos humiles noſcis & michaeles.
Inter quos famulus, nomine Benzo,
Te petit, o bone rex, poplite flexo,
Vt ſua reſpiciens uulnera tangas
Atque Iuſtina potens guttura frangas.
Sic faciendo quidem ibis ad illum,
Qui pietate nubit quemque puſillum.
De longa ſerra breuietur poſtulo guerra,
Ne Sarabaitae me uincant & Sodomitae.

Incipit

Incipit prologus libri ſeptimi.

QVi diligitis dominum pura mente, ſtate cum ſilentio audientes intente. Fama nihil celans, bona uel mala cuncta reuelans, retulit ubique, quod iuſto Dei iudicio condemnatus eſt Prandellus, collega Iſcariothei. Ipſe autem pertinaciter reſiſtens catholicae religioni, noluit intereſſe pontificum congregationi. Mandauerat autem ſibi dominus noſter caeſar HEINRICVS per epiſcopos, per ſatrapas & per inſignes uiros, ut fiducialiter ueniſſet ad ſynodum, ſedensque in tribunali diſcerneret ex his, quae emerſerunt, aequitatis iudicium. Tabernas ſecum traheret plenas codicum, ex quibus ad probationem cauſarum proferret uerax teſtimonium. Remordente autem conſcientia recuſauit ſedile, quod expetit apoſtolica reuerentia. Expectatur per triduum, deliteſcendo manifeſtauit ſe rationis uacuum, & ueritatis uiduum. Scriptum eſt enim: In uitium culpae ducit fuga, ſi caret arte. In extremitate uero ſynodi aperti ſunt libri, & locuta ſunt uniuerſa teſtimonia ſcripturarum, quod Prandellus aeternaliter ſit proiectus a limine omnium eccleſiarum. Remoto itaque noctis filio, eleuatur Rauennas, filius lucis, in Petri domicilio. Quem rex benedici praecipiens impoſuit ei nomen Clemens. Praecipitato igitur diabolo in puteum confuſionis, ſit pax, & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper cum omnibus nobis. His ita geſtis regrediens caeſar in

Germaniam, placuit notificari cunctis Brandelli inſaniam. Ideoque apud conſilium diſpoſuit, cui praeſules Heſperiae intereſſe uoluit. Frater uero Benzo, Albenſis opilio, quia, moleſtia corporis impediente, nequiuit adeſſe huic concilio, ad laudem Dei, qui tulit de medio eccleſiae aduerſarium, miſit domino ſuo regi & fratribus hoc litterale corollarium.

Incipit liber ſeptimus.

DOmino ſuo HEINRICO Romanorum imperatori Auguſto frater Benzo, ſine epiſcopatu epiſcopus, languens oculis & pedibus: ſalutare tuum expectabo domine. Non eſt homo ſub coelo, qui poſſit dicere, quantum debeas Deo, o! caeſar, pro tot gratiis miſeriarum, innumerabilium quoque beneficiis uictoriarum. Immola ergo Deo ſacrificium laudis & redde altiſſimo uota tua. Tales enim retributiones exſpectat creator a creatura, & nos leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in coelis, ut ſemper te muniat protectione Michaëlis. Conciſis igitur ceruicibus aduerſantium, erige nos de laqueo uenantium. Praeterea, mi domine, quia in legendis hiſtoriis non eſt tibi otium, ſaltem de pontificali libro excerptum digneris legere hoc breuiloquium. Dixerat enim ille Sarabaita, quod in ſua eſſet poteſtate, quem uellet ad imperium promouere & quem uellet remouere. Sed arguitur falſitatis, teſtimonio libri pontificalis. Ibi quippe legitur, quod ordinatio papae

pae atque epiſcoporum fit & eſſe debet per manus regum & imperatorum.

CAP. II.

QVoniam de impiiſſima haereſi Folleprandelli uolumus & debemus aliquid dicere, oportet a ſuperioribus pauliſper incipere. Conſtantinus igitur imperator, diuina reuelatione ſanctique Silueſtri digna praedicatione conuerſus ad culturam chriſtianae religionis, roborauit catholicam fidem multifaria multisque modis. Poſtquam autem Romanam dignitatem, & pene totam urbem traxit ſecum ad apoſtolicae credulitatis fidem, edicto conſtituit, & omni cauſa reliquit Romae ſuum patricium ad cuſtodiendam rempublicam, & de manu papae accipiens apocriſarium, uoluit, ut eſſet Conſtantinopoli ob diſciplinam eccleſiaſticam, quatenus praeſumenti contra fidem garrire, fieret obuius apocriſarius, & eccleſiae Romanae uolenti iniuriam inferre, contradiceret patricius. Et quoniam electio papae fiebat in ſcriptis, propter metum Paganorum praecepit, ut deinceps celebraretur ſolenniter in conuentu populorum. Taliter quidem, ut ſi eſſet imperator eo loco, quo per unum uel duos uoluiſſet Romana legatio ad eum attingere, datis induciis interroganda foret per legatum eius clementia, utrum placuiſſet ſibi, intereſſe corporali praeſentia. Si uero moras ageret caeſar in longinquis partibus orbis, cis mare uel extra, ſedente patricio in ſua horcheſtra uice imperatoris, a clero, ſenatu & populo, fiat

ſecundum dominum conniuentia huius electionis. Conſecrari denique nullatenus praeſumatur, donec per ſe aut ſuam epiſtolam imperialis conſenſus adhibeatur. Quod a nullo uiolatum legimus, praeter de Pelagio, qui ſuam non auſus eſt ad caeſarem dirigere legationem, propter Longobardorum circa Romam frequentiſſimam diſcurſionem. Cognoſcens autem caeſar ueritatem rei per patricium, non graue accepit, quod non erat dolo commiſſum. Praeterea non ignotum credimus epiſcopis & ſapientibus clericis, qualiter B. Gregorius eſt inthronizatus, operante Germano patricio, uolente atque iubente imperatore Mauritio. Vsque quo uero hoc perdurauit, cui eſt cura cognoſcere, librum pontificalem dignetur reuoluere. Illic inueniet, qualiter exarſit contra eos imperialis cenſura, qui auſi ſunt infringere ſacrae conſtitutionis intemeranda iura. Nam neque temporibus Graecorum ſiue Francorum aut Teutonicorum, qui adepti ſunt arcem Romani imperii, euaſit poenas praeſumtor huius ſacrilegii. Tertius denique Otto, cuius magnalia praedicant in orbe toto, ſuper cuiusdam pſeudo-papae nefaria praeſumtione, ultus in aurium, linguae, naris detruncatione, ſimulque cum oculorum euulſione. o uir uirorum, o imperator imperatorum, cuius liberalitas erit memorialis per ſecula ſeculorum. Si ille Otto tertius, o caeſar HEINRICE, & tu HEINRICVS tertius: Ergo o uos duo tertii eſtote unum in lege eiusdem commercii. Sed ueniamus ad cauſam.

ſam. Dominus noſter caeſar, ſecundus HEINRICVS, uolens Romam uenire gratia ſuae conſecrationis, audiuit tres diabolos uſurpaſſe cathedram apoſtolicae ſeſſionis. Qui tunc praecipiendo mandauit, ut ſibi occurrerent Sutrio, ſed non uenerunt niſi duo. Facta eſt autem ibi ſynodus: Vbi ſedente rege cum pontificibus uterque eorum iuſto iudicio eſt damnatus; tertius uero, qui aufugit, anathematis facula fulminatus. Ventum eſt ad Romam. Poſtera die congregato concilio in eccleſia principis apoſtolorum, ſedit rex HEINRICVS in medio epiſcoporum. Interfuit de uniuerſis gradibus tota nobilitas Romanorum, circumſtantibus ducibus diuerſarumque dignitatum proceribus, inter quos etiam marchio Bonifacius. Poſt haec conticuere omnes, intentique ora tenebant. Tunc rex ait: Seniores Romani, licet hactenus ſiue falſum ſiue inſulſum degiſtis & quemcunque & quomodocunque. uoluiſtis: Ecce ſolito more ſit in ueſtra electione, accipite quem uultis de tota praeſenti congregatione. Qui uno ſpiritu parique conſilio reſponderunt: Vbi adeſt praeſentia regiae maieſtatis, non eſt electionis conſenſus in arbitrio noſtrae uoluntatis. Etſi forte aliquotiens abſens eſtis, tamen per officium patricii, qui eſt ueſter uicarius, ſemper apoſtolicae promotioni intereſtis. Neque enim patricius eſt papae patricius, uerum ad procuranda reipublicae negotia eſt imperatoris patricius. Confitemur itaque nos deuiaſſe, & ut mi-

nus ſapientes fatuos atque idiotas inthronizaſſe. Pertinet quippe ad ueſtram imperialem potentiam, Romanam rempublicam legibus emendare, moribus adornare & hanc ſanctam eccleſiam, ne in aliquo detrimentum patiatur, brachio defenſionis gubernare. Inito proinde conſilio, approbante ſacra ſynodo, collaudantibus ſenatoribus ceterisque ciuibus Romanis procerumque & populorum caeteruis ibi congregatis, decretum eſt, ut rex HEINRICVS cum uniuerſis in monarchia imperii ſibi ſuccedentibus fieret patricius, ſicut de Karolo factum legimus. Confeſtim attollitur clamor in coelum commiſtis uocibus clericorum atque laicorum, laudantium Deum. Inductus igitur rex uiridiſſima clamyda, deſponſatur patriciali annulo, coronatus eiusdem praelaturae aureo circulo. Flexis deinde poplitibus rogatur ab uniuerſis ordinibus, quo adhibita diſcretione tales ſecundum Deum eligat pontifices, quorum doctrina reuocetur ad ſalutem languidi orbis, euulſis ab eccleſia peſtilentiae morbis. Iuſſu uero regis omnes ſurrexerunt, atque ſacras Litanias cum effuſione lacrimarum decantauerunt. Deinde Bauembergenſem epiſcopum accepit rex potenti dextra, quem fecit ſedere in apoſtoli orcheſtra. Eo quidem ſalutato, ſicut mos eſt, ab omnibus Synodis; die autem natalis domini papa conſecratur, per cuius manum rex HEINRICVS oleo Spiritus Sancti perunctus ad imperium ſublimatur. Vocatus eſt enim ipſe papa Clemens, & merito, fuit quippe bonus

bonus & benignus, placens Deo & hominibus. Hunc conſequutus eſt Britianorum praeſul, litterarum ſcientia diues, ſed tantum tres & uiginti uixit in urbe dies. Poſt quem ab eodem imperatore ordinatus eſt dominus Leo, de quo ſuperfluum uidetur aliquid narrare, quia in eccleſia Petri habet ſuum altare. Dormiente praeterea domino Leone in ſomno pacis, uenerunt ad imperatoris curiam tres monachi, quaſi de Roma, cum non eſſent de Roma. Nam primus eorum erat de Tuscana, alter de Burgundia, tertius de Apulia, & dicebatur unus Aldeprandus, ſecundus Vmbertus, ultimus Bonifacius, & ſimulabant ſe legatione fungi pro futuri paſtoris electione. Quibus dixit pater Herimannus, Colonienſis archiepiſcopus: Cum ſitis monachi, nil ad uos pertinet iſtud negotium. Fugitiui eſtis ſancti Benidicti, ſub nulla regula uultis eſſe diſtricti. Si placet domino meo imperatori, praeſtolandi ſunt Romani, interim iubeat uos cuſtodiae mancipari. Manſerunt itaque cum eodem archi-praeſule in curia, ſine captionis iniuria. Ecce repente ueniens legatio Romanorum, ſtupebat de fraudulentiis monachorum. Placuit ergo cunctis epiſcopis, quod dominus imperator iſtos Sarabaitas ſacramento conſtringeret, ut nullo modo ipſi papae fierent, neque de electione papae per nullumuis ingenium ſe intromitterent; & factum eſt ita. Quid plura? dominus Victor eligitur & Romam adducitur, & cum magna laetitia ab omni coetu reipublicae proceſſio-

ceſſionaliter ſuſcipitur, praenominati uero acephali ſecuti ſunt eum, tamen non recepti ad apoſtolicum ſecretum. Prandellus denique, callidior aliis, aſſociauit ſe monetariis. Volens placere domino apoſtolico ſaltim de monetae negotio, & ita nolente uolente papa intrat & exit, ut importunus canis, ueruntamen a plenitudine gratiae uacuus & inanis. His ita geſtis, proh dolor! Dominus noſter imperator HEINRICVS deſerens noſtrae peregrinationis coenum, translatus eſt ad galaxeum. Remanſit puer rex cum matre auguſta, & Romani rupto ſacramento praeuaricati ſunt a uia iuſta. Nam reuolutis non multis diebus, dominus Victor defungitur, recensque idolum a Romanis in eccleſia Conſtantiniana conſtituitur. Godofredus dictus dux, gaudens turbare cauſam pueri regis, accepta pecunia pepigit foedus cum eis. Prandellus autem non immemor ſuae factionis, cum praenominatis Sarabaitis qui erant ſocii ſuae ſimulationis, ingreſſus eſt Senas, ubi cum Beatrice, neſcientibus Romanis, erexit alterum idolum falſum atque friuolum. Natus quippe de adulterio non debuit aſciſci tanto talique myſterio. O patres conſcripti, patris aeterni benedicti, decernite, conſulite & Prandellum in iudicium adducite. Probatur enim, teſte ueritate, multorum criminum reus, primo quia electio papae nullatenus pertinet ad officium eius. Deinde, quod ſacramento firmauit non ſe facturum; faciens autem lapſus eſt in periurium. Deinceps, quod male

male actum eſt, non fuit tamen cum Romanis neque Romae, ſed in urbe Senae, quaſi in ſpelunca hyenae. Poſtremo iureiurando ligauit illum miſerrimum, quod nil ageret, niſi per eius iuſſionis uerbum. Peius adhuc reſtat, quod grauiter corda noſtra moleſtat. O coelum, o terra cur non apparet indignatio ueſtra. Homines ſunt inſenſibiles, non ſe monſtrant talibus phantaſiis terribiles. Corrumpens igitur Prandellus Romanos multis pecuniis multisque periuriis, indixit ſynodum, ubi regali corona ſuum coronauit hidolum. Quod cernentes epiſcopi facti ſunt uelut mortui. Legebatur autem ex inferiori circulo eiusdem ſerti ita: Corona regni de manu Dei; In altero uero ſic: Diadema imperii de manu Petri. Requiratur liber Auguſtini de ciuitate Dei & diſcite, quid ſuper conſimili praeſumtione operata eſt formidanda manus imperatoris Pompeii. De cetero paſcebat ſuum Nicolaum Prandellus in Lateranenſi palatio, quaſi aſinum in ſtabulo. Nullum erat opus Nicholaitae, niſi per uerbum Sarabaitae. Pudet dicere, quot & quales uiros pulſauit Prandelli inſania. Ad uindicandam uero ſuam aliorumque iniuriam erexit ſe animo Colonienſis, exquiſitis adulterae natiuitatis figmentis. Communi ergo conſenſu orthodoxorum direxit illis excommunicationis epiſtolam, qua uiſa dolens & gemens praeſentem deſeruit uitam. Enimuero Romani in melius recordati, conuenientes in unum promittunt emendare, quicquid peccauerunt in

regem

regem puerum. Itaque mittunt ei Damidem, mitram, annulum & patricialem circulum, per epiſcopos, per cardinales atque per ſenatores, & per eos, qui in populo uidebantur praeſtantiores. Statim autem ut curiae praeſentantur, de tota Italia ceterisque regnis proceres conuocantur. Viſum eſt enim dominae imperatrici ſuisque ſilentiariis, non eſſe recipienda capitolii dona niſi cum regnorum primariis. Interea dum expectatur Prandellus, non immemor ſuae artis, annoxiatur, tergiuerſatur. Petit Reichardum de Capua, ducit ad urbem ſub mille librarum conditione, quo ſibi praebeat aminiculum in noui anti-chriſti conſtitutione.

Quid plura? Accepta pecunia conatus eſt Richardus Lucenſem haereticum deducere ad uincula ſancti Petri, ſed Romani bellicis armis reſtitere ei. Facta eſt autem ab utraque parte magna ſtrages & clauditur dies. Richardus uero adiutus noctis caligine nigra, aggreditur alia uia, & manibus ſanguineis nocturnum papam inthronizauit, & ad Laterani palatium aſportauit. Ecce pugna inter angelos & diabolos: dum rex cum epiſcopis ordinat ſuum papam iuſte & legaliter, Prandellus cum Normannis e contrario ſuum ſymonialiter. O qualis ordinatio. Iſte Lucenſis appellatus Alexander, primitus Patariam inuenit, arcanum domini ſui archiepiſcopi, cui iurauerat, inimicis aperuit, abuſus eſt etiam quadam monacha cum Landulfino ſuo proximo conſobrino. Et talis ſuper

ſuper chriſtianum populum exaltatur, & quod auditu, nedum uiſu, horribile eſt, in ſynodo coronatur. Si uere utique iuſtitiam loquimini, recte iudicate filii hominum, utrum debet regnare in ſancta eccleſia talis illuſio Daemonum? Vtrum aliquis monachus poſſit creare quemlibet papam aut ſpurium, uel Simoniacum uel haereticum? Nam impune facere quaelibet, i. e. regem eſſe. Cur non totus mundus aſſurgit contra huius noui Prothei monſtruoſitates, & alterius Arrii haereticas prauitates? Vbi ſunt illi & illi, quos non recolit memoria ſtyli? Monachi & muliercula cogunt in fugam praeſules, quaſi perſequente Hercule. Monachos dico; & quales monachos? periuriis infamatos, ſtupris monialium ſordidatos, & iſti ſunt creatores paparum ad dedecus eorum, qui ſunt rectores eccleſiarum. Verum quos Prandellus plantauit, foenum fuerunt, quantum uoluit, uixerunt, quando uoluit, uiam uniuerſae carnis tenuerunt. Denique cum ſibi placuit, Lucanum, quem uocauit Alexandrum, abire, praecepit Archigenem uenire, ut inciſa uena pro minuendo ſanguine fieret diuortium corporis & animae. Et factum eſt ita. Continuo curritur per plateas, pecunia laxat largiendi habenas. Cuiuscunque non ſolum crumena, ſed etiam ſaccus nummis Bizanciis ſubfarcinatur, pro eo, quod Folleprandus capiatur, rapiatur & quaſi inuitus ad ſedem trahatur. Tota Roma clamoribus tonat, & genus & formam regina pecunia donat. Conficitur negotium, qui dicitur

dicitur legio, ſublimatur, Daemonium coronatur, cucullatus ad capitolium pergit infulatus. Prouerbium iſtud uidebant, qui aderant: Si Bacularis ſcandit equum, rabies exagitat eum. O languor ſuper omnes languores! O dolor ſuper omnes dolores! ſacrilegus, adulter, periurus, homicida, inſuper & papicida, leproſus in corpore & anima, magus, Sarabaita, cum talibus margaritis fiebat Petripolita! Et quamuis tot ſtercoribus foetebat, tamen omnes deſpiciebat, quosdam maledicebat. Vas enim unde plenum eſt, inde reddit humorem. Verum ſi iſte blasphemus aliquem blasphemauit fidelem, ita eſt, ac ſi diabolus iniuriaſſet Michaëlem. Operibus ſuis quisque laudatur, opera enim eius ſequuntur eum. Reuera: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati; qui facit opus diaboli, ſeruus eſt diaboli. Ergo iſte, falſa cuculla, factus eſt diaboli medulla. Nulla eſt igitur illius maledictio, cum ipſe ſit maledictus & mendax, ſicut pater mendacii ab initio. Munda ſit illa manus, quae debet tergere ſordes; caetera quis neſcit? Depulſus ab urbe putreſcit. Diabolus non habet benedictionem, nullo modo poteſt benedicere. Maledictionem denique habet, quia eſt maledictus. Si forte quod ſuum eſt, ſuper fideles proiicit; procul dubio nihil eis officit. Ipſe enim radix peccati, quod non poſſidet in proprietatem, quomodo impertiri ualet ramis in hereditatem. Manifeſtum eſt igitur probabili concluſione, quoniam Prandellus Sarabaita nec

papa

papa fuit, nec papae fuerunt Sathanei, quos transformauit in angelos lucis. Quicunque uero ſuper hac re aliter ſenſerit, alienus a fide catholica ſaluus eſſe non poterit.

CAP. III.

QVi uirtutes & uitia, & uirtutum officia,
Recte nouit diſcernere, non eſt ex bruto genere.
Virtus eſt mentis dignitas, & animi nobilitas,
Quae homines mirificat, inſuper & aedificat.
Opprobrium eſt uitium, gerens mortis initium,
Illud qui ſecum baiulat, uiuens mortuus ambulat.
Vitia concupiſcere, hoc eſt uenenum bibere,
Qui uult cum morte ludere, nequit uitia fugere.
Fugienda ſunt uitia, uelut praecipitia,
Quae deludendo miſeros bene mergunt ad inferos.
De uirtutum gymnaſio non demat nos occaſio;
Nam uirtutes diligere, eſt angelice uiuere.
Scalarum gradus optimus paratur ex uirtutibus
Per quem itur ad dominum, qui eſt creator omnium.
Ergo ſequamur ſemitam, uirtutis iuri debitam,
Quae ducit ad palatium, ubi fulget Topazium.
Palatium mirabile ex duodeno lapide,
Quod uirtus cum ſodalibus ſtruxit a penetralibus.

Fides fundamen poſuit, parietes ſpes protulit,
Tecta dolauit caritas, totum depinxit largitas.
Eſt ſatis conducibile, quod uirtutis quadrifidae
Situs exornat fabricam, quia reddit Tetragonam.
Turres ſeruat humilitas, ſanae mentis ſublimitas.
Ne propter ſupercilium corruat aedificium,
Simplicitas innoxia, cum puritate ſocia,
Ad feneſtrus inuigilat, ne lux intus deficiat.
Portas cuſtodit caſtitas, ne uitiorum uaſtitas,
Iacens in ſuo ſtercore, introrſum poſſit repere.
Claues ſacri palatii, ſine fuco mendacii,
Gerit miſericordia, ueniae dans primordia,
Haec affuit adulterae, ſcribens in terrae puluere:
Si quis non habet ſcabiem, mittat in eam lapidem.
Pietas tenet atria, expulſa idolatria,
Iacentibus in crimine uolens manum porrigere,
Vt in confeſſionibus ſanetur omnis populus,
Qui in mortis uoragine non dedignatur plangere.
Haec latronem cum lacrymis ſanctis ſuſcepit brachiis,
Et fecit primicerium ad regale pomoerium,
Quod Proto-gebra perdidit, quando transgreſſor extitit,
Sed dat per poenitentiam pietas indulgentiam.
Foris ſtat patientia, ut ira & dementia

In

In dorſo patientiae fabricant omni tempore.
Circa frequens myſterium & curae deſiderium,
Calcata ſomnolentia, currit obedientia.
Conuocat amicitia ad munerum officia
Omnes ſecundum meritum, futurum & praeteritum.
In coeleſti militia, ſi deſit amicitia,
Apparebit diuortium, omne fundens conſortium.
Huius uirtutis gratia ſol eſt in mundi patria,
Quam ſi de mundo tuleris, ſolem furatus fueris.
Haec refulſit propitia in mundi pueritia;
Sed hanc ſua nequitia turbauit auaritia.
O homo carne labilis, mente rationabilis,
Peſtis repelle titulos, quae condilat articulos.
In manibus te nocuit, nihil plus in te potuit,
Auferens manus floridas & dedit lepra horridas.
Vade lauare ſepties, ut renouetur ſpecies,
Quam tulit Phylargiria, ſemper habens ſuſpiria.
Cetera ſunt in ordine, cum menſura uel pondere,
Manus ſentit interitum, laboris tollens meritum.
Clariſſimi ſunt oculi, ad diſcernendum prouidi.
Aures ſine prurigine, lingua ſine rubigine.
Os totum conſtat aureum, pacis porrigens oſculum.
Manus ſunt in triſtitia, quas torquet auaritia.

O homo mente nobilis, ne ſis manu ignobilis,
Sed cum hac immunditia abſterge cuncta uitia.
Qui uirtutum deliciis fruitur, preſſis uitiis,
Erit de ſorte domini, non ſequax Apopompei.

CAP. IV.

SEmper gratias agamus factori cordetenus, qui nos humiles plasmauit, non duros, ut Hebenus, non uecordes, pereamus crudus ut Achemenus. Ergo ſimus non ut equi ſine intellectibus, munda corda praeſentemus ſupernis conſpectibus, & ad nuptias intremus niueis cum ueſtibus. Recolamus, quia Deus, qui caret initio, totum mundum fabricauit ad uotum de nihilo, angelos ſurſum locauit immunes a uitio. In his unus, appellatus uirtutis ſignaculum, maluit in aquilone ponere pinnaculum, cum complicibus mox ruit ad Plutonis ſtabulum. Damna coeli reparare uolens Dei filius, hominem de luto finxit ad deſpectum illius, qui quaerebat principari in ſuis ſimilibus. O quam mira, quam laudanda Dei ſapientia, quae ab alto fulminauit pneumata tumentia & ad coelum eleuauit in imo iacentia. Ordinandus es, o homo, in arce altiſſimi, quam liquerunt ſua culpa ſpiritus nequiſſimi, ea propter erunt tibi ſemper infeſtiſſimi. Sed tu locum tibi datum defende uiriliter, ſequere factorem tuum eundo ſimpliciter. Crede Deo & in Deum, regnabis feliciter. Inimico nunquam credas, qui te uult decipere, recordare primae fraudis ex boatu uiperae, nam debes ex alienis tibimet pro-

proſpicere. Te modis temptabit mille tuus aduerſarius, apparebit tibi Pardus in colore uarius, ſe in angelum monſtrabit princeps ſiniſtrarius. Tu aduerſus temptamenta uerſipellis aemuli dic: In domino confido; ne ſis cordis tremuli, ueniet ad liberandum ſtatim auctor ſeculi. Nimium te Deus amat, humana conditio, nam ſcripturae te confortat ſacrae beneficio, ut ab animae uel carnis abſcondat exitio. Quando flectere te cupit peſtifer ad ſcelera, huic haere, ut arbuſtis implicata haedera. Hinc inuenies medelam morborum & uulnerum, quae ſequuntur nos maternum deſerentes uterum, & cottidie in nobis creſcunt ſuper numerum. Vitia ſiue uirtutes ſcriptura determinat, & non tacet, quales ramos unumquodque germinat; ne contingas, quod tangentis animam exterminat. Hominum diuerſitates narrant ſacrae litterae, primos ſexus accuſantes guſtum dapis miſerae, & Cain, qui fratrem ſuum praeſumſit occidere. Datur cunctis in exemplum Senaar abuſio, ſed inceptum dereliquet - - confuſio, benedictus ſit ſaluator noſter homohuſio. Supra modum peccauerant cum Gomorra Sodoma, uindicatum eſt in eis ex nube flammiuoma, ſcripta ſunt autem pro nobis ad ſalutis commoda. Alienum offerentes lignum ſacrificiis, perierunt abſque mora mortibus horrificis, quia lex hoc prohibebat in ſacris officiis. Notum eſt, quae ſit ſors illi, quae uiua interiit, nec hoc latet, quod cum ſuis Chore flammis periit, prodeſt no-

 bis

bis, quod ſcriptura iſtud non praeteriit. Vobis, o Gabaonitae, foret mori optimum, quam aeternae ſeruitutis deportare cophinum; nobis dicitur, qui mundum adoptamus dominum. Gyezi cupiditatis inflammatus facula, ſumto pretio leproſi fit conſperſus macula; deuitemus haec, ne ſimus aliorum fabula. Ex his paucis perquirantur multa, quae non ſcribimus, nam quid eſt ad ſcripturarum ſiluam ſenſus minimus? Dauid monſtrat regi uiam, tamen puer timidus. Omni hora, cum intramus Dei ſanctuarium, ſemper nobis miniſtratur hoc electuarium; ſtultum eſt, ſi refutamus, quod eſt neceſſarium. Haec ſunt enim in ſiniſtra digeſta ſuperius, quae per ſpatioſam uiam eunt in deterius; nullus tenebras incurrat, uagantes exterius. Nos ad dexteram uirtutem, licet iter arduum, cum uertamus greſſus noſtros ſpretis ſpinis ſaltuum; ſuper roſas gradiemur, non iam ſuper carduum. Primus iuit per hanc uiam Abel, martyr domini, poſt hunc omnes patriarchae, prophetae, apoſtoli, martyres & confeſſores ac fideles populi. Per hunc callem gradientes carent immunditia, ambulantes ſiniſtrorſum comitantur uitia; quod ſit melius duorum, eligat iuſtitia. Vnum porro ut ſciatis eſt pretium operae, angeli ante ruinam non erant ſub onere, ſed poſt caſum ualde graui deprimuntur pondere. Qui in eis principatur per ſolam nequitiam, inter illos eſt partitus mundanam ſtultitiam, ut deludant ſortem noſtram per falſam laetitiam, per inuidiam quan-

quandoque & per auaritiam, & per rerum detrimenta moueant triſtitiam, & quod peius eſt, nos ducant in cordis duritiam. Alii ſpiritus nequam proſunt homicidiis, alii intendunt rixis, quidam latrociniis, alii ſtudent rapinis, quidam lenociniis. Non ſunt pauci, ſed eſt turba magnae multitudinis, qui dicuntur amatores eſſe turpitudinis; ab hac lue nos defende, Deus fortitudinis. Illi ſuadent ſeruos Dei abuti ingluuie, & ut ſugant ſemper merum, uelut guttas pluuia, ut cum Loth his caſtitatis tollantur exuuiae. Haec & alia nefanda ſacra refert pagina, ne in laqueos uenantum cadat noſtra anima. Audiat auris intente ſcripturarum famina, haec amoris noſtri cauſa iuſſit Deus ſcribere, ne tot artibus deceptor poſſit nos decipere; pater noſter uult nos eſſe cum filio libere. Monet nos ſaluator noſter per tubas fidelium, per ſeipſum & per ſuum ſanctum euangelium, & per eos, qui committunt cum Dracone proelium. Salutaribus praeceptis frequenter admoniti, caueamus technas furis, nos temptare ſoliti, qui nobis inuidet regnum, quo ſumus diſpoſiti. Ad quam partem placet ire, datur hic electio; ſi opprobrium non uultis eſſe, ut abiectio, hoc eligite, quod ſacra perſuadet lectio. Quid dicturus erit iudex in magno iudicio? non eſt rectum, quod hic eſtis inquinati uitio, quos purgare memetipſum tradens ſacrificio. Vbi eſt ſimilitudo, ibi ſacrificium. Vbi eſt ſimilitudo, quam feci in homine? deprauata

eſt moneta meo ſculpta nomine. O quam durus eſt hic ſermo, rex aeterne domine. Non habetis ita ſanum, ſicut dedi, cerebrum, deſtinaui uobis coelum, uos itis ad Herebum, & pro melle ſcripturarum bibiſtis Elleborum. Et de uobis feci papas & Romanos caeſares, praeſules & dignitatum diuerſarum proceres, & uos petitis inferni, me contemto, carceres. Num idcircò principatus rerumque diuitias contuli, ut emeretis Sathan amicitias, & cum eo lueretis perennes triſtitias? Tortum eſt, pro benefactis malefacta reddere, nec dignum ſeruire mundo, & Deum offendere: redite, Deus non ſpernit, nec uult quenquam perdere. Redimenda ſunt peccata fletu poenitentium, reponamus, quae habemus, finibus egentium, terga dabit hoſtis noſter, rex ſuperbientium. Vobis loquor, o potentes, qui ſplendide uiuitis: Si quid forte commiſiſtis, quare non redimitis? date, date relictura, ſic in coelum ibitis. Qui in mundo poſſidetis terrarum potentiam, ne portetis hinc euntes rerum indigentiam, uos procedere iubete ueſtram effluentiam. Quae poſt obitum ſequuntur fuerunt pauciſſima, plurium quidem heredum conſtat ſpes uaniſſima; cogitate, cogitate de die nouiſſima. Omnes quidem exituri de carnis mapalibus, oleum deferant ſecum in ſuis lampadibus, ianua namque caeleſtis aperitur talibus.

CAP.

CAP. V.

AMantis eſt officium, reprehendere uitium
Eius, quem multum & quem errare proſpicit.
Errantem qui non reuocat, ut magis erret, prouocat,
Sanguinis reus fuerit, niſi cautum reddiderit.
Quem non ficte diligimus, libenter admonuimus,
Vt inhoneſta fugiat & in dando non mugiat,
Hilari uultu porrigat, cum tempus aut res poſtulat.
Sua cunctis non diuidat, cui det bene uideat,
Relictis coaetaneis, non ſe iungat extraneis,
Quibus non bene creditur, de petra lac non premitur.
Multum ualet diſcretio, quae non ſub uno pretio
Tales & quales redigit, ſed meliores eligit.
Cum coeno mel non temperat, ſed ab inuicem ſeparat,
Mel defert ad triclinium, coenum ad ſterquilinium.
In ſuo quenque ordine ſapiens nouit ponere,
In ſiniſtra non collocat, quem dextra dignum computat.
O! homo diſcretiſſime, ab albo nigrum diuide,
Lateri iunge proximum, neque ponas poſt officium.
Vna die, quis fuerit amicus, apparuerit,
Amicus qui non labitur, auro non coaequabitur.

CAP. VI.

QVid hic ſtatis tota die otioſi nimium? Finis rerum collaudatur magis quam initium; nam ad ultimam intrantis non cenſetur uitium. Laboremus, dum ſpiramus per feneſtras narium, monomachice uincamus noſtrum aduerſarium, praeſto erit procurator, qui dabit denarium. Labor iſte dilectorum disrumpet maceriam, labor iſte propulſauit ueterem miſeriam, labor iſte manſionem parabit aethercam. Ne remaneant mortales ſub peccato miſeri, dedit Deus poteſtatem fauillae & cineri, filii ſi uolunt eius, quia poſſunt, fieri. Si praeſentia commiſſa iungantur praeteritis, ſerui non eratis digni, ceſſantibus meritis, tamen digne poenitentes adoptiui eritis. Priuilegium quod dedit patris ſapientia, uoluat & reuoluat ſecum pectoris prudentia, ne obliuioni tradat illud negligentia. Vt autem in poteſtate liberi arbitrii, homines filios Dei, ut angelos fieri, aut prophetam, qui dormiuit in umbra iuniperi, poteſt eſſe plasma Dei, ſol aut ſtella aliqua, ſeu turtur uel columba, carens fellis macula, uel poſt longam ſenectutem iuueneſcens aquila. Quodſi piſcis mauult eſſe in aquis currentibus, poteſt fieri Thimallus cum ſquamis olentibus; non deueniat anguilla, ſimilis ſerpentibus. Homo eſt factura Dei ualde honorabilis, non ſe comparet iumentis, quibus eſt mirabilis, quae ſubſternit eius uirtus multum formidabilis. Cui placet frater eſſe, fiat arbor Balſami, non ſit rubus, non ſit ramnus, non ſurculus

culus calami; fiat nardus, dans odorem in ſecreto Balami. Fiat cedrus, ſit oliua cum liquore crismatis, a quo rite diſſipatur omne genus ſchismatis, a quo perit Leo ille, habitans in abditis. Si metallum cupit eſſe, ſit aurum Arabiae, ſit argentum de fornace diuitis Calabriae, non ſit plumbum grauitatis liuida cum facie. Ecce nobis eſt conceſſum fieri, quod uolumus: qui comtemplatiue uiuit, angelis eſt ſocius, qui reliquit ſua mundo, eſt uir apoſtolicus. Nemo cupit eſſe martyr, dubitans martyrium, pauci ſeruant coelibatum, quod eſt fructus uirginum, fiant ſaltim confeſſores, diligant ieiunium: Corporis quia caſtigat omne ſuperuacuum, quantum ſufficit naturae, proiicit in ſaculum, ſi quid forte plus addatur, deputat piaculum. Nimis ſunt amici Dei honorati homines, quibus eſt donatum ire ſupra quosdam homines, & cunctorum angelorum uolare per ordines. Quae ſunt ergo meliora, omnis homo eligit, nam qui ualet eſſe cygnus, ſi coruus deueniat, omnes iſtud admirantes ad cachinnum excitat. Et quae poteſt eſſe palma, quae dactylos germinat, ſi ſit ſpina, quae piloſos bucellinos generat, nihilominus in riſum uidentes exagitat. Inter ſurſum & deorſum ſumus uita media, noſtra ſit ire ad coelum ſitis & inedia, quaerere nihil in terra, ſunt uera remedia. Corda ſurſum habeamus, non ſimus degeneres, arbores quidem feraces ſimus & non ſteriles, atque ſtudiis in bonis omni hora uirides. Nemo uelit eſſe ficus foliis horribilis, quae nega-

negauit cibum Chriſto ac ſuis diſcipulis, ideo remanſit ſicca, foco tantum utilis. Si in uiridi hoc fuit, quid erit in arido? Ficum ergo cophinemus in uiridiario, groſſos ſemper habeamus in noſtro ficario. Quando eſt ſecuris ſita ad radicem arboris, tantum ualet ei fimus, quam ad pedes marmoris; feſtinemus, quod oportet, ante tempus temporis. Quisque petens galaxeum linquas ſinum uallium, ſis Helias Heliſeo, qui proiecit pallium, eſt enim regnum coelorum ueraciter talium. Si terrena retinentes ſurſum ire cupitis, uobis ipſis, fratres mei, patenter illuditis, non poteſtis hinc abire, niſi uos exuitis. Quia properant ad finem noſtra interlunia, quae habemus, cum amicis ſint cuncta communia, non ſubiiciat nos ſibi funeſta pecunia.

Vita breuis, pater iſta monet,
Quae properanter agenda docet.
Neſcit enim cita ſtare loco.
Hinc paueat nimis omnis homo,
Et faciat facienda cito.
Vita fugit, rapimur ſubito,
Ergo laboret in orbe gybra,
Dum uehitur quatiente fibra.
Poſt obitum labor irritus eſt,
Iuditium magis omnibus eſt.

Eſt hic mundus tanquam ſylua multiplex arboribus, quarum quaedam gaudent fructu & quaedam odoribus, quaedam ſteriles, quae ignis traduntur ardoribus. Scribere pomorum matres non eſt opus facile, uel quae pariunt

riunt odorem, munus exoptabile, aut quae flammis deputantur, quod eſt formidabile. Quid ſignificent, quaeramus, quod multis profuerit, ſi ſententias doctorum legere uoluerit, ſi in cote ſeniorum ſemet exacuerint. Arbores enim feraces ſunt uiri uel foemina, ebriati ſacro fonte caritatis gemina, & quae replent corda fratrum ſpiritali ſemine. Qui deuote propter Deum conſtruunt Baſilicas & conſtituunt ibidem clericos, familias, qui non ceſſant immolare hoſtias pacificas: Quam beatus homo ille, qui hanc domum fabricat, ubi cum terrenis ſeruis Deus noſter habitat, ipſe laruas infernorum poſt mortem non trepidat. Noe domino altare faciens ſuppliciter meruit ſtatim audire; Creſce multipliciter, ad Helificum migrabis de mundo feliciter. Abraham ſuper altare coram prolem obtulit, quam fidelis eſſet Deo ex hac re innotuit, de quo uirgo ſine uiro Deum nobis protulit. Iacob lapidem ungens erexit in titulum, & uidit innixum ſcalae Chriſtum Dei filium, qui deſcendit per hanc ſcalam ad crucis patibulum. Salomon aedificauit templum regi gloriae, ubi omnes purgabantur a reatu ſcoriae, quod templum iam eſt deſcriptum in libro memoriae. Adrianus imperator, Helius cognomine, edidit aulam ſepulcri in eiusdem nomine, Heliam uocauit urbem regio praenomine. Et quis magni Conſtantini neſcit mirabilia? Cum apoſtolorum cernit mira domicilia, ubi lapidum & aeris ſunt tanta ſculpti-

ſculptilia. Nam in urbe Conſtantini, quae uocatur regia, per Domnum Iuſtinianum facta eſt ecclesia, cuius opus admirantur ſeculorum ſecula. Galla quidem, Romanorum nobilis patricia, condidit Mediolani celſa ædificia, ubi eſt noſtri Leuitae celebris notitia. Nam quid eſt in toto mundo aula tam mirabilis, Porphireticis extructa cum aureis laminis, ut Laurentii Leuitae & beati martyris. Theodoſius Vercellis conſtruxit Baſilicam, quam fecit centum columnis diuerſis mirificam. O Euſebi, huic precare patriam glorificam. Karolus condidit multa Dei tabernacula, adeoque caret modo omni carnis macula, paradiſi nunc obumbrant Karolum umbracula. Ab Henricis, quos timebant infernales lamicae, ſunt erecta Dei templa regnis Alemanniae, per haec templa ſunt in pace regum ſanctae animae. His exemplis eruditus caeſar inuictiſſimus, templa ſtruit, clerum nutrit, ut pater piiſſimus: reddat ei dignas uias inſpector altiſſimus. Non tamen debet Auguſtus ſemper templa ſtruere, ſed minantibus ruinam clementer occurrere, in miſeria collapſis praecipiat ſurgere. In penuria ruina Laurentius uoluitur, ſi per te, caeſar Auguſte, a preſſura tollitur, omnis nexus, qui te ſtringit, per leuitam ſoluitur.

Caeſar honor regum, caeſar diſcretio legum,
Te rogo per Chriſtum, lege librum funditus iſtum,
Quem tibi ſeruus ego fero curuus corpore Benzo,

Nam

Nam plus quam uellus colchi ualet iſte libellus.
Cuius erat uellus, fuerat poſſeſſio tellus:
Hic tibi ſeruabit terram coeloque locabit.

Quoniam myſterium uelleris non ſatis patet uniuerſis, ad reſolutionem huius rei imploranda eſt miſericordia redemtoris noſtri Dei: Qui obſcura illuminat, & in uirtute brachii ſui inimicos caeſaris cottidie fulminat. Ipſe enim pius plaſtes per Ioſeph puerum ſuum inſtruxit Pharaonem; nam nimis erat obſcurum, bouem a boue pati comeſtionem. Eodem quoque modulo placet omnipotenti figulo, de quibusdam incertis certum facere HEINRICVM imperatorem, per Albertum epiſcopum ſeruum ſuum Benzonem. Confido in domino, ſine cuius nutu nec folium cadet arboris, nec in calcem reſoluitur duritia marmoris, quod domino meo caeſare Auguſto ſedente in Saxonia, ab Apuliae ſeu Calabriae exterminabuntur Normanni utraque colonia. Si quis dixerit: quomodo poſſunt haec fieri? Crede mihi, non ſunt haec committenda omni ſpiritui. Certe niſi infirmitas prohibuiſſet, auribus domini mei paruitas mea haec impoſuiſſet. Caeſar ergo proinde conſilium capiat, quatenus ea medulliter ſapiat, ipſe uero Deus, quem nihil latet, ad faciendas uel inquirendas maiores res mittit aliquem de ſummis principibus, dans exemplum hominibus, ut idem faciant, cum tempus aut res ita poſtulat. Scio enim, quia nemo eſſet hydoneus

doneus ad hoc opus, quam ille, ſuper cuius caput apparuit igneus globus. Locus denique, cui praeſidendo titulatur, a Cygunna occidatur; Quid plura? quod dominus meus caeſar Auguſtus ualet perficere, reſidens apud Saxoniam in ſolio maieſtatis, monſtruoſum uidebitur; ſi id recuſat inquirere ad ſublimandam gloriam ſuae felicitatis. Non eſt enim longa uia; experiatur, utrum uera ſit haec prophetia. Veruntamen ſi uenerit Archangelus, de quo ſupra ſcripſi, ueniat humilis, non in pompa curruum, quoniam melius, quaſi ſub abſconſo clamydis, liberabit non ſolum has prouincias, ſed etiam praeſens ſeculum. Veniat obſecro ille & non alius, aduentus quippe eius ualde eſt neceſſarius, multa quidem fiunt indiſciplinate atque inordinate, quae facile redibunt in priſtinum ſtatum talis legati conducibilitate. Et quamuis ſit ille ſapienti eloquentia diues, tamen de noſtrae humilitatis ſenſu accipiet perſuaſibiles uires - - - - & ſibi & aliis prouidebit, & hoc damnum amplius recuperabitur, & donec coelum ruet, liber praedicabitur.

LIB.

LIB. II.

IVS PVBLICVM POMERANICVM

SIVE

DE

STATV POMERANIAE

& praecipue

DE

IVRIBVS ORDINVM.

Non omnia, quae ſubditis de iure communi *competunt iura uel incumbunt facienda, hic propoſita; ſed ſaltem quae* ad ordines *ſpectare uidentur utcunque delineata, neque haec tam ex* iuris communis concluſionibus, *utpote ſatis obuiis, deducta, quam ex* actis *iſtis publicis, quorum* fruſtillatim *mihi copia facta eſt, eruta. Quae forſan omiſſa uel non conuenienter poſita,* prudentiorum *&* pleniora *acta habentium ſupplebit &* corriget *ſedulitas, lapſusque meos, confido, facile cuiusque excuſabit aequanimitas.*

Cap. 1. *De republica in genere.*
Cap. 2. *De monarchia, & in ſpecie de forma reipubl. Pomeran.*
Cap. 3. *De partibus reip. Pomeran. & in ſpecie de ſubditis, ubi etiam de Auſtregis.*
Cap. 4 *De ſtatibus & de ſequela ac ſeruitiis. Von folge und dienſte.*

Cap. 5. *De ordinibus.*
Cap. 6. *De forma iuris ſuffragii in conuentibus.*
Cap. 7. *De ſuffragii efficacia & obiecto.*
Cap. 8. *De iurisdictione eccleſiaſtica.*
Cap. 9. *De iurisdictione politica.*
Cap. 10. *De bello.*
Cap. 11. *De fiſco.*
Cap. 12. *De aerario.*
Cap. 13. *De collectis ſeu contributionibus.*
Cap. 14. *De iure moderationis.*
Cap. 15. *De conſiliariis prouincialibus.*

CAP. I.

De republica in genere.

DE republica aliqua ſpeciali diſſerturus non inutiliter operam impendere uidetur, ſi generalia quaedam praemittat de republica: cognitis enim bene generalibus, facilior & planior eſt tranſitus ad ſpecialia.

Summa in unaquaque republica poteſtas, quam maieſtatem dicimus, conſiſtit in hiſce tribus:

Iurisdictione, bello & fiſco.

Vt primum homines in unam coaleſcunt ciuitatem, ſtatim ipſis, qua ratione domi ſe tranquillos & foris ſecuros praeſtare poſſint, cogitandum. Vtrumque iurisdictione obtinebunt & bello: & cum pecunia rerum gerendarum neruus dici mereatur, aerarium quoque inſtruant neceſſe habent; ad haec igitur tria

tria, quaecunque ſuprema in republ. ſunt iura, referri poſſunt omnia. Haec iura recte dicuntur iura populi.

Cum tamen natura omnes homines pares ſint, nec alter alterius imperio (oeconomicum regimen excipio) ſtringatur & tamen, natura ſociabili inuitante uel etiam neceſſitate impellente, plures in unum coire malint: neceſſe eſt, ut ſi ſocietatem hanc ſaluam uelint, libertatem ſuam quaſi inuicem communicent, & unusquisque ſicut ánte ſolo ſuo ipſius arbitrio regebatur ſolus uiuens; ita in hac ſocietate cum aliis paris conditionis & libertatis eiusdem uiuens, omnium ſpectet arbitrium & ſingulis ſe parem quidem, imparem uero uniuerſis exiſtimet: ſic quas ipſe ſibi leges praeſcribere non poterat, nec quibus in ſolitudine opus habebat, eas ab uniuerſis accipit &, ad ſui defenſionem, cui ipſe ſolus forſan non ſufficiebat, omnes armat.

Et populus in conſtituenda republ. uel ſibi ea retinet & uel aliis precario concedit (a), uel proprio iure in alios transfert (b).

(a) Ad certum tempus ſcilicet negotiumue, quo effluxo & peracto populus ſua iura recuperat. Sic Romani ſuum crearunt dictatorem, qui, decurſo ſemeſtri, officium deponere rationemque ſuorum geſtorum

reddere cogebatur; ita etiam pro LL. ferendis decemuiros in annum cum ſumma poteſtate conſtituerunt. Qui poteſtatem hanc ſibi in annum etiam ſequentem, per tyrannidem prorogantes, dignam temeritatis ſuae luerunt poenam.

(b) Vt ſcilicet in quos fit translatio, ea habeant tanquam ſua, nec ulla uel temporis uel negotii limitatione circumſcripta.

CAP. II.

De monarchia, & in ſpecie de forma reip. Pomeranicae.

MOnarchia (a) eſt forma reip. ubi maieſtatem, ſecundum certas leges ad communem ſalutem (c) ſalua ſubditorum libertate adminiſtrandam, unus (d) habet proprio iure.

(a) Monarchia probe diſtinguenda a dominatu, in quo omnia a ſolius domini nutu & arbitrio pendent, omnesque ſubditi, iumentorum & ſeruorum inſtar, corpore ac bonis dominio eius ſubiiciuntur: qualis apud Turcas eſſe perhibetur & olim apud Babylonicos, Aſſyrios & Perſas fuit.

(b) Leges hae dicuntur fundamentales, quod his uelut fundamento ſuperſtructa respublica conſiſtat & imperandi obtemperandique limites definiant. Vix tamen in toto orbe chriſtiano datur imperium, in quo dominandi impotentiae non certi ſint poſiti termini, quibus ſeruandis monarchae in principio regiminis iuramenti religione obſtrin-

ſtringuntur, ut ſcilicet, ſalua inter imperantem & obtemperantes conſtituta harmonia, quae pro diuerſo populorum genio, libidini ſcilicet principum ſuorum magis minusue cedente, ualde uariat, reſpublica minus periculis ſit obnoxia. Sueto quippe imperio ſubditi acquieſcentes mutationem indigne ferunt: adeo ut, atteſtantibus ratione & experientia, uix unquam mutatio ſine omnimoda reipublicae conuerſione uel certe periculoſa concuſſione attentata ſit.

(c) Haec omnium rerumpublicarum finis eſt &, ſi diuiſio hic contingit & princeps ſua ſaltem commoda reſpicit, fieri uix poteſt, quin tota reipubl. compages diſſoluatur. Princeps tamen & ſubditi unum quaſi ſunt aedificium, cuius & tectum & latera & fundamentum ſimul ſalua conſeruari, totius intereſt. Hinc in principum conſtitutionibus uel reſcriptis uel pactis ſaepius haec coniunctim: *uns und dem reiche, oder uns und unſerm lande,* notata legimus, certo documento, commoda utriusque & incommoda, indisſolubili nexu, cohaerere.

(d) Maieſtas quidem, uti eſt aggregatum aliquod ex multis iuribus, ſoli principi competit: nihilo tamen minus pro meliori adminiſtratione iura iſta diuiſim cum aliis communicari poſſunt, ita ut hi, ui iſtius communicationis, proprio iure adminiſtrationem & exercitium eorum iurium uel una cum principe, uel ſine eo habeant.

Talis ſtatus reipublicae eſt in Pomerania: Princeps tamen imperii in ſua ditione & re-

 ſpectu

ſpectu ſuorum ſubditorum monarcha uel ſummus princeps dicitur. Deinde omnia, quae ſuperioritatem territorialem (hic ſummam principum imperii in ſuis ditionibus poteſtatem indigitant, maieſtatis nomine imperatori & regibus relicto) conſtituunt & arguunt iura, nulli aggregatim praeter ſoli principi competunt. Deinde certae imperandi parendique leges ſunt, quas ultra citraque procedere neutri conuenit; & tandem ordines uel ex primaeuo contractu, uel ex inueterata conſuetudine, uel ex conceſſis, ob ſeruitia praeſtita uel praeſtanda, priuilegiis, uel ex pactis, quae omnia per ſaepius repetitas principum renouationes ac pactiones, tum imperatorum confirmationes, perpetuae & fundamentalis & nunquam reuocabilis legis robore tuta & ſalua perennent, plerorumque eorum, quae ad dictam ſuperioritatem pertinent, iurium communem habent adminiſtrationem uel ſeorſim unius alterius eorundem exercitium.

CAP. III.

De partibus reipubl. Pomeranicae & in ſpecie de ſubditis, ubi etiam de Auſtregis.

PArtes integrantes reipubl. huius ſunt princeps (a) & ſubditi (b).

(a) De principe eiusque iure alia forſan dabitur agendi occaſio.

(b) Hoc nomine omnes hic indigitantur, qui uel clientelae, uel uaſallagii ſiue feudali,

dali, uel ſubiectionis iure principi obſtricti ſunt.

Subditi egregia habent iura, quae ipſis competunt uel ut uniuerſis, uel tam ut uniuerſis, quam ſingulis.

Vt uniuerſis competit illis,

1) Quod non niſi ab indigenis gubernentur.

Land-priuil. §. wir wollen auch erbeinigung §. ſonſten wollen wir &c. teſtament. Erneſti Lud. §. ſeine Ld. ſol auch &c. L. a. de An. 16. §. mit beſtallung der aemter, add. in ſ. c. 9. n. 3.

2) Quod non per plures nec alias prouinciae diuiſiones ab inuicem ſeparentur.

Land-priu. §. A. auch ſollen unſere erben &c. erbtheilungs-receſſ de an. 69. §. B. auſſerhalb vorangeregten ſtücken &c. erbeinigung de an. eod. §. C. letzlich ſollen und wollen wir &c. teſtam. Ern. Lud. §. D. aber in allen andern &c.

3) Quod non alienentur nec alii principi homagium praeſtare uel ſe obligare a principibus ſuis cogantur.

Land-priuil. §. E. wir und unſere erben &c.

4) Quod nullis contributionibus uel impoſitionibus grauentur.

Erbtheilungs-receſſ. de an. 69. §. F. zum andern ibi: noch in gemein unſer landſchafft neuerungen, ſchatzungen oder andere bißhero ungebräuchliche beſchwerden aufladen &c. L. A. de an. 89. §. G. wir haben uns auch &c. Churfürſtl. Brandenb. reuerß §. fin. H. daß wir demnach.

5) Quod extincta principum familia ele-

ctoribus Brandenburgicis ſuccedentibus homagium praeſtare ante non teneantur, quam eorum priuilegia & iura ab iis confirmata fuerint.

Churfl. Br. Receſſ §. *I. ſo es auch zu falle käme, &c.*

Hoc & ſi praeſenti cauſae accommodare in totum non liceat, ob renitentem forſan Caeſareo-Suecicae pacificationis diſpoſitionem, obtineri tamen poſſe puto, homagii praeſtationem & priuilegiorum confirmationem unicó actu de iure expedienda eſſe. Tam uniuerſi, quam ſinguli hoc habent inſigne, quod aduerſus quorumcunque tam ipſorum principum, quam aliorum iniurias certum habeant praeſidium. Aduerſus conciues nempe & alios ordinaria iudicia, aduerſus *principes* uero ſpeciales *Auſtregas.*

Auſtregarum harum duo ſunt modi:

Primus.

Princeps, denunciata ſibi lite, commiſſarios deligit, quibus altera pars alios adiungit, qui cauſam cognitam ex aequo & bono componere tentant. His autem in caſſum laborantibus, res ad iudicii aulici conſiliarios, quos princeps quoad hanc litem iuramento ſoluit, defertur & perducta ibi ad concluſionem in iuridica, qua definitiuae pronunciantur per dictos conſiliarios & quos princeps ex ordinibus uocat uel aduerſarius adiungi petit, quibus omnibus in hac cauſa iuramentum princeps remittit, definitiua terminatur, requiſito non nunquam prius ICtorum iudicio.

Hic

Hic modus principi ac ſubditis communis eſt.

H. O. tit. was ſachen an unſerm hoffgericht anzunehmen §. K. werden in unſerm Aemtern &c.

Secundus.

Actor grauamen marſchallo prouinciali proponit, qui una cum conſiliariis prouincialibus illud liquidum & pro intentione actoris ponderoſum ſatis animaduertens, querelas principi denunciat eumque de tollendo grauamine ſupplex monet. Principe autem in propoſito perſiſtente, ſtatibus, ut uel retinendo contributiones promiſſas, uel denegando obſequium, donec princeps iudicio conſiliariorum prouincialium ſatisfecerit, grauato aſſiſtant, indicat. Grauamine autem non ſatis liquido, ſummario proceſſu res tractatur & intra annum terminatur & princeps cauſa cadens, ſi ſententia ſtare detrectet, dicto modo coercetur, *uid. infr. c. 14. de iure moderationis, & c. 15. n. 5.*

Actorum inſuper arbitrio, hiſce ne, an aliis in imperii conſtitutionibus praeſcriptis modis uti, uel etiam cauſam, ſi feudalis eſt, parium iudicio ſubmittere uelint, relinquitur.

Hofgerichts-ordnung d. T. was ſachen §. L. und obwol hierdurch &c.

Porro ſubditi ſunt uel in dignitate conſtituti, ut praelati, nobiles & ciuitates & hi dicuntur ſtatus; uel extra dignitatem, uti ſunt ciues & ruſtici.

CAP. IV.

De ſtatibus & de ſequela ac ſeruitiis; folge und dienſte.

STatus, conſiderati ſingulariter, ſunt clientes (a) & uaſalli (b) uel ſubditi in ſpecie ſic dicti (c). Coniunctim uero conſiderati, dicuntur ordines (d).

(a) Vti epiſcopus & capitulum Caminenſe. Hoc autem clientelae ius uidetur eſſe anomalum, quippe cum epiſcopus & capitulum principem, uti & terrae dominum & patronum ſuum, ſubiecte reuereri, ſequi, illique ſeruire, necnon collectas ordinarias & extraordinarias in commune aerarium in recognitionem ſuae obligationis & ſubiectionis inferre, quae omnia iuri clientelae uel patronatus non ſatis conueniunt, tenentur.
Erbtheilungs-receſſ. de an. 69. tit. kirch-und ſtifft-Cammin. §. A. hinwieder ſich biſchoff, capitul &c. & §. B. und nachdem das capitul zu Cammin.
Vnde princeps epiſcopum *unſern obriſten, prælaten, rath u. L.g.* uocat.
Erbeinigung de an. 69. §. und im falle.

(b) Talis eſt magiſter ordinis S. Iohannis.
Erbtheil receſſ. de an. 69. c. dazu ſoll der meiſter zu Sonnenburgk &c.

(c) Horum alii ſunt uaſalli & ſubditi ſimul, uti nobiles, feuda a principe tenentes, & ſimul domicilia in his terris habentes: Alii ſolum ſubditi, nempe ciuitates.

(d) De his *capit. ſeqq.*

Status

Status tenentur principi ad ſequelam & ſeruitia

(a) pacis (b) bellique (c) tempore, tam in prouincia quam extra eam (d).

(a) *Land-priu. §. D. da wir aber ja aus gemeinem &c.*

(b) Vti ſi princeps ipſe uel ſuis liberis nuptias celebrat, uel alias ſolennem curiam habet, uel in prouincia uel extra eam proficiſcitur &c. *land-priuil. §. E. wann auch uns &c. & §. F. da wir auch die &c.*

(c) In bello, legitime omnium ordinum conſenſu & ex neceſſitate ſuſcepto, *land-priuil §. D. dawider aber &c.*

(d) In pacis negotiis quidem indiſtincte, ſiue ipſe princeps prouincia egreditur, ſiue legatos mittat; in bellicis autem expeditionibus non, niſi ipſe princeps exercitum extra prouinciam ducat, teneri uidentur. *d. §. D. da wir aber &c. uns folgen &c.*

Seruitia conſiſtunt in conſulendo, comitando, miniſtrando & militando.

L. priu. d. d. §. §. & §. G. und es ſollen dagegen &c. L. A. de an. 1606. §. H. wir wollen auch diejenigen mit anmutung auffwartungs.

Ad omnia haec ſeruitia uocantur nobiles, uaſalli: ciuitates uero ſolum ad primum & ultimum. Niſi hoc, quod principi peregre abeunti uel legatos mittenti, currus & equos nonnunquam ſuppeditant, ad comitatum referre uelimus; quamuis & ad angarias pertinere uideatur.

Seruitia non praeſtant, niſi uocentur.

Vocan-

Vocantur nonnunquam certae perſonae ſingulariter ex nobilitate: Nonnunquam omnes & ſinguli pro modo oneris feudalis (*nach dem anſchlage*) uenire iubentur. Plurimum ad totas familias, uel, ſi hae non amplae ſatis, ad omnes, qui in ſeruitiis praeſtandis concurrunt (*die in den anſchlägen der roßdienſte zuſammen geſetzet*) citati, dirigitur, ut unum uel plures, quos idoneos ſciunt uel princeps ex cauſſa denominat, mittant.

L. Priu. §. I. damit auch der folge &c. L. A. de an. 1606. §. K. wir wollen auch diejenen & de an. 14. §. L. wegen verſchreibung unſer lehnleute &c.

E ciuitatibus uero non euocantur certae perſonae ſingulariter, ſed ciuitates uocatae e ſuis, quos ipſe uolunt, certos ablegant.

L. A. de an. 14. §. M. wenn die Stædte &c.

Seruitia illi nobiles ſaltem praeſtant, qui realem feudorum habent poſſeſſionem.

L. A. de an. 1606. §. K. wir wollen auch diejenen &c.

Nobiles ipſi ſeruiunt, (a) ciuitates per deputatos.

(a) Hoc regulariter procedit: admittuntur tamen ex cauſa ſubſtituti, ſed hoc temperamento, ut inter octenos milites ſinguli ad minimum ſint nobiles.

Vniuerſal. L. A. Sedini de an. 27. §. N. ob auch wohl in ſolchem.

Nobiles, uocati ad comitandum uel miniſtrandum, quinas a principe ſinguli accipiunt panni ulnas (a) pro ſe, & pro ſingulis

ſingulis famulis colorem, reliquos uero exhibitionis ſumtus ipſi ferunt (b).

(a) Si ſcilicet peregre cum principe proficiſcantur, uel alias certus a principe ueſtium praeſcribatur color.

L. priu. §. O. wann auch uns &c. & §. P. da wir aber die von ritterſchafft &c. L. A. de an. 14. §. L. wegen verſchreibung &c. ibi: uf welchen fall.

(b) ita tamen, ut reliqui ex familia, ad quam citatio emiſſa, partem ſuam conferant uel, ſi familia tam exigua, ut ſolidum non praeſtet ſeruitium, omnes, quibus coniunctim onus feudale incumbit, pro quota contribuant.

L. priu. §. I. damit auch der folge &c. L. A. de an. 14. §. L. wege-verſchreibung unſer lehnleute &c. ibi: und ſol jedes &c.

Nobiles, ad militiam uocati, ſuo ſumtu & periculo in loco luſtrationi deſtinato ſe ſiſtunt, niſi ultra ſedecim milliaria a tali loco abſint: tum reliquae uiae ſumtus & equorum periculum ad principem pertinet.

L priu. §. Q. und wann wir, unſere erben &c.

Sumtus, quos nobiles ſeruitiorum tempore in ſui ſuorumque & equorum ſuſtentationem ac receptionem. nec non in ſoleas equorum impendunt, item equorum caſus, poſtquam principi eiusue deputatis aeſtimandi exhibiti, principi imputantur.

L. priu. d. §. Q. und wann wir &c. & ſqq. O. R. S. L. A. de an. 1606. §. und die ſtände in gemein &c. ibi T. wenn wir unſere getreue &c.

Seruitia haec non praeſtantur, niſi ſalus ac neceſſitas

ceſſitas publica principis ſimul ac ordinum requirat. Hic ſc. finis eorum eſt; his circumſcribuntur terminis.

L. priu. §. G. und es ſollen dagegen &c.

CAP. V.

De ordinibus.

ORdines ſunt corpus ex ſtatibus collectum (a), regiminis aliquo modo participes (b), publicae ſalutis cauſa (c)

(a) Indiuidualiter uel ſingulariter accepti omnes, qui in hoc corpore ſunt, principi ſubiecti ſunt: ſinguli quippe fidelitatem iurare uel homagium praeſtare tenentur, & ſingulis, quod facto opus eſt, per mandatum imponitur. Coniunctim uero ſumti partem regiminis ſuam faciunt & uelut mediam inter principem & ſubditos, de utroque ſcilicet participantes, conditionem obtinent, ut ita per hos, quaſi in medio poſitos, extrema facilius iuncta retineri, & tota reipublicae machina felicius conſeruari queat.

(b) Hoc praeter inferius dicenda palam faciunt, 1) quod princeps non praecipiendo & mandando ſed perſuadendo & rationibus ad aſſenſum ſolicitando, nec non gratioſe cupiendo uel monendo, etiam in iis, ubi obligationis neceſſitas adeſt, aduerſus ordines procedat, prout ſemper uſurpatum legitur: *gnädiglich begehren, gnädiglich geſinnen, gnädiglich erinnern.*

L. A. de an. 89. §. weil dann ein ſolcher &c. & paſſim.

2) Quod princeps ordinibus, ad conuentus uenien-

uenientibus, ex iuris neceſſitate, conſuetudine ſcilicet, gratias agat.

L. A. de an. 89. in pr. A. & de an. 95. in pr. B. & de an. 1606. O. in pr.

Vti & alias poſtulatis ſuis annuentibus, cuius exempla paſſim obuia, nec non gratitudinem promittat.

L. A. de an. 89. §. D. welches alles, &c. & §. E. ſq. & de an. 92. §. F. wann aber gleichwol &c.

(c) Sin alterius ſaltem partis, principis ſiue ſubditorum, ſaluti ſeparatim ſtudeatur; totam rempublicam periclitari neceſſe eſt. Publica itaque ſalus principis ſimul & ſubditorum curanda, ut utriusque certius promoueatur. Hinc in *L. A. de an. 92. §. ſonſten ſeyn wir &c.* ita diſpoſitum legitur: *So ſollen die fürſtliche regierungs-auch land-und hoff-räthe in gebührende eides-pflicht dem gantzen lande zu nutz und frommen genommen werden.* Et conſiliarii prouinciales, qui ordines repraeſentant, non ſolius principis, ſed totius patriae commodis ſe inuigilaturos iurant, & in promiſſo ſilentio expreſſe ordines excipiunt; certo documento, non ſolum publicae ſalutis curam ad ordines quoque pertinere, ſed etiam neutrius ſalutem ſeparatim ſine alterius curari.

L. A. de an. 14. G. dieſe zwölffe &c.

Et ſequela ac ſeruitia, quae principi ſtatus debent, hunc habere finem hocque terminari limite dicuntur, ut & quatenus principis ſimul ac ordinum ſalus illis conſeruetur & promoueatur.

L. pri-

L. priuil. §. und es ſollen dagegen &c. und ſup. C. 4. lit. G.

Corpus hoc tria continet collegia, praelatorum, nobilium & ciuitatum.

Origo horum collegiorum eſt certe antiquiſſima & ueriſimile eſt, nobilium & ciuitatum collegia cum ipſa ſtatim coepiſſe republica. Antiquitus hic Vandalos, lingua & gente Germanos, habitaſſe, quibus maximam partem in Galliam digreſſis, Longobardos ex Schonia & adiacentibus inſulis ſucceſſiſſe, &, his quoque in Italiam abeuntibus, Sarmatos deſerta occupaſſe loca tradunt; familiis interim non nullis, quae a Vandalis remanſerant, ariſtocratice inter ſe correſpondentibus, ſe ſuaque utcunque ſeruantibus; ita ut noui e Sarmatia ſubinde accedentes aduenae harum regimini aſſueuerint. Ex hiſce unam tandem reliquis praeualuiſſe, & huius imperium reliquos certis conditionibus agnouiſſe, non pauci ſuſpicantur: ut ita, conceſſa uni familiae principali praerogatiua, caeterae libertatem integram & publici conſilii ſocietatem pactae fuerint. Ciuitates item ſuum tum temporis feciſſe & ne a publico excluderentur ſategiſſe, dubium non eſt. Imo fieri potuit, quod principes, ſuorum auxilio indigentes, eos ad conſilium uocauerint, ut ſcilicet ad ſociandas ſuas principi uires promtiores eſſent; ſi proprio hoc uoto approbauerint, quam ſi imperio principis iuſſi fuerint: quod ſic ab initio forſan liberum & rarius uſurpatum fuit, poſtea in iuris uerſum neceſſitatem & ad omnia ardua uel rempublicam

blicam ſpectantia productum, principibus, utilitate rei motis, eos ſemper uocantibus uel conſilia ſibi ab illis ultro offerri permittentibus, uel fidelem eorum operam ita remunerantibus. Praelatorum collegium non longe poſt eiuratum paganiſmum, quod circa annum Chriſti 1107. factum creditur, initium habuiſſe, ex ducis Caſimiri I. an. 1175. data confirmatione & promiſſa conſeruatione eius collegii apparet.

Collegia ſunt perpetua.

De nobilium & ciuitatum collegiis non puto quenquam dubitare &, ſi cui de praelatorum forſan ſcrupulus incidat, facile conſideratis firmiſſimis eius fulcris eximetur. Scilicet 1) tempus ultra quinque ſecula excurrens. 2) leges fundamentales & in ſpecie priuilegia ante tot ſecula & quidem ob bene merita data, toties repetita & a tot principibus ac imperatoribus confirmata.

L. priuil. an. 1622. confirmata. §. *Wann wir dann nun ihr unterthäniges &c.* ibi: *geſtalt wir ſie denn auch weiter begnaden und priuilegiren, daß wir unſere erben und nachkommende herrſchafft &c. Die von unſern obhochgedachten vorfahren, hertzog Barnim und hertzg Philipſen &c. wegen unſers ſtiffts und thumb-capituls zu Cammim mit biſchoff Bartholomaeo Schwaren und dem capitul und ſtiffts-ſtänden daſelbſt an. 1545. aufgerichtete verträge &c. in allen puncten, clauſuln und articuln ſtet feſte und unverrückt fürſtlich halten, und ſie dawieder keinesweges bedrengen noch beſchweren wollen.*

3) Pacta ſpecialia principum & capituli ſaepius renouata, & quidem ſub fide principali, quae inſtar iuramenti ſunt concepta.

Der Pommerſchen herrſchafft etc. reuerſalen an. 1623. dem ſtiffte gegeben §. H. und nachdem wir die ſorgfältigkeit &c. et §. I. daſs alles und jedes &c.

imo 4. uerum iuramentum, quo generaliter cuiusque iura & priuilegia ſe conſeruaturos in initio regiminis promiſerunt. 5) Pacta principum mutua, quibus ad collegii huius conſeruationem ſe ſuosque ſucceſſores inuicem obligarunt.

Erbtheilungs receſs. de an 69. § K. und daſs E. Ld. allerſeits das biſchoffthum iunctis *§. §. L. verpflichten uns ſamt und ſonderlich &c. M. So haben demnach wir obgemeldte fürſten, & tit. kirch und ſtifft Cammin, §. N. ſo haben demnach wir mit einhelligem &c. iuncto §. O. alle und jede ſtücke, puncta und articul &c. einigung de an. 69. §. P. zum andern wollen und ſollen &c. iuncto Q. alle dieſe obgeſchriebene &c.*

6) Fideiuſſio reliquorum ordinum.

Der Pommerſchen herſchafft reuerſalen gegen dem ſtifft de an. 23. §. R. und damit alles ſo obſtehet &c. & §. S. daneben auch.

7) Iuramentum conſiliariorum prouincialium.

L. A. de an. 14. §. T. dieſe zwölffe &c. ibi: inſonderheit will ich daran.

Collegiorum horum conſeruatio inde potiſſimum dependet, ſi uelut membra unius corporis mutuo ſe amplectantur amore, perpetuo

petuo, remota omni aemulatione, conueniant conſenſu, reciproco ſe iuuent conſilio & auxilio & ſingulorum cauſam pro uniuerſorum & uiciſſim habeant.

Conſtitutio an. 1605. in conuentu a nobilibus facta. v. land-priuil. §. X. da wir unſere erben &c. der reuers der Pommerſchen herrſchafft §. R. uud damit alles, ibi: mit denſelben ſo lange für eins ſtehen &c. L. A. de an. 1606 §. Z. ſo viel nun die unterhaltung &c.

Singula haec collegia inſignia habent iura, uniuerſorum autem eſt ius ſuffragii & moderationis.

CAP. VI.

De forma iuris ſuffragii in conuentibus.

FOrma iuris ſuffragii conſiſtit in eo, quod in arduis uel reipublicae ſalutem concernentibus ordines uel conſilium dando uel autoritatem praeſtando interueniant, neceſſe eſt.

Vtrumque in conuentibus fit ab omnibus ordinibus; hoc interdum & extra conuentus, & uel ab omnibus ordinibus (a) uel ſingulis aliquot (b).

(a) Et quidem tacite, dum princeps ſecundum leges procedit, uti in ſuperintendentis conſtitutione & aliorum magiſtratuum, in quibus ſcilicet non expreſſus ordinum conſenſus requiritur, creatione, beneficiorum eccleſiaſticorum collatione & ſimilibus. Haec quippe ſi rite fiant, tacite ab ordinibus pro-

bari intelliguntur, reprobandi ſcil. ac contradicendi cauſa deficiente.

(b) Vti ſi uiſitationes faciendae, iudicium habendum &c. quibus ſtatus nonnulli adhibentur; uerum hoc non reſpectu priuato, ſed quatenus unius uel alterius collegii membra & ſic pars ordinum ſunt, & quod ita iuris eſt, ut ordines per aliquos ex ſuis rebus iſtis expediendis interueniant.

Conuentus ſunt 1. uniuerſales, omnium ſcil. ordinum utriusque prouinciae (a) uel particulares, alterius nempe prouinciae.

(a) Quamuis Pomerania in duas quaſi prouincias diuiſa, unum tamen eſt & manet corpus.

Erbeinigung de an. 69. §. A. ob wir auch wohl unſere landſchafft &c. L. A. de an. 1606. §. B. als auch in dem punčte.

Ideoque in caſibus, qui totam prouinciam concernunt, commune conſilium requiritur, & uniuerſales non nunquam conuentus habentur: ſic factum in cauſa religionis.

L. A. de an. 56.

Diuiſionis prouinciae.

Erbtheilungs-receß de an. 69.

Monetae.

An. 1620. Vkermundae & ui Sedini receſſus Wollini 23. Iun. an. 19. a conſiliariis & deputatis utriusque & prouinciae factis §. ſonſten iſt zwar wegen &c.

Decreti conuentus circularis.

dd. annis 20. & 21. uti & locis.

Communis tutelae.

dd.

dd. locis & annis 20. & 21. L. A. de an. §. zu Stettin auf jüngſten&c.& de an.22.§. ſchlieſslich das defenſion-werck &c. de receſſ. Wollin. §. fürs vierte nachdem unter andern &c.

Item ſi nouae de feudis leges faciendae.

L. A. de an. 95. der ritterſchafft bitten &c. & §. was ſonſten die von unſer getreuen landſchafft &c. receſſ. Wollin. 23. Iun. an. 19. §. fürs ander das iuſtitz-weſen &c.

Vel iudicia eccleſiaſtica ſiue conſiſtoria reformanda.

d. receſſ. Wollin. §. erſtlich ob und wie die geiſtliche gerichte.

Vel ſi bellum gerendum uel foedera ineunda.

L. priuil. wir fürſten und unſere erben, erbeinigung de an. 69. §. wir fürſten obgedacht &c. & §. doch ſoll keiner von uns &c.

Vel ſi in armamentariis mutatio facienda.

d. receſſ. Wollin. §. ob nun vvohl bey dieſem punct &c.

Vel ſi nouus collectandi modus introducendus.

L. A. de an. 93. §. ob nun vvohl jüngſt zu alten Stettin &c. & §. ſq. & de an. 26. §. anreichend den andern punct &c.

Nonnulla autem ex his etiam in particularib9 conuentibus tractata & expedita ſunt; ideo autem ad uniuerſalem nonnunquam reiecta, quod unum hoc prouinciae corpus diuerſo iure gubernari non ſatis conueniens uidebatur.

Literae principis ad ciuitatem Wolgaſt 17. Oct. an. 1606. datae, ibi, vveil dieſe beyde fürſtenthume

thume ein corpus ſeyn, und billig in denſelben gleichheit gehalten vverden ſol &c.

Locus horum conuentuum uniuerſalium ſecundum prouincias alternatur.

d. receſſ. Wollin. §. vvas den ort des landtages betrifft &c. vveil durch lange obſeruanz eingeführet, daſs desfals abgevvechſelt vvird &c.

2. Conuentus ſunt uel generales, omnium ſcilicet ordinum, uel ſpeciales, ſingulorum uel potiorum ſtatuum unius collegii (a).

(a) Sic praelati ſuos peculiares habent conuentus; nobiles quoque in diſtrictibus coire ſolent, deliberatum de certis perſonis ad conuentum generalem ablegandis, earumque inſtructione, nec non de rebus in dicto conuentu tractandis. Ita etiam ciuitates in dicto generali conuentu, ante uocantibus eas Sundenſibus, utpote collegii huius directoribus, conuenire ſueuerunt, deliberaturae de rebus uel totam prouinciam & omnes ordines, uel ciuitatum collegium uel ſingulas ciuitates concernentibus, imo ſingulis annis quatuor priores ciuitates, Sundium ſcilicet, Gryphiswaldium, Anclamiam & Demminum de annona retinenda uel auehenda aliisque rebus conſulatum coire, ex antiqua conſuetudine ſibi licere aſſerunt.

Conuentus generales ſunt uel omnium ordinum & ſtatuum (a) uel omnium quidem ordinum, ſed certorum ſaltem ſtatuum, qui conueniunt uel ratione officii

cii (b) uel quod ſpecialiter a principe pro lubitu uocati (c), uel quod ab ordinibus ad hoc deputati, ut uocante in certo negotio principe conueniant.

(a) Hi dicuntur *landtage*.

(b) Tales ſunt conſiliarii prouinciales de quibus *cap. 15*.

(c) Nonnunquam princeps ex ordinibus non nullos ad conſilium uocat in caſu non adeo difficili, uel principis perſonam potius, quam prouinciam concernente, uel ſubitae expeditionis periculo, ſcil. moram non ferente, uel etiam ante conuentum uniuerſalem uel generalem omnium ordinum & ſtatuum ad deliberandum, ſcil. de praepatoriis & materia tractanda; ut faciliori poſtea negotio expediri poſſit. Et tum uota non collegiatim, ſed ſigillatim principi eiusue deputatis exponunt, quamuis; & nonnunquam collegiatim diſpoſiti inter ſe deliberent, & conceptam unanimi conſenſu ſententiam principi uel ſcripto uel ore aperiant. Si quid a quo communem patriae ſtatum ſpectat occurri, ad generalem omnium ordinum & ſtatuum reiiciunt conuentum, uel proteſtantes de non praeiudicando abſentibus, quid ſibi uideatur, urgenti principi declarant.

Acta conuentuum an. 93. & 1619. 20. 21. 23. habitorum. Erbtheilungs-receſs. de an. 69. §. C. und damit dieſes nothvvendige heilſahme &c. d. receſſ. Wollin. in pr. D. & L. A. de an. 95. §. E. vvelchen modum contributionis doch ſeyn vvir hingegen &c.

Quandoque, cum res in conuentu generali propoſitae ſunt expeditu difficiliores, certas, ut ſumtibus parcatur, ordines ex ſe deſignant perſonas, dicuntur *der ausſchuß*, quae uel ultro uel uocante principe inter ſe conueniunt, praeſentibus plurimum ex conſiliariis aulicis aliquot, ac res pertractant: iis expeditis, generalis iterum omnium ordinum & ſtatuum indicitur conuentus, ut ita, quod a deputatis concluſum, ab omnium approbatione robur ſuum nanciſcatur.

acta conuentus an. 1605. & conſtitutionum a nobilib. facta F.

Conuentus princeps agit non ex libera uoluntate, ſed neceſſitate reuerſalis, praelatis & nobilibus 22 Febr. an. 1609. datae in pr. uid. n. 4. quam imponunt

1) Officium.

L. A. de an. 56. in pr. G. & de an. 1614. in pr. H. fürſtl. ausſchreiben eines landtages ſub dato Wolgaſt den 14. Maii. an. 1612. I. ibi, haben vvir unſers durch Gottes gnade tragenden landesfürſtl. amts erinnert.

2) Conſuetudo inueterata.

L. A. de an. 95. §. K. vvelchen modum, ibi, die landtage, vvelche von alters hergebracht &c. & de an. 1606. §. L. nachdem ſich nun &c. ibi, dem alten herkommen nach &c. & poſtea, vvelche von alters hergebracht &c. & de an. 14. in pr. H. ibi, altem herkommen nach &c.

3) Leges, nempe priuilegia, quae aliquoties ordinum conſenſum adhibere iubent, uti & teſtamentum Erneſti Ludouici, quod ordinum

ım ſuffragio approbatum, legis funda-
talis habent uigorem.

ſt am. Ern. Ludou §. M. ſeine Ld. ſoll auch &c. ~ §. N. dieſelben zvven landräthe &c. ibi, nd im fall.

Pacta inter principes principali fide imo amento confirmata.

rbtheilungs-receſs. de an. 69. in quo de conſenſu ordinum adhibendo & adhibito, quod commodius quam in generali conuentu fieri haud poteſt, ſaepius inculcatur, & dicto modo bis ſtabilitur &c. §. O. verpflichten uns ſamt und ſonderlich & §. O. ſo haben demnach vvir obgemeldte &c. et §. O. alle und jede ſtücke etc.

) Pacta inter principes & ordines, quae perpetuam habent autoritatem.

L. A. de an. 92. §. P. vvenn ſich auch begiebet, ibi, da auch die nothdurfft etc. et de an. 95. §. K. vvelchen modum, und alſs die landſtände etc. et de an. 1606. §. L. nachdem ſich nun etc.

Conuentus generales indicit princeps (a) uel marſchallus prouincialis (b).

(a) Plerumque ad ſollicitationem ordinum.

L. A. de an. 92. §. 1. Q. & R. §. wenn aber gleichwol &c. & de an. 95. §. 5. des Wolgaſtiſchen orts ſtände &c. & de an. 1606. in pr. T.

Sed habito prius cum conſiliariis prouincialibus uel aliis ex ordinibus ideo conuocatis conſilio.

L. A. de an. 1606. in pr. V. weil aber unſere

 fürſtl.

fürſtl. regierung &c. & de an. 22. in pr. x. als ſeyn wir verurſachet &c.

(b) Non ſolum conſiliariorum prouincialium, ſed quandoque etiam omnium ordinum & ſtatuum.

Vti in cauſa *der L. priuil.* §. *V. da wir unſere erben & reuerſalium a principibus capitulo Chaminenſi an. 23. datarum* §. *Z. und damit alles &c.*

Conuentus generales, a principe decreti, nobilibus mediate per marſchallos; (a) ciuitatibus uero immediate ipſis ſcilicet literis principalibus indicuntur.

(a) Duo in hac citeriori Pomerania ſunt marſchalli hereditarii, unus ex Buggenhagiis, alter ex Maltzaniis, & hic quidem in parte, quae dicitur *Wolgaſt*, ille in ea, quae dicitur Bart. Princeps igitur, conuentum acturus, marſchallis propoſitum & ſimul locum ac diem indicat, & ut quisque ſuo diſtrictu ſubiectis nobilibus denunciet, mandat

Ad conuentus generales omnium ſtatuum non ſinguli nobiles, ſed ſingulae familiae uocantur, ut unum uel plures pro amplitudine ſua mittant; Interdum etiam, ut ſumtus coërceantur, ſecundum diſtrictus citantur, transmiſſis ſimul futurae propoſitionis capitulis, ut ſcilicet ante inter ſe conuenientes conſilia conferant & certos, data pro re nata inſtructione, ablegent.

In conuentibus generalibus, ubi collegiatim deliberatur, ordines poſt factam nomine principis propoſitionem petita per mar-

ſchallum

um prouincialem, diſcedendi copia
na, praelati ſcilicet & nobiles in unum,
terum ciuitates deliberatum ſecedunt
:lauia, & in illo, repetita a praelatorum
no propoſitione, marſchallus uota quae-
c colligit, ſuumque tandem addit; in
utriusque munia obeunte Sundenſium
to. Deinde coeuntes in unum ordines
iceptas collegiatim ſententias ſibi mutuo
onunt, & quidem praelatorum & nobi-
n nomine unus praelatorum, ciuitatum
mine legatus Sundenſis; remque ulterius
:er ſe agitant, donec in unam conſonant
ntentiam, quam poſtea principi, procura-
prius per marſchallum prou. acceſſo,
. ordinibus unus uel ex ſcripto recitat aut
emoriter proponit.

Vti in ſingulis collegiis plurium uota
raeualent; ita tertium duobus collegiis con-
uetudinibus accedere conuenit.

L. A. de an. 14. §. I. ferner die weltlichen ſachen &c.

Hoc quidem regulare eſt, illud quod a maiori
parte curiae fit, quaſi ab omnibus factum cen-
ſeri, nec abſonum uidetur, pro optimo habe-
ri, quod pluribus probatur: eſſe tamen ca-
ſus, in quibus hoc non procedat, nullus
dubito: uti ſi plures contra utilitatem uel
libertatem publicam laborent, uel contra LL.
fundamentales, uel ius, priuilegio uel con-
tractu ſingulis quaeſitum, quid machinentur.
Limn. *9. de iur. publ. 1. n. 185.* Quid in con-
tributionibus obtineat, infra c. 13. de colle-
ctis oſtenditur.

Con-

Conuentibus a principe indictis, praelati & nobiles principis ſumtibus (a) adſunt, a marſchallo uero indicti conuentus ſumtibus aerarii habentur (b).

(a) *L. A. de an. 95. §. K. welchen modum in fin. & de an. 1606. §. 2. Vnd die ſtände ingemein anreichend &c.*

Interdum a principe rogati, ac ualidis rationibus perſuaſi, ſumtus ipſi ſuſtinuerunt, acceptis eius reuerſalibus de non praeiudicando in futurum.

L. A. de an. 1606. d. §. 3. und die ſtände &c. reuerſales 22. Febr. an. 1609. datae 4.

(b) De conuentibus conſiliariorum prouincialium expreſſe diſponit

L. A. de an. 14. §. 5. dieſe unſere land-räthe &c.

Ita tamen, ne ultra 1000. florenos impendantur, uel aerarii rationibus inferantur, & de aliis, lex quamuis deficiat, idem tamen ſtatuendum uideri poteſt cogitanti, conuentus hos permittente imo iubente lege coire; & in communi cauſa communem non inique impendi pecuniam.

Ad conuentus uocatorum, ſed per contumaciam non uenientium, non eſt alia poena, niſi quod praeſentium concluſo obligentur (a), quamuis nonnunquam praeſentes ob aliquorum abſentiam certi quid concludere noluerint uel non potuerint (b).

(a) *Fürſtl. ausſchreiben eines landtages* ſub dato *Wolgaſt. den 14. May an. 1612. v. 6. mit verwarnung. &c.*

(b) id.

(b) id. *fürſtl. ausſchreiben.* §. 7. *Damit nun dieſe &c.*

Si tamen princeps praelatis & nobilibus ſumtus denegat, impune abeſſe uel diſcedere poſſunt, & ſi quid a praeſentibus concluditur, illud nullum eſt.

Reuerſal. prael. & nob. 22. Febr. an. 1609. datae §. 8. *da wir auch über verhoffen &c.*

CAP. VII.

De ſuffragii efficacia & obiecto.

IVs ſuffragii non conſulendi ſolum, ſed & conſtituendi facultatem includit.

Hoc perſpicuum eſt 1) ex claris conſtitutionum & receſſuum prouincialium uerbis.

Ordinatio eccleſ. an. 1563. excuſa in inſcriptione ibi: anfänglich uf rath der theologen und bewilligung der landſtände, & in ſecundae partis princ. §. *damit avverſt*, ibi: *von uns hertzog* Barnim *und herrn Philipſen &c. und allen ſtänden beſchloſſen &c. L. A. de an. 89. in fin. ibi I. mit bevvilligung &c. & de an. 1606.* §. *nachdem auch &c. mit reiffem rathe und unſer und der ſæmtlichen ſtände beliebung &c. & in fin. ibi, mit ihnen geſchloſſen. ſchäffer-ordnung an. 1616. zu Stettin gedrucket,* §. *als haben vvir mit zuthat auch einhelligem ſchluſſe, beliebung und bevvilligung unſer gehorſamen landſchafft etc. furſtliches ausſchreiben eines lauts ſub dat. Wolgaſt 14. May 1612. 2.* ibi: *die propoſition nebſt andern etc.*

2) Quod receſſus prouinciales in formam pacti concipiantur.

L. A.

L. A. de an. 1556. daſs vvir derhalben mit vorgemelten landſtänden beliebet, und einhellig uns vereiniget, & de an. 89. §. als auch der ſuperintendens etc. ibi, haben vvir uns mit den ſtänden dieſes beſcheides vereiniget etc. & de an. 92. §. als haben vvir uns mit den anvveſenden landſtänden gnädiglich, und ſie ſich hinvviederum mit uns unterthäniglich verglichen. & de an. 1606. §. vveil vvir ſonſten etc. & de an. 14. in pr. ibi: vereiniget und beſchloſſen, et de an. 26. §. fin. & de an 27. in fin. princ. kirchen-ordnung part. 6. tit von execution in pr.

3) Quod ſi a principe propoſitum ordinibus non placeat, reiiciatur.

Kirchen-ordnung part. 6. tit. uiſitatio uf den dörffern §. 3. und ob vvol chriſtlich etc. L. A. de an. 89. §. 4. die anlagen zur academie, ibi, vveil die landſtænde darin nicht vvilligen vvollen, & de an. 1606. vveil auch das von uns etc. ibi, den ſtänden nicht annehmlich gevveſen, & §. 6. vvegen taxation, ibi, ſolches hat der landſchafft für dieſesmahl nicht rathſam bedaucht etc. & §. anreichend, die bettler-ordn. ibi, nicht annehmlich gevveſen. et de an. 22. §. 8. vvir habens aber über angevvandten fleiſs nicht vveiter bringen können.

& 4) contra princeps ordinum uoluntati reluctari non poſſit.

L. A. de an. 14. §. 9. ob vvol auch etc. ibi, ſo iſts demnach auf der ſtände inſtendiges anhalten, & ſeq. 10. Duplica ordinum in conuentu, *an. 14. oblata in pr. auf die begehrte modification des reuerſes, iſt der landſtände*

endliche

endliche ſchlieſsliche und beharliche meinung, dabey ſie zu bleiben gäntzlich entſchloſſen, und nicht vveiter gehen oder vveichen können noch vvollen, folgend dieſe etc.& in fine, *mit der angezogenen fürſtl. reſolution vvegen des Strahlſundiſchen unvveſens können und mœgen die ſtände in keinem vvege zufrieden ſeyn*, & princeps in utroque ordinibus tandem ſatisfecit.

5) Quod ordinibus, conſenſum denegantibus, principes, cum publicam ſalutem inde periclitari uel negligi pateat, de ſua diligentia ac cura proteſtari ſoleant.

Replicata 15. Decembr. an. 21. Sedini in uniuerſali conuentu propoſita. §. *vvo nicht, ſo erfordert I. F. G. nothdurfft zu proteſtiren, dafern dieſen landen einige ungelegenheit entſtehen ſolte, daſs ſie entſchuldiget ſeyn vvolten, und hätte es die landſchafft zu verantvvorten, da dem landmann ungelegenheit und ſchaden zugezogen vvurde, I. F. G. hatten 2. mahl hierüber conuentus gehalten, und das ihrige gethan, vveil es nun nicht ſeyn kan, müſſen ſie es Gott befehlen, und das protocoll zu ihrer verſicherung vvol verzeichnen laſſen.* & plurima huiusmodi exempla in actis conuentuum occurrunt.

6) Quod ſine ordinum uoluntate a principe ſuſceptum poſtea reuocetur.

Sic Philippus foederi Schmalkaldico, cui ſe, non conſentientibus ordinibus, iunxerat, renunciare coactus eſt.

Ita quoque Philippus Iulius alienationes fundorum patrimonialium reuocare recipit.

L. A.

L. A. de an. 14. §. 11. nachdem uns auch etc.

Vel 7) princeps ordinibus datis reuerſalibus cauere teneatur. Sic Philippus Iulius, cum alienigenum capitaneum crearet, ordinibus reuerſales dedit.

Suffragium hoc requiritur in omnibus arduis negotiis, ſiue totam rempublicam, ſiue alteram eius partem, principem uel ordines, ſiue uniuerſos ſiue ſingulos concernant.

L. A. de an. 89. in pr. teſtam. Ern. Ludouic. §. 12. ſeine Ld. ſoll auch etc. & §. 13. und damit nicht noth ſey etc. ibi, im falle aermaſſen hendel etc. L. A. de an. 92. in pr. 14 et §. 15. vvann aber gleichvvol etc. & de an. 95. in pr. 16. et §. 17. vvelchen modum etc. & de an. 1606. in pr. 18. et §. 19. nachdem ſich nun gedachte etc. et §. 20. vvenn uns auch vvichtige etc. fürſtl. reuers 22. Febr. an. 1609. praelatis et nobilibus datae in pr. 21. nachdem uns ſachen etc.

Negotia plurimum referri poſſunt ad haec tria: iurisdictionem ſcilicet, quae eccleſiaſtica & politica, bellum & fiſcum, cuius occaſione etiam aerarium in conſiderationem uenit.

Haec nonnunquam coniunctim uno quaſi faſce, nonnunquam diuiſim tractanda ſunt. Illud fit, cum de tota prouincia eiusue partium territoriali ſuperioritate uel eius adminiſtratione quaeſtio oritur, uti

1) In diuiſione prouinciae & pactis inter principes diuidentes hereditariis.

L. priuil. §. 22. auch ſollen unſere erben etc.

erbtheils-

erbtheils-receſſ de an. 69. §. 23. und damit dieſes nothvvendige heilſame etc. et tit. von künfftiger ſucceſſion. §. 24. ſo haben vvir mit vorvviſſen etc.

2) In renouatione iſtorum pactorum hereditariorum & eorum immutatione.

Erbheil-receſſ de an. 69. §. 25. erſtlich daß I. Ld. ſæmtlich etc. et §. 26. vvann dann in obgedachtem receſs, erbeinigung de an. 69. §. 27. vvelches dann vvir ibi: dazu ohne das vermöge und inhalt etc.

3) In ordinatione uel conſtitutione regiminis. Ita defuncto philippo filiis minorennibus relictis, gubernatio prouinciae per ducem Barnimum, defuncti principis uiduam & ordines, nonnullis ex ordinibus commiſſa.

L. A. de an. 1560. cui dux Barnimus & principis Anhaltini legati tanquam tutores & ordinum nomine aliquot ex nobilibus & duo conſules Sundenſes ſigilla appoſuerant. *Kæyſerliche confirmation ſub dato Wien. 30. Sept. an. 1560. §. nachdem uns des hochgebohrnen etc.*

Sic ducis Ern. Ludouici diſpoſitio teſtamentaria de gubernanda tempore minorennitates filii Philippi Iulii prouincia ab ordinibus partim probata, partim mutata, & certa regiminis ratio ordinum conſilio & conſenſu conſtituta.

L. A. de an. 92. §. 29. die urſachen aber etc. et ſeqq. Literae uiduae Ern. Ludouici ad Bugislaum de *12. Aprilis an. 92. ibi, daß die landſtænde von beſtellung der regierung nicht kœnnen ausgeſchloſſen vverden etc. L. A. de*

 an.

an. 95. §.30. die beſchvverungen oder unterthænige erinnerungen etc.

4) In alienatione uel obligatione totius prouinciae uel eius partis.

L. priuil. §.31. vvir und unſere erben etc.

5) In pactis ſucceſſoriis cum aliis principibus; ſic in pacto iſto cum Brandenburgicis ordinum conſenſus ſpecialiter requiſitus & datus.

Erb-vertrag zvviſchen marggraff Iochim, und hertzogen von Pommern, Georg und Barnim an. 1529. gemacht, §. mænniglich und itzo etc. et §. vvir, unſere erben und nachkommen etc. & paſſim.

CAP. VIII.

De iurisdictione eccleſiaſtica.

IN iurisdictione eccleſiaſtica ordines participare, oſtendunt

1) Religionis reformatio.

Haec, qua ethnica primum idololatria & papiſtica poſtea ſuperſtitio profligata, communi ordinum ſuffragio facta eſt.

Cramer in chron. Pom. ecleſ. lib. 1. c. 27. & lib. 3. c. 23. vorrede der kirchen ordnung A. erbtheilreceſſ. de an. 69. tit. kirch und ſtifft Cammin B.

Et principes ſaepe repetitis pactis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ſe eam, quam inuariatae Auguſtanae confeſſioni conformem communi conſenſu ſemel aſſumſerunt religionem, perpetuo aſpirante diuina gratia retenturos, nec quicquam huic aduerſum per directum uel obliquum introducturos uel ab aliis fieri permiſſuros, ſe obligarunt. *L. A.*

L. A. de an. 56. C. erbtheil-receſſ. de an. 69. tit. beſtætigung der erbeinigung de an. 1532. §. D. ſo vvollen vvir auch etc. erbeinigung de an. 69. §. E. und erſtlich teſtam. Ern. Ludou. §. F. vvir vvollen auch hochgedachten etc. L. A. de an. 92. §. G. und vvollen vvir das gantze iuſtitien-vverck etc. et de an. 1606. §. H. und ſo viel anfænglich etc. et de an. 14. §. I. nebſt dieſen haben vvir uns etc. L. priuil. ad 1622. renouata §. L. vvann vvir dann nun ihr unterthæniges etc.

Ideoque ſi in cauſa religionis quicquam agendum, ordinum ſemper conſilium & conſenſus requiritur & adhibetur.

L. A. de an. 56. C. kirchen-ordnung de an. 63. part. 1. §. L. pen. vvere aber erſt zvveiffelhafftig etc. L. A. de an. 89. §. M. als auch der ſuperintendens. L. A. de an. 1606. §. N. und ſo viel nach dieſem. L. A. de an. 14. §. nebſt dieſem haben vvir etc. ibi, vvollen auch unſere gehorſame ſtænde jederzeit bey der Augſpurgiſchen confeſſion ſchützen, und alles, vvas darvvider lauffen oder heimlich einſchleichen vvürde, ſo offt es möchte, mit ihrem rath und bedencken abſchaffen.

2) Ordinationum uel conſtitutionum eccleſiaſticarum confectio (a), renouatio, auctio, (b) & immutatio (c).

(a) *Kirchen-ordnung de an. 63. in inſcriptione, ibi, anfænglich uf dem landtage zu Treptovv geſchloſſen, erbeinigung de an. 69. §. E. und erſtlich etc.*

(b) *Kirchen-ordnung der landſtænde verneurte*

neurte und vermehrte, et part. 6. von execution. in pr. und cap. ſeq. tit. R.

(c) *Vermehrte kirchen ordnung. part. 6. tit. von der freyheit und immunitæt etc. O. in fine.*

3) Generalis ſuperintendens.

Circa huius conſtitutionem, quam princeps ſibi ſumit, ordinum eſt, uidere, ne indignus, ſed qualem *erbtheilungs-receſſ. de an. 69. tit. ſuperintendenten P.* deſcribit, reuerendo huic officio praeficiatur.

L. A. de an. 1606. §. Q. ſchlieſslich, vveil in in dieſen gefährlichen.

Inſuper ſi ſuperintendens ratione officii uel uitae conueniatur, ex ordinibus quoque cauſae cognoſcendae adhibentur.

Kirchen-ordnung de an. 63. part. 3. tit. von ſuperintendenten. §. R. vviederumb &c. iuncto §. pen. S. tit. von ſynodis.

4) Iudicia eccleſiaſtica ſiue conſiſtoria.

Horum formatio ac reformatio ordinum interuentu perficitur.

L. A. de an. 14. §. T. vvegen des conſiſtorii.

Receſſ. Wollin. a deputatis ex utraque prouincia 23. Iun. an. 16 9. factus §. *V. erſtlich ob und vvie die geiſtl. gerichte &c.*

Kirchen-ordnung. part. 6. tit. von freyheit und immunität. in fin O.

& ſi in cauſis arduis & magnis definitiue pronunciandum, princeps, cui hoc a ſuperintendente denunciatur, ex ſuis conſiliariis & ordinibus aliquos conſiſtorialibus ad aulam uocatis adiungit.

Kirchen-ordnung de an. 63. part. 3. tit. von conſiſtoriis. §. X. im fall wichtige groſſe ſachen.

Item,

Item, ſi quis ſe conſiſtorialium ſententia grauatum putat, querela ad principem delata, princeps *reuiſorium* ordinat *iudicium*, & ad hoc ex ordinibus quoque nonnullos accerſit.

Kirchen-ordn. d. t. von conſiſt. §. V. pen.

5) Synodi uniuerſales. Ad quas, praeter conſiliarios prouinciales, etiam ex ordinibus nonnulli uocantur.

d. K. O. p. 3. t. von ſynodis. §. L. A. de an. 1606. §. und ſo viel anfænglich H. ibi, und da je die ſtædte &c.

6) Viſitationes eccleſiaſticae. Non ſolum certa uiſitandi forma ordinum conſenſu conſtituitur;

d. K. O. refert in praefatione ex receſſu prouinciali de an. 1556. §. Z. nachdem aber derſelbe &c. erbtheil-receß. de an. 69. tit. hoff- und haußhaltungs-ordnung §. 1. ſo ſoll alsdann etc. L. A. de an. 89. §. 2. den ietzo aber angegebenen Bergium.

Sed & ipſi uiſitationis actui ſtatus nonnulli adhibentur,

d. Kirchen ordn. part. 6. §. 1. 3.

& praelatis ſpecialiter uiſitandi munus commiſſum eſt.

Erbtheil-receß de an. 69. tit. kirch und ſtifft Cammin etc. §. 4. demnach wollen wir etc. et §. die perſonen, ibi id. repetitur.

7) Beneficia eccleſiaſtica. Horum collatio principi quidem relicta, ſed ita, ut ordinibus cura ſuperſit, ne indignis nec aliis, quam indigenis (*in dieſen landen gebohren*) eruditione, prudentia ac uirtute praeditis, & be-

ne de patria meritis, conferantur, & cumprimis nobilium in his ratio habeatur; non enim, niſi dignis in hoc ordine deficientibus, alii, quos quidem uel theologiae uel iuris doctores uel principis conſiliarios uel praecellentes eius miniſtros eſſe oportet, admittuntur.

Erbtheil receſſ. de an. 69. tit. kirch und ſtifft Cammin etc. §. 5. demnach vvollen vvir zu jeder zeit etc. L. A. de an. 14. §. vvir haben auch etc.

8) Vniuerſitas & paedagogium, quorum inſpectio conſiliario aulico & uni ex ſtatibus committitur;

Erbtheil rec. de an. 69. tit. 6. Marien- und S. Otten-kirche. §. 6. dievveil auch die inſpection et tit. uniuerſitæt. §. 7. derhalben ſoll ſovvol. et tit. uiſitationis. §. 8. ferner haben vvir uns etc. erbeinigung de an. 69. §. zum andern ſollen und vvollen vvir auch unſere nachkommende erben allerſeits in unſern und unſers herren vettern und vatern ſæmtlichen fürſtl. ſtifftungen der uniuerſitæt zum Greiffsvvalde und paedagogii zu alten Stettin keine enderung oder neurung furnehmen, ohne gemeinen rath.

nec poteſt ordinibus inconſultis mutatio aliqua in illis fieri.

9) Coenobia uirginum. His regulae uel leges a principe & ordinibus praeſcribuntur.

Kirchen-ordn. de an. 63. part. 5. in fin. 9.

CAP.

CAP. IX.

De iurisdictione politica.

HVc pertinent 1. Legem uniuerſalem ferre. Hoc principi ſoli adeo non competit, ut princeps legem laturus ordinum ſemper attendere teneatur aſſenſum (a): Hi uero ſine eo ſtatuta ſibi ac patriae condere poſſint (b).

(a) In legibus ferendis haec occurrunt: propoſitio, tractatio, cui accenſetur concluſio & ſanctio, quae ſpiritum legi dat uitalem; quam ſequitur promulgatio & executio. Propoſitionem facit princeps ex motu proprio uel ad ſuggeſtionem ordinum, uti exempla in conuentuum actis ſunt obuia. Et quidem interdum res crude proponitur, interdum praeparata etiam in certam formam digeſta, ueluti ſi, quod proponendum, iam ante ex conſilio conſiliariorum prouincialium & aulicorum certis ex ordinibus perſonis commiſſum & ab illis in commodam & principi probatam formam redactum, ordinibus in publico conuentu cognoſcendum & examinandum offertur.

Propoſitio euocatis ex utraque prouincia Vkermundae 25. April. an. 20. facta §. A. hieneben haben etc. haben vvir vvelcher etc.

Vel, ſi conſiliariis prouincialibus & aulicis ſimul, uel alterutri eorum collegio res formanda committitur, & formata principisque calculo firmata ordinibus cenſenda proponitur.

L. A. de an. 14. §. B. weil auch die nothdurfft &c.

propoſ. conuentus de an. 26. §. c. zum beſchluß bey dieſem erſten punčte.

Rem quocunque modo propoſitam ordines collegiatim tractant, & tandem cum principe omnes certum concludunt. Ex hoc tractationis actu maximam iuris huius partem ordines capere, non obſcure apparet. Tria quippe ordines habent uota, quibus concordantibus itur ad principem, qui, ſi placet, uotum ſuum addit; ſin minus, res ad ordines cum cauſis diſſenſus refertur, ſed iis in ſententia perſiſtentibus princeps ultra procedere non poteſt, nec uoluntati eorum contrauenire.

L. A. de an. 1606. §. D. anreichend die bettler-ordnung. hoffgerichts-ordnung. tit. von appellation. §. dieweil auch dadurch &c. adde ſup. c. 7. n. 3. & 4.

Ordinibus uero inter ſe diſcordantibus ita quidem ut unum collegium a reliquis diſſentiens cum principe faciat, nihilominus tamen regulariter his cedere cogitur.

L. A. de an. 14. §. E. ferner die weltlichen &c.

& ita neutri ab altero accedit pondus, quod omnino neceſſe foret, ſi uel aequaliter princeps & ordines hoc ius inter ſe communicarent, ex iſto communiter nota alterutri aequali ſi quid addatur, illud fit maius, interdum tamen principi ſoli concludendi permittitur arbitrium.

Conſtitutio de ualidis mendicis. Sedini an. 1616. promulgata. in praefat. fin. ibi F. auf beſchehene heimſtellug.

Sed hoc ultro, non ex iuris neceſſitate factum.

L. A.

L. A. de an. 14. §. G. als wir auch mit unſern &c.
Sic contra princeps ordinibus nonnunquam receſſionem relinquit.

L. A. de an. 1606. §. H. wir haben auch &c.
Cum igitur plurimum per reciprocantes inter principem & ordines tractatus ad certam deuenitur concluſionem; leges & conſtitutiones plerumque in modum pactorum concipiuntur.

L. A. de an. 95. §. 1. was ſonſten &c. & de an. 1606. weil wir ſonſten auch &c. ibi und ſie wiederum mit uns ſich reſpectiue gnädig und unterthänig vereiniget &c. & paſſim in omnibus receſſib.

Si autem princeps inconſultis ordinibus quicquam ſtatuit, cui ordines non contradicunt, legis uigorem--; iis autem repugnantibus caret effectu, & eo caſu ordines proteſtando nonnunquam diſſenſum declarare ſolent.

Duplica ordinum in conuentu an. 22. Wolgaſti habito. §. der punct der muntze &c. nachdem auch iuncto receſſu iſtius conuentus §. wollen derowegen ſowol der ritterſchafft und ſig. ⊙ & ♀ poſſit lit. I.

Sanctio praeterea principi & ordinibus communis eſt.

L. A. de an. 14. §. K. ſoll auch mit publication &c.

Vnde illud, quod in conuentibus concluditur, & pro lege uniuerſali habetur, non principis, ſed prouincialis dicitur conſtitutio uel receſſus, *nicht furſtl. ſondern landes oder landtages-abſcheid.* Sed nonnunquam

ſolennis haec ſanctio omittitur, & tum hoc ipſo, quod in certam communiter itum eſt ſententiam, uel quod princeps, cui liberum ordines in certo negotio ſtuuendi reliquerunt arbitrium, certum definiit, ſimul facta accipitur. Quod igitur in praefatione ordinationis iudicii aulici ſolius petitionis & conſilii mentio fiat, non tamen inde ordines a concludendi & ſanciendi communione excluſi recte concluduntur, ad pompam quippe dicta & ſplendorem; qualia in receſſibus quoque plura occurrunt, non tollunt rei ueritatem, quam in hoc paſſu ſatis clare demonſtrant

L. A. de an. 92. §. L. und wollen wir das gantze iuſtitien-weſen &c. & de an. §. M. nachdem auch die ſtände &c. & de an. 14. §. N. die defect und mængel im iuſtitz-werck &c. ad d. inf. n. 6.

Promulgatio tandem principis honori relinquitur, ut eius ſcilicet nomine fiat, ordinum tamen plerumque ſimul facta mentione. Executio quidem a principe eiusque nomine fit, ſed modus communi ordinum conſenſu determinatur.

Churſt. Brandenb. reuerſalen an. 1529. datae & an. 1621. renouatae. §. O. ſo es auch zu falle kæme &c. ibi: und ſie ſelbſt den landen und ſich zu gute aufgeſetzet &c. & ibi P. einrath und beliebung &c. & §. wir demnach &c. ibi Q. ſie ſelbſt den landen und ſich zu gute &c. kirch-ordn. part. 6. von execution in pr. R. L. A. de an. 14 §. 5. und obwohl ebenfals &c.

ibi,

ibi, jedoch das auch &c §. B. weil auch die nothdurfft erfordert. &c.

De conuentibus dictum eſt cap. VI.

3. Magiſtratus creare.

Hos quidem propter conſiliarios prouinciales, de quibus c. 15. & quaeſtores (*ober-einnehmer*) ac mandatarios aerarii prouinciales eiusque uiſitatores, de quibus c. 12. princeps ipſe creat, ſed his circumſcriptus limitibus, ut his ſolum officia committat, qui 1) in his terris nati ſunt & domicilium habent.

L. priu. §. T. wir wollen auch &c. erbeinigung de an. 69. §. V. ſonſten wollen wir einhalt der priuilegien. teſtam. Ern. Ludou. §. X. ſeine Ld. ſollen auch &c. H. O. tit. §. 7. damit nun die verordneten &c. iuncto §. fin. Z. wir wollen auch &c.

& 2) Auguſtanae confeſſioni addicti.

L. A. de an. 92. §. L. und wollen wir das gantze iuſtitien &c.

4. Moneta.

Hanc quidem cudunt princeps & ciuitates nonnullae; cenſura autem principi & ordinibus communis eſt.

L. A. de an. 1606. §. 1. weil auch ein müntz-weſen &c. & de an. 22. §. 2. bey dem geſetzten wehrte &c. iuncto §. 3. wie denn auch &c. ibi ad referendum &c. & §. 4. das iſt alſo &c. ibi vereiniget, addat &c. ex replica principis 30. Aug. an. 22. dato §. 5. was wegen der doppelten &c.

5. Grauamina ordinum uel ſtatuum expedire.

Hoc fit in conuentibus generalibus omnium ſtatuum.

L. A.

L. A. de an. 1606. §. 6. und die ſtände in gemein anreichend &c. & de an. 14. §. 7. ferner weil ietztgemelte &c. & de an. 95. §. 8. die beſchwerungen &c.

Vel Deputatorum.

Acta conuentuum an. 1605. habitorum, uel per mutuas tractationes & conuentiones inter principis conſiliarios & grauatos.

L. A. de an. 1606. §. 9. weil auch die ſtädte ihre grauamina etc. uel his fruſtra tentatis itur ad Auſtregas, de quibus ſupr. Cap. L. A. de an. 89. §. 10. ſchlieſſl. etc.

6. Iudicium.

Hic ordines interueniunt, tam in ordinandis certo loco ac reformandis ſupremis dicaſteriis,

L. A. de an. 95. §. 11. daſſ an einem orte und ſonderlich alhier zu Wolgaſt etc. H.O. in praefat. auf unterthænig anſuchen und bitten unſer landſchafft und mit reiffemrath etc. et in tit. p. m. pr. ibi:

Dieſe unſere gerichts-ordn. und wie dieſelbe künfftig mit gemeinem rathe geendert und gebeſſert &c. et in tit. von appellat. §. 12. dieweil auch dadurch etc. et in tit. von haltung dieſer ordn. ibi, doch beybehaltig, daſſ wir und unſere erben dieſelbe jederzeit nach gelegenheit durch gemeinen zeitigen rath verendern, vermehren und verbeſſern mögen.

Receſſ. Wollin. a deputatis utriusque prouinciae 23. Iun. ad 19. factus §. 13. fürs andere, das iuſtizweſen. Reſolutio ordinum prima in conuentu 23. Iul. an. 26. Wolgaſti data §. 14. zu adminiſtration der iuſtiz dieſes orts, werden gnug ſeyn,

&

& replica principis 26. Iun. relata §. 15. gleichfals ſeyn I. F. G. geneiget, was wegen beſtellung &c. & L. A. de an. 26. §. 16. was wegen admin. der iuſtiz &c.

quam in iudicandi munere, quod exercent per conſiliarios prouinciales, uel quos princeps ex ordinibus uocat, non ſolum in cauſſis priuatorum,

L. A. de an. 92. §. 17. wann ſichs &c. H. O. tit. 1. §. 18. ſo wollen wir auch &c. p. 14.

Sed etiam principum, in Iudicio auſtregarum.

7) Nundinarum ac ſtapularum ſiue deponendarum mercium (*niederlage*) ius: in hoc princeps non niſi praeuio ordinum conſilio & conſenſu quicquam mutare poteſt.

Erbeinigung de an. 69. §. 19. auch alle niederlagen, jahrmärckte &c.

CAP. X.

De bello.

BEllum princeps ſuſcipere ſine ordinum conſenſu non poteſt;

l. priu. §. A. wir fürſten und unſere erben &c. erbeinigung de an. 69. B. wir fürſten obgedacht &c.

Vti nec litem, quae bellum forenſe dicitur, inconſultis ordinibus in cauſſa publica mouere, ubi de lite aduerſus magiſtrum ordinis S. Iohannis, item aduerſus principem Iohannem Fridericum intendenda agitur: Nec foedera inire.

L. priu. & erbeinigung. d. §. A. B.

Conſiliarii bellici a principe & ordinibus ex conſi-

conſiliariis principis & ſtatibus conſtituuntur, iisque communi conſenſu ſalaria decernuntur.

L. priu. §. C. und wann wir &c. acta conuentus Vkermund. d. 9. Iun. an. 26. uocatio conſiliariorum bellicor. 1. Iun. an. 26. Wolgaſti concepta. L. A. de eod. an. §. D. anreichend den andern &c.

Euocatio & luſtratio uaſallorum & qui ex ciuitatibus ad militiam deputantur, communi ſit conſenſu.

L. a. de an. 95. §. E. es ſeyn auch etc.

Certam publicae harum prouinciarum tutelae formam ac rationem princeps cum ordinibus conſtituit.

acta conuentuum uniuerſalium Vckermundae an. 20. et Sedini an. 21. et 27. habitorum.

Super controuerſiis de ſeruitiis militaribus (*von anſchlag der roß-dienſte und fuß volcks*) a ſubditis praeſtandis deputati ex ordinibus & conſiliariis aulicis cognoſcunt, & adhibitis ante factarum luſtrationum protocollis diiudicant ſiue componunt, uel communi conuentui decidendas deferunt.

Triplica principum 17. Dec. an. 21. Sedini ſtatibus ex utraque prouincia praeſentibus oblata §. F. den gemeinen landtag &c.

Armamentaria, quae Wolgaſti & Gartzii olim fuere, non principum, ſed prouinciarum dicuntur (a), & inſpectio nonnullis ex ordinibus & aulicis demandata, (b) nec princeps ea ſine ordinum con-

conſenſu diminuere potuit (c) nec in alium locum transferre (d).

(a) *L. A. de an. 95. §. G. auf ſeiner viel hochgedachten &c. erbth. receſs. uid. L. in fin.*

(b) *Erbth. receſſ de an. 96. tit. zeughauß. §. H. wenn wir uns &c.*

(c) *d. L. A. de an. 95. §. 1. weil dis eine allgemeine ſache.*

(d) *Receſſ. Wollin. 23. Iun. an. 19. a deputatis factus, §. K. ob nun wol bey dieſem puncte &c. erbth. receſſ. tit. zeughauſs in pr. L.*

Legatos ad conuentus circulares princeps ſuo quidem nomine mittit, ante tamen deputatorum ex ordinibus interuentum inſtructiones eorum nomine conficiuntur (a) & poſt de relationibus eorum cum ordinibus conſultatur. (b)

(a) *Duplica ordinum Sedini in uniuerſali conuentu 16. Dec. an. 21. exhibita. ibi: es erinnern ſich die ehrbaren landſtænde, wie es in vorigen zeiten ſo herbracht, daſs nicht allein ein ausſchuß der ſtænde nach geſchehener relation der fürſtlichen geſandten angeſtellet, ſondern ſie auch zuweilen zu den praedeliberationibus, darauf die inſtructiones den geſandten nach dem Creys-tag gefaſſet, mit gezogen worden, wie ſolches in ſpecie 2. Iun. an. 99. zu Stettin gehalten, folgig auch hertzog Barnim eod. loco an. 1610. 14. April. ſich dahin ebenmäſſig gnädiglich erklæhret, ſo auch von den ſtänden unterthenig acceptiret, und ferner in obſeruanz zu halten gebethen, dabey auch angezogen, wie es an. 1576. 77. 83. und ſonſten gehalten &c.*

(b) *acta*

(b) *acta conuentus uniuerſalis Vkermund. de an. 20. Propoſitio principis in conuentu Gryphiswaldenſi 21. Oct. an. 23. facta. §. vveil nun die reſolutiones &c. ibi, hierauf begehren S. F. G. Gn. daß die land-ſtände ihre deliberation richten und ihre bedencken in unterthänigkeit eröffnen mögen, inſonderheit vvie die geſandten, ſo auf kurtz bevorſtehenden kreißtag abgeordnet vverden müſſen, auf die in des creyß-obriſten ausſchreiben geſetzte puncte, darauf die propoſition bey dieſem kreißtage zu richten, zu inſtruiren, als es die ietzige nothdurfft und beſchaffenheit dieſer zeit erfordert.*

CAP. XI.

De fiſco.

FIſcus eſt pecunia principis, eius ac regiminis oneribus deſtinata.

Ad fiſcum pertinent 1) patrimonialium praediorum prouentus, qui potiſſimum fiſcum ditandi medium ſunt.

L. A. de an. 89. §. A. vvir hetten aber bey allen &c.

(2) uectigalia, quae princeps nec noua poteſt imponere, nec uetera augere (a) etiam ex indultu caeſareo (b) ſine iuſta cauſa (c) & ordinum conſenſu (d).

(a) Eadem eſt ratio actionis & conſtitutionis.

l. 10. de publ. et uectig.

(b) *Erbeinigung de an. 69. vvir vvollen auch keine neue zölle etc.*

(c) Alias grauiter peccaret & rapinam committeret.

Roſenth.

Roſenth. de feud. c. 5. concl. 44. lit. c. Iſerniam & alios allegans.

Cauſa iuſta eſt, ſi reditus principis minores ſunt, quam ut onera, prouinciae ratione ipſi incumbentia, ferre poſſit;

l. 1. C. uect. nou. inſtit.

Hortrenſ. in ſumma aur. de cenſib. n. 3.

Mynſing. 5. obſ. 31. n. 3.

& quidem diminutio haec ſine facto ipſius contigit: alias ſi immodicis largitionibus uel aliis profuſionibus cenſum exhauſerit, bis iniuſtus foret, ſi huc confugeret, nemeſinque diuinam contra ſe excitaret certiſſime.

Roſenth. de feud. c. 5. concl. lit. a. mod.

Piſtor. 2. conſ. 21. n. 47. Comm. de Ludou. XI. lib. 4. p. m. 688. & 691.

(d) Praeter iuſtam cauſſam ordinum quoque conſenſus accedat, utpote qui nolentes uectigalibus uel aliis impoſitionibus grauari non poſſunt.

Erbtheil-receß de an. 69. §. C. zum andern &c. Chfſt. Br. reuers. de an. 21. §. D. daß wir demnach, ibi: ſie auch mit keinen neuen uffſetzen, wie die nahmen haben mögen, beſchweren.

3) Mulctarum compendia, praeter ea, quae aerario prouinciali inſeruntur, de quibus cap. ſq.

4) Penſio piſcatorum in lacu recenti (*friſche haff*) piſcantium.

5) Penſio ex ſalinis Luneburgenſibus.

6) Tributum, quod ciuitates annuatim ſoluunt, *Owböre.*

7) Naufraga & iacta bona, ſi dominus intra triennium ea non repetitum ueniat

L. priuil. §. E. den handthierenden kauffmann.

8) Venatio. Haec ſtatibus aeque ac principi competit, ita tamen, ut neuter praediorum ſuorum terminos excedat.

L. A. de an. 1606. §. F. als wir auch von je her-aus &c. & de an. 14. §. wegen der jagd erklären &c.

9) Huc referri etiam poſſunt feuda aperta, quatenus ea princeps ordinum conſenſu patrimonio ſuo uel in totum uel pro parte addicere poteſt: regulariter enim aliis ea iterum concedere tenetur, ne ſcilicet ſeruitia uaſallitica diminuantur; ſed nonniſi dignis.

L. A. de an. 26. §. H. imgl. ins künfftige &c.

Fiſcus, principis & regiminis oneribus ferendis dicatus.

L. A. de an. 89. §. I. wir hetten aber bey allen &c. ibi: zu führung unſers fürſtl. ſtandes und regierung.

Erbtheil receſs de an. 69. §. K. demnach wollen wir I. Ld. & tiſch- und cammer-güter §. L. wir haben uns auch von wegen &c.

Onera haec ſunt uaria: 1) Aulae iuſtructio. 2) Nuptiae. 3) Coniugis dotalitium 4) Filiarum elocationes, in quibus tamen ordines ad dotis augmentum certum conferant. 5) Propriae uti & filiorum peregrinationes. 6) Hoſpitum receptiones. 7) Sumtus funebres. 8) Legationes. 9) Conuentus uniuerſales & generales. 10) Suprema prouinciae dicaſteria. 11) Armamentaria. 12) Omnium officialium togatorum ac ſagatorum principi prouinciae-

uinciaeque inſeruientium, praeter illorum, qui aerario prouinciali praefecti, ſalaria. Summatim, quicquid ad principis exhibitionem & patriae pacis belliqve tempore gubernationem, ac conſeruationem pertinet.

Duplice igitur intereſt, ne Fiſcus uel mediorum, quibus corraditur, diminutione, uel immodica erogatione exhauriatur, unde eſt:

Erbth. receſſ. tit. tiſch-und cammer-güter §. L. demnach weil ſolche güter &c.

1) Quod princeps bona patrimonialia ſine ordinum conſenſu non poſſit alienare, (a) etiam ad pias cauſſas, (b) nec oppignorare, (c) & ſi quae alienata, reuocare teneatur.

(a) *Erbtheil-receſſ de an. 69. tit. tiſch-und cammer-güter, §. L. wir haben uns auch von vvegen &c. & tit. vergleich zvviſchen hertzog Ernſt Ludvvig &c. §. M. vvir verpflichten uns auch gegen einander &c.*

L. A. de an. 26. §. N. imgleichen ins künfftige keine alienationes &c. L. A. de an. 14. §. nachdem uns auch von unſern &c. ibi: vvir vvollen auch hinferner ohne der landräthe vorvviſſen und rath keine fürſtl. tiſch-oder geiſtl. güter vereuſſern, und einen jeden hiemit vervvarnet haben, bey vermeidung unſer ungnade uns ſolches nicht anzumuthen.

(b) *L. A. de an. 26. §. O. der Vniuerſität.*

(c) *L. A. de an. 26. §. P. imgl. ins künfftige &c. L. A. de an. 27. Q. nechſt dieſem muſſ man &c.*

2) Quod princeps non requiſito ordinum conſenſu debita contrahere prohibeatur, (a) adeo ut ne conſiliarios prouinciales conſenſiſſe ſufficiat (b).

(a) *Erbeinigung de an. 69. §. R. vvir furſten obgedacht.*

(b) *Duplica ordinum in conuentu an. 14. oblata, §. die fideiuſſion &c. ibi: ſo können und vvollen auch die landſtände von den landräthen ſich nichts laſſen vorſchreiben noch einwilligen, daſs die land-räthe allein darüber cognoſciren ſollen, ob die nóth des landes es werfordere, daſs gelder aufgenommen werden, ſondern muſs dieſes nothwendig mit allen ſtänden in rath gezogen werden.*

3) Quod uiſitatio praediorum patrimonialium per deputatos ab ordinibus nominatos & a principe electos ſecundum modum ab ordinibus praeſcriptum & a principe probatum facienda.

L. A. de an. 14. §. S. weil auch das viſitationwerck &c. & de an. 22. §. T. den von landſtänden &c. Duplica ordinum in conuentu an. 26. Wolgaſti habito. 27. Iun. data. §. V. ſo acceptiren wir auch &c. & L. A. de an. 26. §. X. zuſoderſt daſs gewiſſe perſonen & ſqq.

4) Quod audiendis & examinandis omnibus fiſci rationibus, annuatim reddendis, ex ordinibus nonnulli adhibeantur.

L. A. de an. 89. §. Y. vvir halten aber bey allen &c. in fin. ibi: die ſtände, ſo den gemeinen rechnungen beyvvohnen, pflegen &c. & de an. 95. Z. zu abhörung &c. & de an. 14. §. L. nachdem auch bey vorigen landtagen &c.

&

& de an. 22. §. 2. vveil auch die gehorſamen &c.

5) Quod ad aulam & oeconomiam principis ordinandam, uel certam oeconomiae formam conſtituendam, ex ordinibus aliquot accerſendi ſint.

L. A. de an. 89. §. 3. ſo vvollen vvir auch &c. & §. 4. vvir haben uns auch &c. conſtitutio a nobilitate an. 1605. in con. facta. §. 5. und denn endlich unſ. gn. fürſt &c. ibi: in oeconomicis L. A. de an. 14. §. 6. die reformation unſer hoffhaltung &c. & de an. 26. §. 7. ferner ſoll auch denen deput. &c. fürſtl. auſſchreiben de dato Vkermünd 12. Febr. an. 1613. §. 8. vvann vvir denn die unumgengl. nothdurfft.

6) Quod principem ſumtuoſe nimis uiuentem ordines frugalitatis monere poſſint.

Cancellarius in conuentu deputator. 3. Iun. an. 1605. vvas ſonſten für erinnerungen vorgefallen, die vvollen I. F. Gn. in acht nehmen, und denſelben fürſtl. nachſetzen.

Item ad eosdem 29. May. da I. F. Gn. die von der landſchafft gethane erinnerungen nicht in acht genommen, ſo hätte landſchafft urſache, ſich vviederlich zu bezeigen &c. acta conuentus an. 26. & eiusdem receſſus. §. N. imgl. ins künfftige &c.

CAP. XII.

De aerario.

AErarium eſt pecunia, reipublicae autoritate congeſta ac requiſita publico bono, ſecundum ordinum diſpoſitionem impendenda, dicitur *land-kaſten*,

inſtituitur ab ordinibus accedente principis conſenſu & confirmatione.

L kaſtens-ordn. de an. 1623. in pr. & in fin.

Colligitur ex certis mulctis (a) & collectis ſeu contributionibus. (b)

(a) Si quis noua uectigalia inſtituerit. *L. A. de an. 14. §. A. und vveil Caſp. Beer.*

(b) *de his cap. ſq.*

Collectores & adminiſtratores, qui ſupremi quaeſtores (*ober-einnehmer*) dicuntur, iisque adiunctus mandatarius a principe & ordinibus, ex ordinibus conſtituuntur.

L. A de an. 1606. §. B. vvir haben uns auch &c. & §. es iſt auch mit unſer &c. & de an. 14. §. D. im falle auch &c.

Quaeſtores & mandatarius iuramento (a) & bona eorum generalis hypothecae uinculo (b) obſtringuntur.

(a) *L. kaſtens-ordn. de an. 23. §. jetzt gedachten perſonen &c.*

(b) *d. L. k. ordn. §. ferner ſo viele die ausgabe belanget. uid. ſign. ♀ ♀ poſt lit. D.*

Quaeſtorum officium eſt 1) pecuniam publicam in loco deputato recipere, (a) pro diuerſitate finis, cui deſtinata, diſtinctim reponere (b).

(a) *L. A de an. 1606. §. E. vvir haben uns auch &c.*

(b) *L. A. de an. 14. F. nachdem uns auf eingekommene &c.*

2) Debita uigilantia eo, quo ab ordinibus

conſti-

conſtitutum eſt, ordine & tempore, facta prius legitime denunciatione, ſoluere.

L. A. de an. 1606. §. F. vvir haben uns auch &c.

3) Debita principis ſolui iuſſa examinare.

L. A. de an. 14. §. G. im falle auch bey abzahl &c.

4) Moroſos & reſtantes deſignare & principi denunciare.

L. A. de an. 1606. §. E. vvir haben &c.

5) Principem indictionis tempeſtiue monere.

L. A. de an. 1606. §. E. vvir haben &c.

Aerarii arca pluribus pro numero quaeſtorum occluditur ſeris & ſingularum claues a ſingulis aſſeruantur quaeſtoribus. Si quis igitur horum praepediatur, uni ex collegis clauem ſuam mittit cum procedendi licentia.

L. A. de an. 1606. §. H. es ſollen auch die ober-einnehmer &c. ibi, da auch einer oder andere &c. & de an. 14. §. I. im falle, ibi, es ſoll auch ein jeder &c.

Mandatarii officium eſt, quaeſtoribus praeſto eſſe, & quae ratione aerarii facienda, iuſſu quaeſtorum expedire.

L. A. de an. 1606. § C. es iſt auch mit unſer &c.

Directio eſt penes ordines, ita ut nulli, quicunque etiam ſit, ſine expreſſo ordinum conſenſu quicquam inde detur, ſed ſuo, cui deſtinata eſt pecunia, fini impendatur.

L. A. de an. 89. §. K. ſolche 10. extraordinar-ſteuren &c. & de an. 1606. §. L. es ſollen auch die ober-einnehmer &c. et de an. 14. §. M. die bevvilligte land-ſteuren &c. et §. N. im falle &c. ibi: es ſollen auch die ſteuren &c. et

§. O. damit vvir auch ſchlieſſl. &c. ibi, es ſollen aber dieſe gelder &c. Replica principis in conuentu Wolgaſtenſi 21. May. an. 1623. data. §. fürs vierdte &c. ibi, I. F. Gn. ſeyn auch des gn. erbietens, der diſpoſition über die gelder (des aerarii) ſich nicht anzumaſſen, ſondern dieſelbe den commiſſariis oder ober-einnehmern zu laſſen.

L. A. ordn. de an. 23. §. ferner ſo viel die ausgabe belanget &c.

Inſpectio & rationum, quas quaeſtores reddunt, examinatio etiam ordinibus competit.

L. A de an. 95. §. B. die extraordinair-ſteuer a. &c.

& quanquam an. 1606. principi Phil. Iulio cum ordinibus conuenerat, ut princeps pro ſuo intereſſe cancellarium ordinum deputatis iungeret;

L. A. de an. 1606. §. Q. vveil auch ferner von unſern &c.

poſt tamen id mutatum, & ad ius antiquum reditum.

Replica principum in conuentu uniuerſali euocatorum Sedini 15. Dec. an. 21. exhibita §. R. nun könte es gleichvvol &c. et duplica euocator. in qua oblatum hoc ſolenniter acceptarunt §. S. vvie denn auch die gehorſame etc. L A. de an. 22. §. T. gleichfals muſſ von dem land kaſten etc. laſtkaſtens-ordn. de an. 23. §. ietztgedachten perſonen etc. ibi, und daſſ desvvegen vom mandatario richtige rechnung gehalten, dieſelbe jedesmahl von den ober-einnehmern uberſehen, und alsdann in den land-

land-kaſten geleget, und der landſchafft jederzeit auf begehren rechnung und bericht geſchehen, und vorgeleget vverden ſoll.

Sed non conſtanter obſeruatum; nam an. 23. princeps ordinum mandatario alium ſuo nomine, nempe Ioannem *Papeken*, iunxit, & rationes non minus ſibi quam ordinibus, quoties poſtularet, a quaeſtoribus exhiberi uoluit: relicta nihilominus libera ordinibus ac quaeſtoribus de aerario diſponendi facultate.

Viſitatio fit per aliquos ex ordinibus communi conſenſu deputatos (a), ex quorum relatione confectus - - a principe conſiliariis prouincialibus cenſendus offertur (b).

(a) *L. A. de an. 1606. §. V. vveil auch vor dieſem etc.*

(b) *L. A. de an. 14. §. X. nachdem ſich auf eingekommene relation etc.*

Aerarium oneribus reipublicae ferendis deſtinatum eſt. Onera haec uel primario prouinciae incumbunt, uel ſecundario; Illa ſunt, ſi imperio uel circulo uel ad dotem filiarum principum quid contribuendum: Haec ſunt, quae in ſubſidium principis, fiſco non ſufficiente, ordines in ſe recipiunt. Locus aerarii ordinarius eſt Anclamum.

L. A. de an. 89. §. K. ſolche zehen etc. et de an. 95. §. Y. vvann dann ſolche etc. et de an. 22. §. Z. die andern beyden aber etc. in actis conuentuum uniuerſalium Vkermundae an. 20. et Sedini an. 21. celebratorum dicitur ordinarius lege-ſtat.

nonunquam tamen Gryphiswaldi ex communi placito repoſitum eſt.

L. A. de an. 1606. §. E. vvir haben uns auch etc. et de an. 14. §. I. im fall auch bey abzahlung etc. ibi, den ort, da die ſteuren etc.

CAP. XIII.

De collectis ſeu contributionibus.

COllectae penduntur ab omnibus prouinciae incolis, princeps aeque ac ſubditi de praediis ſuis uel eorum ſubditis partem ſuam aerario inferre tenetur;

L. A. de an. 89. §. A. ſolche zeben etc. ibi, unſern amt und haupt-leuten &c. literae principis ad ciuitates 17. Oct. an. 1606. datae, ibi; weil unſer emter unterthanen eben ſo wohl mit ſteuren müſſen &c. L. A. de an. 14. §. als vvir auch unſer &c.

nec ualet hic ulla exemtio.

R. A. Spirae de an. 1544. §. und vvievol derhalben & §. ſq. & Auguſtae de an. 82. §. und nachdem dieſe anſehnliche &c. L. A. de an. 14. §. als vvir auch unſer etc. & de an. 27. p. t. & de an. 1606. §. D. vvir haben uns etc.

Et ſi quis contribuere detrectet, cognitio pertinet ad ordines.

L. kaſtens-uiſitations-abſcheid de an. 1611. §. E. Stralſund, Greiffsvvalde und Demmin.

Sed ſi princeps quem eximat, ipſe pro eo contribuere tenetur; alias ordines, utpote exemtione hac grauati, ſolutionem detrectare & appellare poſſunt.

Maul. de homag. tit. 9. n. 79. Mod. Piſtor. 2. conſ. 21. n. 39.

Si

Si autem quis eximendus, princeps hoc ordinum arbitrio relinquit;

L. kaſtens-uiſitat. abſcheid. de an. 1611. §. F. die profeſſoren.

interdum & demonſtrata exemtionis aequitate pro eximendo intercedit.

d. uiſit. abſch. §. G. es haben zvvar hieneben &c.

Paſtores tamen eccleſiae, item praeceptores, organiſtae & aeditui, quoad perſonas uti & agros, quos ipſi colunt & ad eccleſias pertinent, nec non quoad ſalaria; item profeſſores quoad perſonas & habitationes ſuas, item ſalaria, quae tanquam profeſſores habent, eximuntur; quoad reliqua uero bona, mobilia uel immobilia, omnes collectarum neceſſitati ſubſunt;

kirchen-ordnung part. 6. tit. von der freyheit und immunitäten etc. in pr. H. ibi, desgleichen alle perſonen etc.

imo ſi negotiationibus operam dant, Laicis plane aequiparantur.

L. A. de an. 14. §. als vvir auch unſern etc. et de an. 27. §. 1. daß auch zum vierten etc.

Sed haec contribuendi neceſſitas more noſtrati tum demum omnibus indiſtincte incumbit, ſi principi ac ordinibus ita contributiones indici ſpecialiter placuerit. Regulariter enim pro ratione & modo fundorum imponuntur, & ruſticorum ſaltem agri, ciuiumque domus oneri huic ſubiiciuntur, & hic modus collectandi dicitur antiquus, iſte nouus; uter autem horum ſit iuſtior & praeferendus, nunc disquirere inſtituti ratio prohibet.

Col-

Collectas princeps ſuo quidem nomine indicit (a) & contra moroſos ſemel prius monitos exequitur; (b) imponere tamen eos non poteſt (c).

(a) *L. A. de an. 1606. §. K. vvir haben uns auch etc.*

indicere autem nihil aliud eſt, quam quid, quantum, ubi & quando ſoluendum ſit intimare.

(b) *L. A. de an. 1606. §. L. weil auch die von ſtänden.* Addantur literae indictoriae. *L. A. de an. 1606. §. M. wiewol wir auch &c. & §. N. wir haben uns auch &c.*

Princeps autem indicendo & exequendo non niſi miniſterium praeſtat & cauſſa ſaltem adiuuans eſt;

L. A. de an. 89. §. ſolche zehen &c. ibi, und ſo offt es nöthig thut mit jährl. auſſchreiben und executorialen behülfflich ſeyn wollen. Reinking. 1. de regim. ſecul. 5. c. 4. n. 215.

principali cauſſa in ſtatibus imperii uel circuli uel prouinciae reſidente.

(c) Hoc tum ex iure communi, tum ex omnibus prouinciae receſſibus, in quibus de collectis agitur, uti ex infra dicendis perſpicuum eſt.

Modus collectandi ab ordinum pendet arbitrio;

L. A. de an. 89. §. O. ſo wollen vvir auch &c. in fin. & de an. 14. §. als vvir auch unſer getreuen &c. et de an. 22. §. P. damit vvir aber dennoch &c. et §. Q. vvegen des modi collectandi &c.

&

& quamuis ordines de modo inter ſe diſcordantes principi aliquando ſtatuendi arbitrium detulerint, attamen non ſolum reuerſales dedit, ſed etiam arbitrio hoc ita uſus fuit, ne inuitis quid obtruderet uel imperaret.

L. A. de an. 95. §. R. und ob vvol von allerley mitteln.

Princeps Phil. Iulius ſe immediatum quidem inter ordines iudicem gloriatus,

L. A. de an. 1606. §. S. hiernechſt haben vvir etc.

Sententiam tamen, utpote in cauſſa ex parte propria, dicere non auſus compoſitionem ſua autoritate tentauit, & ea non procedente ad compromittendum ordines induxit.

Huc etiam pertinet, quod, an ſtatus cum contributionibus ſimul & regiſtra ſua tradere teneantur, princeps ordinibus decidendum relinquit.

L. kaſtens uiſit. abſch. de an. 1611. §. T. Sund. Greifſsvvald. etc. L. A. de an. 22.

Verum adhuc indècifum ſupereſt negotium, & noua ſemper conuentione certum ordines definiunt modum.

Collectae ſunt uel imperiales, uel circulares; uel prouinciales.

Illae imperio, iſtae circulo, hae prouinciae penduntur. Collectas imperiales (a) item circulares (b) indicturus princeps, conſiliarios prius prouinciales aliosque ex ordinibus uocare, & ex eorum demum conſilio & ſecundum computa-

putationem ab illis & conſiliariis aulicis factam eas indicere tenetur.

(a) *L. A. de an. 1606. §. L. vveil auch von den ſtænden &c. & de an. 14. §. V. vvenn auf reichs- und creyß-tagen etc.*

Quamuis imperiales abſolutae ſint neceſſitatis, earumque nomine princeps ſuas collectare poſſit;

R. A. de an. 1544. §. und dievveil nun dieſe hülfe etc. L. A. de an. 95. zum andrn vvaren auf gedachten etc.

attamen cum earum ſolutio ex communi aerario, cui etiam princeps ſuam partem contribuit, ut praec. cap. dictum, & iuris communis eſt,

R. A. Auguſtae de an. 1582. §. und nachdem dieſe anſehnliche, ibi, aus ihren eigenen cammer-gutern und einkommen allein zu leiſten etc.

facienda & ſubditi non ultra, quam ratio quotae pendendae requirit, onerandi;

R. A. de an. 1544. 48. 57. Reinking. 1. de reg. ſec. 5. c. 4. n. 214.

inſuper quoque ante exactionem ſubditos monere, & quantum pendant, ſpecifice illis declarare iubeatur:

R. A. de an. 1566. §. dieweil nun dieſe &c. ibi, und daß den unterthanen zufœrderſt eigentlich und ausdrücklich die hülffe kundbar gemachet werde.

Nemini dubium eſſe poteſt, quin ordines uocare, illis imperii decretum exponere, communis aerarii uires cum illis excutere, inde-

indeque rationem, totane collecta requiratur an uero pars ſufficiat, inire debeat.

L. A. de an. 95. §. X. die gewilligte 20. monath &c.

ideoque in publicis conuentibus hac de re olim actum eſſe receſſus prouinciales docent, poſtea uero principes, ut ſumtibus, quos publicos conuentus poſcere querebantur, parcerent, inconſultis ordinibus eas indicere conati ſunt, d. ordinibus pro ſuo, ratione, lege & conſuetudine firmato, iure laborantibus, diu agitata, & tandem utraque parte de ſua intentione aliquid remittente, ad eum, quem dixi, modum redacta eſt.

(b) Circularium collectarum nomine princeps quidem ſuas de iure collectare non poteſt, uerum quia ſubditi, principibus eas poſtulantibus, ultro conceſſerint, eodem nunc iure quoad indictionem & exactionem cum imperialibus cenſentur.

L. A. de an. 14. §. V. wann auff reichs-und kreiß-tagen &c.

niſi quod praeterea, quae imperii conſtitutionibus exprimuntur, in conuentibus placuerit, uel dubium ſit, an circuli receſſus ſit legitimus & has prouincias obliget, uel an prouinciis hiſce collectas placito modo ſoluere expediat.

Acta conuentuum uniuerſae Vkermarchiae an. 20. & Sedini an. 21. tum enim ordinum prius conſilium & conſenſum requirere neceſſe eſt.

Literae principum Franciſci & Philippi Iulii ad electorem Saxonem die 1. Mart. an. 1620.

1620. §. *was aber &c. ibi: ſolches aber als ein extraordinar und willkührliches werck, befinden wir, daß bey derſelben beſchaffenheit wir ohne vorbewuſt und mit belieben unſer unterthænigen landſchafft uns hierin etwa erklähren könten, in betrachtung, daß wir mit derſelben in ſonderer vereinigung desfals ſtehen &c. & in §. fin. dieſe und andere etc. ſeyn auch erbietens unſere landſchafft zu færderlichſter gelegenheit hierüber zu beruffen, alle umſtände ihnen nach nothdurfft zu œffnen, und vvas ſie endlich bey dem vvercke zu thun gemeinet, zu vernehmen.*

Prouinciales collectae ſunt uel ordinariae uel extraordinariae. Ordinaria eſt, quae ad dotandam principis filiam indicitur.

L. A. de an. 89. §. V. vveil dann in ſolcher &c. & z. und ſintemahlen die von ſtædten &c.

Quamuis filiam dotare, principis potius quam prouinciae onus ſit, attamen quia ordines illud uel expreſſo uel tacito conſenſu ſuum pro parte fecerunt, prouinciae onus reputatur: ordinaria dicitur, quia perpetuam habet cauſſam, & certam cauſſa exiſtente determinationem.

Propoſ. conuentus de an. 95.

L. A. de an. 89. §. V. vveil dann in ſolcher chriſtlichen etc.

Extraordinariae ſunt uel neceſſariae, quae ob bellum uel aliam patriae neceſſitatem exiguntur, uel uoluntariae, quae principis neceſſitatibus in fiſci ſubſidium deputantur.

Ita extraordinarias ob cauſſam proximam impulſi-

pulſiuam diſtinguere licet, quae in illis urgens eſt neceſſitas.

L. A. de an. 89. §. 1. vvir haben uns auch etc. ibi: krieg und andere etc. et de an. 27. in pr. reuerſ. die 10. Mart. an. 14. ibi: keine extraordinar-ſteuren anmuthen wollen, es erfordere denn die unvermeidl. und unumgengliche krieges- oder andere gemeine landesnoth &c.

In his prona ac deuota erga principem uoluntas,

L. A. de an. 1606. §. weil wir auch ſchlieſslich etc. ibi: untertheniger liebe und treue, & ibi: aus untertheniger affection gutwillig &c. & de an. 14. §. als wir auch &c. ibi: aus untertheniger getreuen affection etc. & de an. 22. §. P. und obwol die getreuen ſtende &c.

tum etiam ob alias rationes: In his quippe ordinibus quantum, quomodo, quando quibusue conditionibus principi concedere uelint, liberum eſt, teſtantibus omnibus receſſibus ſed regnans in illis neceſſitas quantum & quando definit, & ſufficiens praeſens illimitatumque poſcit ſubſidium. Ad haec princeps has ab ordinibus petit moderate & charitatiue, uti loquitur

Roſenth. de feud. c. 5. concl. 79. n. 1.

& rationibus ac pollicitationibus eos ad decernendum inuitat.

L. A. de an. 89. §. 3. welches alles wir nicht unterlaſſen etc. & §. ſq. Propoſ. conuentus 22. Ian. an. 1605. facta it. replica, ibi: I. F. G. wolten die ſtende zu ſteuren nicht zwingen, ſondern begehrten nur gnedigl. I. F. G. ietzo

in deroſelben ehren-nöthen beyzuſpringen etc. literae principis ad Gryphiswald. de 31. Iun. 4. & 3. May an. 1605.

ideoque *land-boten* uocantur, quaſi *vom lande erbeten, fürſtl. ſchreiben an die ſtædte* ſub dato *Bart*, 3. Dec. an. 1594.

Illas neceſſitas imperat, demonſtrante eam ſpecialiter principe.

L. A. de an. 27. in pr. 5.

Has inſuper princeps pro beneficio acceptat, eoque nomine gratias agere, ſuamque gratiam uiciſſim promittere,

L. A. de an. 89. §. O. ſo wolten vvir auch unſer hoff- und hauſshaltung, ibi, und vvolten auch ſonſten, §. ſolche zehen, &c. ibi, vvelches alles vvir mit gnedigem dancke vermercket etc. reuers. d. 11. April. an. 89. ibi: vvir haben uns auch etc. & d. 20. Oct. an. 1606. & de 10. Mart. an. 14. ibi: vvelche ihre unterthänige vvillfährigkeit vvir mit ſonderbahren groſſen gnaden und dancke acceptiret. L. A. de an. 22. §. vvelches vvir dann mit gantz gn. dancke acceptiret.

nec non reuerſales de non facienda hinc conſequentia, uti & de implendis conditionibus, collectarum conceſſioni annexis, dare ſolet.

L. A. de an. 89. §. 7. vvir haben uns auch etc. & de an. 14. §. 8. als vvir auch etc. & ad reuers.

Sed in illis ualet, quod alias dicitur: in neceſſitatibus nemo liberalis.

l. rem legat. ff. de adim. leg.

Hae denique primario & immediate principis

cipis neceſſitati & commodo dantur & impenduntur, ſecundario & in conſequentiam prouinciae; illae uero totius prouinciae neceſſitatibus deſtinantur primario.

Collectae uoluntariae non temere nec ſine cauſſa decernantur.

Collectae pauperum lacrimae imo ſanguis uulgo dicentur, res ſine ratione: non magis ergo principem eas ſine cauſa petere, quam ordines temere eas concedere decet; ſi autem ingenuo principem urgeat aes alienum, ſine culpa eius contractum,

Marlius de homag. tit. 6. propoſitio in conuentu Wolgaſti 22. Ian. an. 1605. exhibit. §. demnach könnten I. F. Gn. den ſtänden, ibi: I. F. Gn. hættens nicht verſpielet oder verſchvvendet &c. propoſitio deputatis ex nobilitate & ciuitatum legatis 1. Iun. an. 1605. facta, ibi: in betrachtung daſs I. F. Gn. ohne alles verurſachen in dis weſen gerathen etc. L. A. de an. 26. zuforderſt ob wir wol etc. ibi, in betrachtung, daſs ja wir unter dieſen ſchulden nicht den geringſten heller verurſachet etc.

Vel alia ipſi ratione prouinciae incumbant onera, ut non ſolum praeſentis anni reditus, quos tamen ipſe non diminuit,

Roſenth. de feud. c. 5. concl. 79. lit. A. Hoſtiens. in ſumma aurea. tit. de immunit. eccl. n. 3.

non ſufficiant, ſed neque ſpes ſit, in futurum parſimonia ac prudenti prouentuum diſpenſatione tantum potuiſſe corradi, quo princeps aeri alieno uel oneri par eſſe queat.

L. A. de an. 89. §. 10. ſo betten ſie die ſtände etc. & §. 11. aus welchen allen denn erfolget etc.

propoſ. conuentus 22. Ian. an. 1605. coepti §. 12. den letzten punct etc. reuers. 11. April. an. 89. & 20. Oct. an. 1606. & 10. Mart. an. 14. dati. L. A. de an. 14. §. als wir auch etc. ibi: was maſſen ſie doch die motiuen etc.

Quod principem demonſtrare oportet:

de L. A. de an. 89. & de an. 95. de propoſ. d. 22. Ian. an. 1605.

nam ſoli eius aſſertioni non creditur;

Manl. de homag. tit. 9. n. 37.

tum ſubditos procul dubio principi ſubuenire decet, alias

Propter aes alienum principis uel alia onera, principem primario ac regimen ſpectantia, collectae regulariter non poſſunt. ---

L. A. de an. 89. §. 13. wir haben uns auch etc. & de an. 14. §. 8. alß wir auch etc. ibi: jedoch daß wir etc. & reuers. de eod. an. ibi: uns hiemit verpflichten, daß wir hinführo zeit unſerer regierung und lebens unſer getreuen landſchafft keine extraordinar-ſteuren anmuthen wollen, es erfordere denn ſolches die unvermeidliche und unumgengliche krieges-oder andere gemeine landes-noth etc.

Modeſt. Piſt. 2. conſ. 21. n. 47. 60.

Collectae neceſſariae non ſine cauſſae cognitione decernantur.

Reuers. de 10. Mart. an. 14. ibi: krieges-oder andere gemeine landes-noth, die denn von unſer landſchafft aus allen ſtänden für erheblich gehalten und angeſehen werden.

Non enim ſtatim, ut bellum eſt gerendum, uel alia patriam urget neceſſitas, ad colle-

ctas

ctas recurrendum, ſed princeps ſui prius fiſci uires excutiat,

l. fin. C. de priuil. dom. Auguſt. lib. II.

& his non ſufficientibus collectas in ſubſidium uocet.

Ideo quippe tanti principibus conſtituti ſunt reditus, ut patriae neceſſitatibus mederi poſſint, imo reditus hi ſunt quaſi ſtipendia, quibus militare & alia pro patria onera ſubire tenentur.

Mod. Piſt. 2. concl. 9. n. 12. Manl. de homag. tit. 9. n. 37. Limn. de iur. publ. 7. n. 50.

Collectae extraordinariae in publicis omnium ſtatuum proponantur conuentibus:

Hoc uti rationi conueniens & omnium regnorum nec non imperii Romano-Germanici omniumque eius prouinciarum praxi confirmatur,

Reinking I. de regim. ſec. 5. c. 4. n. 208.
Cominaeus de Ludouic. XI. lib. 10. p. m. 688. & 695.
Mod. Piſt. d. conſ. 9. n. 26.

ita etiam in patria noſtra obſeruatur;

d. receſſ. de 10. Mart. an. 14. ibi: von unſer landſchafft aus allen ſtänden etc.

& omnium conſenſu approbentur.

An ſingulorum, ita ut uotorum pluralitas non attendatur, diceretur forſan, non ſolum ſingulorum ordinum, ſed & ſtatuum requiri conſenſum; quia hoc ad plures tanquam ſingulos pertinere uidetur.

L. A. de an. 89. §. wir haben uns auch etc. ibi: doch haben wir die vonſtädten etc. & de an. 95. ſonſten wäre ihnen etc. & de an. 1606.

weil wir auch ſchlieſſl. etc. ibi: ſo haben ſich die etc. & §. und weil von allen unſern ſtädten etc. & de an. 22. jedoch haben wir die von ſtädten etc.

Sed contrarium quoque obſeruatum oſtendit

L. A. de an. 27. §. 14. und ob zwar die von ſtädten.

nec ſine ratione, cum publicam ſalutem ob nonnullorum priuata publicis praeferentium diſſenſum in periculum coniicere non parum abſurditatis contineat, nec refert, quod ſingulorum onus ſit & ideo ſingulorum quoque conſenſum requirere uideatur; hoc enim in iis, quae neceſſitatis ſunt, non procedit.

Felin. in c. cum omnes de conſtit. n. 17. fallit primo.

nec quae euidenter in communem uergunt utilitatem,

Felin. d. V. 5. ibi, & hanc fallentiam.

uti nec cum plurium ſententia humanior eſt.

l. maiorem. 8. de pact.

Ideo, cum maxime ueriſimile ſit, in conuentibus noſtratium publicis nonniſi quae cogit neceſſitas, uel ſuadet utilitas, pluribus probatum iri; generaliter ſancitum eſt, ut plurium uota attendantur.

L. A. de an. 14. §. 15. ferner die weltlichen ſachen etc.

Hinc in iſtis ex receſſibus prouincialibus ſupra adductis locis ciuitates conſenſum ſuum non denegarunt, ſed ſaltem ablegati earum limi-

limitatum praetendentes mandatum, referendi ſuis reliquorum collegiorum placitum copiam ſibi poſtularunt & ciuitates poſtea reliquis acceſſerunt.

CAP. XIV.

De iure moderationis.

1. QVod ordines principem monendi ad facienda ea, ſi forſan ceſſat, quae officii ratio & publica ſalus requirit (a) & ea, quae his aduerſantur, intermittenda (b) habeant poteſtatem.

(a) Veluti ut uacantia officia dignis iterum committat, ut conuentus indicat, ut cenſus rationem habeat, ut conſtitutiones non-uſu ferme antiquatas reducat.

(b) Vti ſi indignis beneficia conferat, uel profuſius uiuat, uel inofficioſis donationibus fiſcum exhauriat, angarias nimis frequentet, uel iniuſte quempiam laedat, uel iudiciorum uigorem inhibeat, ut utriusque exempla conuentuum acta ſuppeditant plurima.

2) Quod ſi princeps alicui uim inferat, uel quenquam in iure ſuo turbet, uel quocunque modo inique grauet, nec monitus a conſiliariis prouincialibus deſiſtat: ordines obſequium principi debitum uel contributionum promiſſarum ſolutionem ſuſpendere poſſint ac debeant, donec ad officium princeps redeat.

L. priuil. §. A. da wir unſere erben etc. L. A. de an. 14. §. B. im fall auch dieſem etc. re-

uers. de eod. an. ibi: im fall auch demſelben reuers der Pommerſchen herrſchafft, dem ſtiffte Cammin an. 1623. gegebpnen. §. D. und damit alles, ſo obſtehet etc.

Vt ita non omnino abſurde tritum illud: *treu herr, treu knecht*, hic applicari poſſe uideatur, uti id ipſum ipſi principes non diſſimulant, dum iuſto ac clementi regimine, ſe ſubditorum deuotionem & promtitudinem promeruiſſe gloriantur, & ſe ita porro eam promereri poſſe ſibi pollicentur.

L. A. de an. §. E. welches alles wir etc. ibi: in unterthaniger erwegung der gn. erbtheil-receſ. de an. 69. §. F. nehml. daſs vvir Barnim etc. teſtam. Ern. Ludou. §. G. Vor allen dingen ſoll unſer ſohn etc. ibi: landleute und unterthanen etc. erbeinigung de an. 69. §. h. ſonſten vvollen vvir unſere etc. ibi: ſanffimütige regierung etc. L. A. de an. 1606. §. I. belangend unſere getreue ſtände, & propoſitio an. 26. in conuentu Wolgaſti exhibita §. K. I. F. G. ſeyn an ihrem orte des gnedigen etc.

nec non mutuam inter principem & ſubditos obligationem & affectionem a parte ſua grauaminum abolitione conſeruari & labefactatam redintegrari, fatentur.

Literae principis 11. Mart. an. 1605. ad Gryphiswaldum datae, in quibus princeps ſe cum illis de tollendis eorum grauaminibus per conſiliarios ſuos tractaturum promittit & tandem addit, *der zuverſicht, der liebe Gott dergl. mittel zeigen vverde, damit zvviſchen uns und unſern unterthanen in gemein reſpectiue gnediges und unterheniges ver-*

vertrauen beybehalten vverden möge etc. & ad Anclamenſes de 9. Mart. an. 1605. ibi: abermahl zu verſuchen, ob etvva durch verleihung göttlicher gnade alle irrungen aus dem grunde gehoben, und zvviſchen uns und euch das gevvünſchte ziel der reſpect. gn. und unterthenigen correſpondenz beſtendigl. könte geſtiffiet vverden etc. L. A. de an. 1606. §. L. vveil auch die ſtädte ihre grauamina etc. in fin.

CAP. XV.

De conſiliariis prouincialibus.

CONſiliarii prouinciales deſumuntur ex praelatis, nobilibus ac ciuitatibus, Stralſundo, Grypheswaldo & Anclamo.

Antiquitus ex ciuitatibus etiam lectos fuiſſe principum Ottonis & Barnimi an. 1327. datum docet priuilegium, ibi: ex uaſallis autem illis communiter eligi debent quatuor milites & ex qualibet ciuitate duo conſules, quorum conſilio & conſenſu expedire & fieri debent omnia & ſingula, quae in terris his expediunt facienda &c. Sed poſt in deſuetudinem hocueniſſe & ſolos praelatos ac nobiles ad officium uocatos, facile quis ex

L. A. de an. 1606. §. A. nachdem auch von unſern etc. & §. B. ſq.

colligeret, ubi poſt conſtitutos ex praelatis & nobilibus certos conſiliarios, princeps ſe ciuitates quoque ad publicas conſultationes adhibiturum promittit, uerum quia addit, ſe hoc ex antiqua conſuetudine (*altem herkommen nach*) facturum, non obſcure ap-

paret, ciuitates quidem nunquam a concilio conſiliariorum prouincialium excluſas fuiſſe, ſed ſaltem illam certarum perſonarum deſignationem ab uſu receſſiſſe, unde reſuſcitata haec deſignatio

im L. A. de an. 14. §. C. vveil uns auch etc.

nouatio dicitur, & duplex hic ciuitates ad publica negotia uocandi modus clare diſtinguitur

in d. L. A. de an. 14. §. D. vvenn die ſtädte und gantze communen etc.

Eliguntur a principe, facta nominatione in duplo ab ordinibus.

Olim princeps eos nominauit & elegit ordinibus ſtipulatibus:

L. A. de an. 92. §. E. vvenn ſichs auch begiebet etc. & de an. 95. §. F. und vveil auch etliche ſtellen etc.

Poſt nominatio ordinibus data, ita ut e duobus ab iis nominatis alterum princeps eligat.

L. A. de an. 14. §. vveil auch uns unſere &c.

Licet autem hoc nominandi ius ad concedentis principis Phil. Iulii uitam reſtrictum, attamen cum a ſucceſſore non reuocatum, pro confirmato habetur. Quod enim mutatum non eſt, cur ſtare prohibeatur?

l. ſancimus C. de teſtam.

Origo eorum eſt antiquiſſima,

L. A. de an. 92. §. E. vvenn ſichs auch begiebt etc. ibi: vvie von alters gebührlich etc. & de an. 1606. §. A. nachdem auch von unſern ſtänden etc. ibi; altem herkommen zu folge etc.

Et

& mentio eorum fit in priuilegiis, quorum initium ultra 1463. annum excurrit.

L. priu. §. H. vvir vvollen etc. ibi, land- und hoff-räthe etc. & §. ſq. ibi: räthe unſer landſchafft etc. & poſt. räthe aus der land-ſchafft etc.

Vt ueriſimile ſit, eos circa tempora dictorum principum, Ottonis & Barnimi, coepiſſe, cuius

L. A. de an. 14. §. C. vveil uns auch unſere etc.

meminit: conſpicitur in eo 1) quod etiam ex ciuitatibus certae perſonae, quod in deſuetudinem receſſerat, in hoc collegiũ cooptatae. 2) Quod eorum nominatio ordinibus tributa.

3) Quod conueniendi ius ipſis conceſſum; quae nouitas iam propter ſucceſſoris conſenſum in perpetuum ius degenerauit, nec ſine ordinum conſenſu mutari poteſt.

L. A. de an. 1606. §. A. nachdem auch unſere etc. ibi: biß daß etwa künfftig etc.

Numerus eorum eſt duodenarius.

Nouem ſcilicet ex praelatis & nobilibus, & tres ex ciuitatibus.

L. A. de an. 14. §. C. weil uns auch unſere etc.

Officium eorum eſt 1) principi, ſi uocentur, conſilio adeſſe, (a) imo quod principi & patriae honori ac commodo futurum putauerint, ultro, licet non uocentur, ſuggerere (b).

(a) Cum enim caſus rempublicam concernens incidit, quo omnes ordines & ſta-

tus

tus conuocare, uel periculum, morae impatiens, non permittere, uel neceſſitas non requirere uidetur & tamen ordines plane praeterire non conueniens eſt, hi loco eorum uocantur.

L. A. de an. 92. §. 1. die inuitation. & § R. ſq. & de an. 1606. §. A. nachdem auch von unſern &c. ibi, dieſelben in vorfallenden &c. & de an. 14. §. L. dieſe unſere land-räthe &c.

(a) *L. A. de an. 14. §. M. dieſe zwölffe &c. ibi: oder ſonſten die land-räthe &c.*

2) Non alterius partis, principis ſcilicet uel ſubditorum, ſed utriusque & ſic totius patriae ſalutem ſpectare.

Hinc eſt 1) quod in conſulendo id, quod utrique expedire putant, ſuadere iubeantur.

L. A. de an. 1606. §. A. nachdem auch von unſern &c. ibi: des allgemeinen lieben vaterlandes &c. & de an. 14. §. M. dieſe zwölffe &c. N. ſeq. ibi: und dem lieben vaterlande coniunctim.

2) Quod conſilii arcana, alias non reuelanda, ordinibus, quatenus eorum intereſt, aperire poſſint.

L. A. de an. 14. §. 2. dieſe zwölffe &c. ibi: jedoch da etwas &c.

3) Vt priuilegia & iudicii aulici ordinatio ſarta & tecta ſemper ſint & probe obſeruentur, & quis contra ius & aequum grauetur, attendere.

L. A. de an. 14. §. M. dieſe zvvölffe &c. ibi: inſonderheit vvill ich &c.

4) Sin-

4) Singulis annis circa feſtum Bartholomaei uel alias, quando & quoties neceſſitas flagitat, uocantibus marſchallis prouincialibus de rebus, principis ac patriae ſalutem concernentibus, deliberaturos conuentum etiam inconſulto principe, Stralſundi uel Anclami alternatim, ſumtibus aerarii prouincialis habere.

L. A. de an. 14. §. N. dieſe unſere land-räthe &c.

5) Inter principem & ordines uel ſingulos uel ſtatum aliquem iudices agere.

L. priuil. §. O. und da vvir &c. L. A. de an. 14. §. P. im fall auch dieſen &c.

6) Computationem, ſecundum quam collectarum imperii & circuli (*reichs-und creyß-ſteuren*) indictio facienda, una cum conſiliariis aulicis conficere.

L. A. de an. 14. §. 2. vvenn auf reichs- und kreißtagen &c.

7) Receſſus ex uiſitatorum aerarii prouincialis relationibus a principe factos examinare.

L. A. de an. 14. §. R. nachdem auf einkommen &c.

Libere monendi principem habent facultatem, ſine metu offenſae.

L. A. de an. 14. §. S. dieſe unſere land-ræthe, ibi: ſo vvollen vvir auch etc.

Certo principi ac patriae obligantur iuramento, quod tale in

L. A. de an. 14. §. dieſe zvvölffe etc.

praeſcribitur:

Ich

ICh N. N. gelobe und ſchwere dem durchlauchtigen und hochgebohrnen fürſten und herrn, herrn Philippo Iulio, hertzog zu Stettin, Pommern &c. meinem gnädigen landesfürſten und herrn, daß ich S. F. G. dero erben und dieſes unſers geliebten vaterlandes gemeine beſte zu jederzeit wiſſen, und ſchaden wenden und warnen wil nach meinem hœchſten verſtande, wiſſenheit und vermögen, und weil ich neben andern zu einem land-rath verordnet, wil ich, wenn ich rath gefordert und gefraget werde, oder ſonſten die land-räthe alle oder mehrentheils neben mir für nöthig erachten, das etwas Sr. F. G. und dem gantzen lande gelegen, ich ſonſten ungefordert das rathen, das meines erachtens ſeiner fürſtl. Gn. dero erben und dieſem unſerm vaterlande zu ehren und beſten gedeien und gereichen mag, daran mich kein eigen nutz noch einige andere urſach oder anſehen der perſon und freundſchafft behindern ſoll. Ich will auch die geheimnis und rathſchläge, ſo mir vom hochgedachten meinen gnädigen landes-fürſten und herrn anvertrauet, da es Sr. F. Gn. deroſelben erben und vaterlande zu ſchaden und nachtheil gereichen mag, nicht vermelden, ſondern dieſelbe in geheim, und bis in meine grube verſchweigen und bey mir behal-

behalten; Iedoch da etwas vorfallen würde, daran die landſchafft mit intereſſiret, ſolches ſoll den landſtänden zu vermelden mir frey ſtehen und vorbehalten bleiben. Inſonderheit will ich daran ſeyn, daß über die land-priuilegien und gerichts-ordnung feſtiglich gehalten, und niemand wider recht und billigkeit beſchweret werde, auch alles darthun, handeln und laſſen will, was einem getreuen land-rathe zuſtehet und gebühret, alles getreulich und ohne gefehrde, als mir Gott helffe.

LIB. III.
DIPLOMATARIVM BRANDEBVRGICVM
ab an. 1100. ad an. 1500.

NVM. I.

GVNZELINI *com. Suerinenſis donatio facta ordini S. Ioannico uillae* Godin, *excepto* ſanguinis iudicio *& oneribus ad prouinciae tutelam, an. 1100.*

DONATIONES

GVNZELINVS, comes in ZVERIN & frater eius *Heinricus*, dilectis fratribus hoſpitalibus ſancti *Iohannis* in Ieruſolima I.N.m. Quia *caritatis* opera, poſterorum recordatione digna, per antiquitatem temporis a memoria uiuentium in obliuionis exilium perigrinari poſſunt:

cur litterariae?

Ideo tali negligentiae ſalubriter occurrere uolentes creatori noſtro, licet in modico bonae uoluntatis noſtrae, deuotionem exhibitam in praeſentia

Villae *Godin.*

ſcribi, *ſigilli* noſtri impreſſione fecimus communiri. Villam itaque GODIN cum omnibus attinentiis ſuis & cum omni iure, praeter IVDICIA SANGVINIS, uniuerſam quoque dotem eccleſiae in EKELEN, olim aſſignata pro remedio & ſalute animae noſtrae & animarum patris, matris & fratrum noſtrorum, eo uidelicet tenore contulimus uobis: ut

ut praedicti agri & eorum cultores a *com muni* SERVITIO, quod ad conſtituendam urbem uel ad parandam debetur & ab omni EXACTIONE, praeter eam, quam TERRAE DEFENSIO poſcit, liberi maneant & exemti. TESTES autem hi aderant Gwilhelmus; Geroldus de *Ekellen*; Godefridus de *Friberge*; Switherus, Fridericus *Haſencob*. Acta ſunt haec anno Domini *milleſimo centeſimo*.

Immunitas, excepta terrae defenſione. Teſtes.

NVM. II.

Comes de WERTHBEKE *donat monialibus* inſulam B. Mariae *ibique condit coenobium, quod conſecrauit epiſcopus* FARDENSIS *an. 1160.*

IN *nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis*, HERMANNVS, diuina ordinante miſericordia FARDENSIS eccleſiae *epiſcopus*. Nouerit omnium fidelium Chriſti tam praeſentis quam futuri temporis induſtria: quod *Hermannus* comes, Odhelrici comitis de *Wertbecke* filius, pro remedio animae ſuae ſuorumque parentum in fundo terrae ſuae, quae nunc *inſula ſanctae Mariae* uocatur, libere *Deo* & B. *Mariae* obtulit & ibi canonice & incluſas *moniales* ſub regula AVG. Deo & B. Mariae ſeruire inſtituit. Quo quidam uenerabilis frater Yſo aduenіens, ut aeternam ſui nominis memoriam apud Deum conderet, in eodem dicto agro nocte & die laborauit & proprio labore fideliumque oblatione adiutus, hanc eccleſiam Deo cooperante conſummauit. Praedictus ergo co-

mes VII. *manſos hereditatis* ſuae, conceſſione heredum ſuorum, eidem eccleſiae libere contradidit. Ea ratione, ut ipſe eiusque filius, uel ſi filii defuerint, quicunque ſenior in cognatione eſſet, defenſor & ADVOCATVS eiusdem eccleſiae diceretur & eſſet: Nos uero eiusdem comitis & praedicti fratris petitionibus acquieſcentes eandem eccleſiam in honore ſanctae *crucis* & *beatae Mariae* IIII. idus Decemb. CONSECRAVIMVS &, ut auditoribus diuini officii non careret, uillam *Diesthorp* pro recompenſatione unius manſi matri eccleſiae dare & VIII. uillas uidelicet *Berchmere*, *Abbanthorp*, *Verenthorp*, *Pychenuſen*, *Ellenbecke*, *Wadecoten Budenſlete*, *quarum incolae adhuc* SCLAVI *erant*, eidem eccleſiae contradidimus, ipſos etiam canonicos ibidem ſeruientes promiſſione fundatoris liberam ELECTIONEM in ſubſtituendo praelato habere decernimus & ut nulla perſona ſpiritalis, ſiue ſecularis, ſuper eosdem, Deo ibi ſeruientes, non ſolum, ſed palam pariter eorum poteſtatem uel praelationem ſibi uſurpet, firmiter praecipimus, & ut haec noſtrae autoritatis donatio ſtabiliter permaneat, *banno* confirmamus & *ſigillo corroboramus*.

Data anno ab incarnatione Domini CIↃ CC LXI. indict. VII. epact. XXII. concurrente VI. anno Hermanni Epi XIII. regnante FRITHERICO Romanorum *imperatore*.

NVM.

NVM. III.

INNOCENTII *papae bulla, de non obtrudendis capitulo* BRANDENBVRGENSIS *eccleſiae* canonicis *uel per ſe uel per apoſtolicos legatos an.* CIↃ CCC - -

INNOCENTIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabili fratri epiſcopo & dilectis filiis, *capitulo* BRANDENB. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Paci ac tranquillitati ueſtrae ac Brand. eccleſiae paterna uolentes impoſterum ſollicitudine prouidere, auctoritate uobis praeſentium indulgemus, ut ad *recipiendum* aliquem in *canonicam* uel *prouiſionem* alicuius in penſionibus ſeu praebendis uel dignitatibus, aut aliis eccleſiaſticis beneficiis compelli *autoritate ſedis* apoſtolicae uel *legatorum ipſius* minime ualeatis, absque *ſpeciali mandato ſedis* eiusdem, faciente plenam de BRANDENB. *eccleſia* & hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omni homini liceat paginam noſtrae conceſſionis infringere &c. *Lugdun.* XII. cal. Aug. noſtri anno 13 - -

NVM. IV.

INDVLGENTIA *plurium epiſcoporum, facta illis, qui eccleſiam S.* Petri *extra muros urbis* STENDALIAE *uiſitauerint interfuerint-*

 que

que ibi precibus & miſſae

an. CIↃCCXVIII.

VNiuerſis Chriſti fidelibus, praeſentes literas inſpecturis, miſeratione diuina Petrus ARBORENSIS archi-epiſcopus Guilhelmus CALLENSIS Marcellinus TVRTIBVLENSIS Bonifacius PARENTINVS & Conradus TVLLENSIS ſupra dictarum eccleſiarum epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam. Velut uere fidei Zelatores paternis inductionibus chriſticolas ad ſancte operationis miniſterium ſummopere decreuimus excitare; ut titulo ſollicitae pietatis florere ualeant & oportunae conſolationis commoda conſequantur: Omnibus uere penitentibus & confeſſis, qui in *feſtiuitatibus* glorioſae uirginis *Mariae annunciationis*, *aſſumtionis*, *natiuitatis* & *purificationis* nec non Petri & Pauli ac ſingulorum apoſtolorum *feſtis* ac per octauas eorundem ac in ſingulis diebus *dominicis* ad eccleſiam ſancti *Petri* extra muros STENDAL, *Halberſtad. dioec.* cauſa deuotionis acceſſerint & crucem cum proceſſione deuota pietate ſequentes, pro animabus fidelium, quorum corpora ibidem in cimiterio ſunt humata, *dominicam* orationem cum *angelica ſalutatione* pia deuotione dixerint ac miſſam ibidem audierint, de omnipotentis Dei *miſericordia* & beatorum *Petri* & *Pauli*, apoſtoſtolorum eius, patrocinio confidentes quilibet noſtrum *quadraginta dies* indulgere de iniunctis ſibi penitentiis, dummodo hanc

noſtram

noſtram *indulgentiam* loci dioeceſanus ratam habere uoluerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cuius rei *teſtimonium* praeſentem cedulam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum ROMAE anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo, decimo die Ianuarii, pontificatus domini NICOLAI papae quarti anno primo, indictione ſecunda.

NVM. V.

OTTONVM, *marchionum* BRANDENBVRGICORVM, *codicillus, a* Lebuſenſi *epiſcopo tranſumtus & exemplatus, de finibus regundis quatuor* marchiarum *ciuitatis* FVRSTENWALDAE *an.* CIↃ CCLXXXV.

IN *nomine Domini Amen!* Cum in humanis diſpoſicionibus nihil ad ſumme ſoliditatis culmen peruenire ualeat, ſed ſemper de hominum geſtis, quamuis rationabilibus, tanquam de naui, que ſub ſerenitatis tempore fluctuum periculis eſt expoſita, calumniarum tempeſtates timeri oporteat, neceſſe eſt, eaque ex *principum ordinatione* pia proceſſerunt circa ſuorum commoda *ſubditorum,* ne *uetuſtates* temporis obliuionum nebulis obfuſcentur, renouationis *antidoto medicari;* ut ipſa, que uentura ſunt, uultu innouacionis aſſumpto *iuueneſcant,* & in agnicionis lucem ſe erigant clariorem. Hinc eſt, quod

nos, OTTO & OTTO iunior Dei gratia MARCHIONES BRANDENBVRGENSES, iſtius tenore pagine notum fieri cupimus uniuerſis. Quod nos ambo parificatione, conſenſu & uoluntate unanimi, ciuitatem noſtram FVRSTENWALDE, que iacet ſuper fluuium, qui uocatur *Sprewe*, & *homines* ipſius *ciuitatis* in omnibus iuribus & diſtrictibus eorum, ſicut ab *antiqua plantatione* fuit fundata, ab omnibus ipſam *pulſantibus* uolumus tueri & inuiolabiliter obſeruare. Hec ſunt diuiſiones, que QVATVOR partes MARCHIE dicuntur, ubi *diſtrictus* predicte ciuitatis terminantur, uidelicet de uia, que in uulgari dicitur ein TAMM, que eſt ſita prefate ciuitati aſcendendo usque ad aquam BIRCKEND-BRÜCKE, & ab eodem deſcendendo usque in VNSALDE, *de Vnſalde* usque in flumen, quod de LAND TRIBVSCH procedit, quod dicitur ein LACKE, que eſt uicinior VNSALDE de dicta LAKA medietas ipſius usque in lacum, TRIBVSCH nomine, & lacus TRIBVSCH ex toto fuit ciuitati memorate & pratum ex utraque parte dicti lacus. Simili modo, de lacu TRIBVSCH usque ad arborem, que ein MALBOM dicitur, illorum de BEERENWALDE, aſcendendo de eodem MALBOM usque arborem uille BVCH HOLTZ de arbore in Buchholtz, usque ad arbores duas in MÜENDORFF, de eisdem arboribus usque ad oltum palus, quod ex toto cedit ciuitati. Pratum, quod SEINZE appellatur, ſimili modo ex toto usque in aquam *Birckenbrücke;*

Merica *de Birckenbricke* ex altera parte aque *Sprevve*, usque ad Tam ciuitatis redeundo,

undo, de Tam ciuitatis ex altera parte aque *Spreevve*, uiam antiquam *in Ruvven*, usque ad montem *Ruvven de henghendenberge* in uulgo *Ruvven* usque ad magnum lapidem, qui iacet circa uiam *Spreevvenhaime*, de magno lapide uiam antiquam *in Sprevvenhaine*, usque ad *Mulenbrücke* paludem, que in uulgo ein BRVCH dicitur, in parte inferiori in *Wulenbrücke* usque ad *Criblacke*, de Criblake deſcendendo usque in aquam *Sprevve*. Hec ſunt igitur mete, in quibus QVATVOR PARTES MARCHIAE ſunt notate predicte ciuitatis, que ad ipſam denoſcuntur ſpectare, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et ne ullum dubium exoriri ualeat, preſentem paginam deſuper conſcriptam eisdem ciuibus dicte ciuitatis in teſtimonium dedimus noſtrorum ſigillorum munimine roboratam. Datum in MELRATZE an. Domini *milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto*, feria ſecunda proxima poſt Tiburcii & Voleriarii martirum beatorum, teſtibus ſubnotatis, domino Hermanno *Botelone* & domino *Baruth* & pluribus aliis fide dignis. Nos uero *Wenzeslaus*, epiſcopus ſupra dictus iuſtis precibus dictorum ciuium annuentes dictum PRIVILEGIVM diligenter legimus & perſpeximus & *transſumi* & *exemplari* fecimus, decretum & authoritatem noſtram ordinariam interponentes, uolentes quoque, quod preſens transſumtum in iudicio & extra ſicut originale priuilegium plenariam fidem & probationem facere ualeat atque poſſit. In cuius rei teſtimonium *ſigillum* noſtrum praeſentibus eſt appen-

ſum, datum in *caſtro* noſtro *Lubus* XI. die menſis Octobris anno Domini *milleſimo treceteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.* Preſentibus honorabilibus & diſcretis uiris, dominis Thoma de *Bythan* canonico Legnicenſis ecclefie collegiate, *Neukero Plebano* in Sluyn, Gregorio uicario *Legnizenſi* capellano noſtro, & Vlrico de *Spira* notario noſtro & aliis pluribus fide dignis, tranſumtum ſuper priuilegio exprimente metas, & grencias ciuitatis Forſtenwaldenſis.

NVM. VI.

Donatio ad LAMPADEM, *perpetuo ardentem, conuentus in* DAMBEKE *ueteris marchiae, ſub poena* priuationis *lampade extincta, quam ſumere debeant* Salzwedelenſes *an.* 1288.

In DAMBEKE conuentus. NOs Dei gratia FRIDERCVS *prepoſitus*, ODA *abbatiſſa*, GERTRVDIS *prioriſſa* totusque *conuentus* eccleſiae in DAMBECKE recognoſcimus praeſentibus publice proteſtando: quod piis *eleemoſynis* magiſtri *chriſtiani* felicis memoriae unum *chorum ſiliginum* in

Vizceke. uilla noſtra *Vizeke* comparauimus, ſingulis annis dandum & ad *lampadem*, quae ob amorem Dei & reuerentiam glorioſe ſemperque uirginis *Mariae* ac ſuae animae pro ſalute in eccleſia noſtra die nocteque perpetuo ardebit, diligentius conuertendum. Si autem chorus prefatus, quod abſit, per nos uel ſucceſſores noſtros in aliquos alios uſus; ſed ſolum

ſolum modo *Lampadis* prehabite uerteretur, ex tunc conſules ueteris ciuitatis *Salzvvedele* plenam habebunt poteſtatem eundem *chorum* in uſus eccleſiae beatae *Mariae* uirginis *Saltzvvedele* conuertendi. Huius uero facti teſtes ſunt dominus *Bernhardus* ſacerdos, & Iohannes Georgii magiſtri chriſtiani *teſtamentarius*, Dittmarus de *Vlſen*, Henricus de *Mechovve*, Henricus de *Gorzeke*, Iohannes de *Witinge*, Henricus *Dertreuel*, Hermannus *Cronecke*, Nicolaus *Plume*, Thetardus *Felix*, Henricus de *Thuritz*, Nicolaus de *Mechovve*, Bartholdus de *Vlſen* & Henricus *Hogh conſules* predictae ciuitatis *Salzvvedele*, quorum ſigillo preſens *ſcriptum* una cum noſtro in maiorem teſtimonii euidentiam unicorditer fecimus roborari. Datum & actum anno gratiae *milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo* in uigilia omnium ſanctorum.

Lampadis uſus. **Teſtes.** **Dat. 1288.**

NVM. VII.

Copia PRIVILEGII CREMMENSIS *dominorum marchionum* BRANDENBVRGENSIVM *ab anno 1288. limitibus loci & oneribus deſcriptis.*

IN *nomine Domini Amen!* OTTO, CONRADVS, HEINRICVS & IOHANNES, *Dei gratia*, BRANDENBVRGENSES & de LANDSBERG MARCHIONES; omnibus has literas inſpecturis, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam humana mens de facili labitur in *obliuionem*, neceſſarium duximus, ea, quae a nobis ra-

tionabiliter geſta ſunt, ſcriptis memoriae commendare. Inde eſt, quod notum eſſe uolumus, tam praeſentibus, quam futuris & tenore praeſentium proteſtamur; quod cum *burgenſibus* noſtris in *Cremmen*, mediante diſcretorum uirorum noſtrorum prouido conſilio & maturo placitando, conuenimus in hunc modum: uidelicet, quod omnem *libertatem*, quam ab *antiquo* habuerunt, uniuerſa & ſingula ipſis dedimus, & donauimus, quocunque cenſeantur nomine. Videlicet *ſyluam*, ſiue *lacum*, qui uocatur *Moder*, *vsque* ad *Scharpenberg*, a monte *Scharpenberg*, usque ad fluentem *Rhyn*, a fluente *Rhyn*, usque ad uiam *Rortendamm*, & ulterius uerſus *Schwartelake*, cum omnibus eorum prouentibus, lignis, graminibus, paludibus, paſcuis, aquis, agris, pratis atque ſyluis, & omnibus aliis utilitatibus intra contentis, ipſis donauimus, & contulimus perpetuo poſſidendas; adiicientes praeterea, quod dimenſio ſiue ordinatio, menſuratio in campis, agris, paſcuis & paludibus, & in aliis attinentibus uniuerſis ciuitatis *Cremmen*, per *aduocatum noſtrum Gallum* & per Erneſtum *Famulum* de *Kalene* nunc facta eſt, non debet a nobis nec a noſtris ſucceſſoribus haereditariis deinceps fieri *dimenſio aliqualis*. Item ciuitas *Cremmen* & *Burgenſes* habebunt ſua, & forum, *ciuitatem*, cum *molendino* Rosmolen, ut hactenus conſueuerunt. *Libertates* etiam, quas a nobis & a noſtris *progenitoribus* ſibi prius datas rationabiliter, in perpetuum obſeruabunt, dummo-

do

do nobis de quolibet *manſo tres ſolidos denariorum Brandenburgenſium* in feſto ſancti *Martini* ſingulis annis miniſtrabunt. Pro huiusmodi quidem *libertate*, ad donationem, & omnibus aliis articulis praemiſſis, praetacti *Burgenſes* nobis dederunt *centum talenta*, & *quatuor talenta denariorum Brandenburgenſium* paratorum. In ſupra dictorum ſiquidem omnium euidens teſtimonium & cautelam, preſentem paginam fieri iuſſimus, ſingulorum nominum impreſſionibus conſignari: teſtes huius rei ſunt Iacobus de *Schlieben*; Iohannes de *Nouen*; Hermannus de *Rödern*; Zauellus de *Plauia*; Iohannes de *Blanckenburg*; Heinricus de *Stegelitz*; Arnoldus de *Badingen*; Nicolaus de *Schlabberndorff*; Heinricus de *Hackenbeke* & *Gallus* tunc temporis *aduocatus*, *milites* & alii quam plures fide digni.

Actum & datum *Böltzo* anno Domini MCCLXXXVIII. quinta feria ante aſcenſionem Domini, & datae per manum domini Iohannis de *Clepelshagen*, noſtrae curiae notarii & capellani.

(L. S.) (L. S.) (L. S.)

NVM. VIII.

BVLLA *epiſcopi* HALBERSTADIENSIS, *de* indulgentiis *uariorum epiſcoporum, conceſſis eccleſiae* STENDALIENSI *extra muros ratis & gratis eidem. an.* 1289.

Nos

NOs VOLRADVS, *Dei gratia Halberſtadienſis eccleſiae epiſcopus*, Chriſti fidelibus uniuerſis audituris preſentem literam ſeu uiſuris. Notum eſſe uolumus, quod reuerendorum patrum dnrum *Petri* Arborenſis archi-epiſcopi Guilhelmi Callenſis *Marcellini* Turtibulenſis Bonifacii *Parentini* & Conradi *Tullenſis* eccleſiarum *epiſcoporum indulgentias*, datas eccleſiae *ſancti Petri* extra muros ciuitatis *Steyndale* noſtre dioeceſios RATAS TENEMVS easque, tenore preſentium, in nomine Domini confirmamus. De omnipotentis *Dei* miſericordia & beate *Marie uirginis* matris eius ac beatorum *Apoſtolorum* ipſius *Petri* & *Pauli* ac ſancti Stephani protomartiris, *patroni noſtri*, meritis & authoritate, ac noſtra confiſi omnibus *uere penitentibus* & confeſſis ſecundum omnem tenorem *indulgentiarum* ſanctorum *patrum epiſcaporum uiginti dies* de iniuncta penitentia miſericorditer relaxamus. Datum *Halberſtad.* MCCLXXXIX. *quinto* idus Maii *pontificatus* uero noſtri trigeſimo ſexto, anno.

NVM. IX.

Litera ciuitatis WVSTERHVSANAE *de* CEREVISIA *danda pauperibus in domo Sti.* Spiritus, *largitore Wernero de* PLANITZ *1307.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Amen.* Quum omnium habere *memoriam* & in nullo penitus *heſitare* magis eſt *diuinitatis*, quam *humanitatis*; conſcribi fecimus

mus ea, quae coram nobis aguntur, ne obliuioni tradantur.

Hinc eſt, quod nos *conſules ciuitatis* WVSTERHVSEN infra ſcripti, uidelicet *Iohannes de* SCHNACKENBORCH, Allardus *Michel de* SVARTELOSE, Zacharias de HVYOWE, Petrus de HAGE, Heinricus de CAMPYL, Fridericus HVNDERTMARCK, Diederich DIVES uniuerſis praeſentia uiſuris ſcribimus; proteſtantes; quod cum *Wernerus* dictus de PLANITZ quandam ſummam *pecuniae*, diuina ſibi largiente gratia, collegiſſet, fecit, ut debuit & quandam *elemoſynam* perpetuam pauperibus in *domo Sti Spiritus* manentibus ad remedium *animae ſuae* conpellauit, ſcilicet xv. tal. Elemoſina eſt haec. Videlicet quod *prouiſores* domus iam dicte omni *ſeptimana* dabunt pauperibus inibi manentibus *cereuiſiam ſolido* comparatam, cuius *cereuiſie* pars dimidia *quartis* feriis perpetuis temporibus dari debet. Vt autem haec acta a quibuscunque maneant perpetuis temporibus inconuulſa, praeſens ſcriptum inde confectum conſcribi iuſſimus & ſigilli noſtri firmauimus munimento.

Datum & actum WVSTERHVSEN anno Domini 1307. in natiuitate St. Iohannis baptiſtae per manus Iacobi, tunc temporis noſtri *notarii*.

NVM. X.

LVDOVICI Romani, *marchionis* Brandeburgici, *priuilegium, nouae urbi* STENDALIAE *indultum & firmatum*,

matum, de INCISIONE PANNORVM, *pace conſenſuque aliarum ciuitatum, teſtibus & nobilibus & miniſterialibus 1353.*

CVm ſecundum *uariationem temporum* acta ſaepius etiam uarientur humana; expedit igitur ea *literarum* ope *memorialiter* in ſuo robore ſtabiliri. Quamobrem *nos* LVDOVICVS ROMANVS, Dei gratia *marchio Brandenb.* & *Luſatiae*, ſacri Romani imperii *archi-camerarius*, comes *palatinus Rheni* & *Bauariae dux*, publice proteſtamur in his ſcriptis: quod prudentibus & diſcretis uiris ciuitatum noſtrarum *antiquae* & *nouae* SOLTWEDEL *conſulibus fidelibus noſtris* dilectis, in noſtra ac conſilii noſtri praeſentia, conſtitutis utriusque etiam ciuitatis *literis uiſis* ac ſanius intellectis, ipſis ab ILLVSTRIBVS PRINCIPIBVS praedeceſſoribus noſtris nec non a LVDOVICO *ſeniore fratre* noſtro chariſſimo, *marchionibus Brand.* datis & indultis ad ſedandam *contentionem* & omnem diſcordiae rancorem, iam dudum inter praedicatarum *ciuitatum conſules*, ſuper INCISIONE PANNORVM, minus amicabiliter continuatum, fidelium *ac conſiliariorum noſtrorum* & aliarum *ciuitatum noſtrarum conſulum* maturo praehabito *conſilio* & *deliberatione*, ſecundum literarum utriusque ciuitatis continentiam *finaliter decernendo* ſtatuimus & ab *utriusque ciuitatis* praedictae tam praeſentibus, quam futuris *inhabitatoribus* uniuerſis inuiolabiliter obſeruari.

Sic

Sic praecipimus & mandamus; quod ipſa uidelicet ciuitas noua *Soltwedel* in INCIDENDO PANNOS, ſuper quo inter ipſas ciuitates hactenus altercatio, ut praemittitur, uertebatur, omni eius modi iure, PRIVILEGIO, conſuetudine & honore omnibus modis & conditionibus, nil addendo uel deminuendo, frui & gaudere de coetero debebit, quibus & ipſa ciuitas antiqua *Soltwedel* in praemiſſis fruitur & utitur quouis modo. Vt igitur omnia & ſingula praenotata in ſuo *robore* conſeruentur & *inconuulſa*, *noſtro* ac *heredum noſtrorum* nomine firmiter mandamus & praeſentes dare fecimus SIGILLI *noſtri* appenſione & munimine firmiter communitas, praeſentibus nobili uiro Ottone *Wend*, domino in *Neburgk* ſtrenuisque uiris Petro de *Bredow*, Buſſone de *Aluenleben*, Petro de *Teutenbergk*, NOSTRO *marſchalco*, Iohanne *Pincerna* de *Vlechtingen*, *militibus*, nec non honorabili uiro Ludolpho *praepoſito* in Soltwedel, Wernero & Henrico de *Schulenburg*, Gunthero & Guntzelino de *Bartensleben*, & Nicolao *Bismarck*, cum coeteris pluribus fide dignis. Datum STENDAL anno Domini *milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio*, feria tertia ante feſtum Pentecoſtes.

NVM. XI.

WOLODEMARI, *marchionis* Brandeburgici, *uenditio facta ciuibus de* WVSTERHVSEN, *annui cenſus & uillae* KLEMPOWE *& de* STAGNO *ibidem*

dem & de Stagno Buckwitz *dicto. an. 1308.*

I*N nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Amen!* Humanae actiones a memoria hominum laberentur, ſi non fideli teſtimonio ſcripturarum firmarentur. Hinc eſt, quod nos OTTO, & WALDEMARVS, Dei gratia *Brandenb.* & *Luſatiae* MARCHIONES, tam praeſentibus, quam futuris cupimus fore notum: quod honeſtis *conciuibus* noſtris & dilectis in WVSTERHVSEN, in reſtantium ipſorum debitorum, uidelicet pro *octoginta Marcis argenti* uillam KLEMPOWE cum *Stagno* ibidem & *Stagno* in *Buckwitz*, nec non duos *denarios* in cenſu noſtro, qui *Worttins* dicitur, in ciuitate WVSTERHVSEN predicta, ipſis ſingulis *annis* in feſto *Sti Martini* confeſſoris perſoluendos, cum omni iure, quo nos poſſedimus, dedimus & donauimus proprietatem, libere & *licite proprietatis titulo* & *articulo* uniuerſa bona ſuperius, tranquille perpetuis temporibus poſſidenda, *abrenunciantes* omni iuri, quod nobis aut noſtris heredibus futuris temporibus cedere poteſt bonis ab eisdem. Ne alicui dubium impoſterum poſſit ſuboriri, preſentem dedimus paginam noſtrorum *ſigillorum* muminime roboratam. *Teſtes* huius facti ſunt noſtri milites Nicolaus de BVCH, Conradus de RÖDERN & alii quam plures fide digni. Datum WERBELIN anno Domini *milleſimo trecenteſimo octauo* in craſtino ſancti Michaelis.

NVM.

NVM. XII.

WOLDEMARVS, *marchio* Brandenburgenſis, *confirmat uenditionem cenſus frugiferi, factam contubernio hominum* LEPROSORVM *in* Stendalia *urbe* 1315.

V*Niuerſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, innoteſcat:* quod nos WALDEMARVS, Dei gratia BRANDENBVRGENSIS & LVSATIAE *marchio*, propter merita & fidelitatem, quibus fidelis noſter *miles, Gherardus de* KENKOWE, apud noſtram extollitur reuerentiam, dedimus & damus eidem *militi* liberaliter proprietatem quatuor *chororum*, ſitorum in *uillis Oſt-herrn* & parua *Moring ſiliginis & ordei*, quos *choros*, cum proprietate eorundem, idem *miles* uendidit prudentibus uiris conſulibus in STENDAL: qui huiusmodi *choros* & proprietatem in ſubleuamen *leproſorum*, a Deo *percuſſorum*, qui extra communionem a facie populi ſunt proiecti, CAPELLE dictorum abiectorum, ad honorem beatorum *Mauritii* & beate *Margarethae*, in ſalutem *ſuarum* atque *ſuorum* progenitorum & ſucceſſorum, *animarum*, zelo ducti miſericordiae, apponere curauerunt, quae quidem *capella* extra & prope ciuitatem STENDALL praedictam noſcitur ſituata. Et ut huiusmodi factum *pietatis* ſemper maneat inconuulſum, preſentibus literis apponi iuſſimus noſtrum SIGILLVM, ad geſte rei memoriam ſempiternam.

Kk TESTES

TESTES ad hoc uocati ſunt, Bartholdus *Schenko*, Redeco *Marſallus*, MILITES; *Stotheco*, prepoſitus *Dymmenſis* & alii fide digni. DATVM *Tangermunde* per manum Hermanni de *Luchowe*, anno *domini milleſimo* CCCXV. ſabbato ante dominicam Laetare proximo.

NVM. XIII.

WOLODOMARI, *marchionis* Brandenburgenſis, *donatio aliquot cenſuum facta, pro ſalute* animarum *etiam ſucceſſorum*, capellae *in* STENDALIA *urbe 1315*.

NOuerint *uniuerſi, ad quos latum fuit preſens ſcriptum*. Quod nos WALDEMARVS, Dei gratia *Brandenburgenſis* & *Luſatie marchio*, propter Deum & ob ſalutem *animarum noſtri* noſtrorumque *progenitorum* & SVCCESSORVM dedimus & per praeſentes literas damus libera mente proprietatem dimidii CHORI SILIGINIS & dimidii CHORI HORDEI, in uilla DORVSTEDE iacentium, altari *beati Thome*, ſito in *capella* apud ſanctum Nicolaum in STENDAL. Et, ne huiusmodi noſtrum factum contingat ab aliquo in poſterum irritari; noſtro *ſigillo* munire iuſſimus preſens ſcriptum, perpetuis temporibus duraturum. TESTES autem ad hoc uocati ſunt *ſtotheko* praepoſitus *Dymmenſis*, Bartholdus *Schenko*, *Redeko* noſtre *curie marſchalcus*, cum aliis pluribus fide dignis. ACTVM & DATVM *Tangermünde* anno Domini 1315. ſabbatho ante dominicam Laetare proximo.

NVM.

NVM. XIV.

IOANNIS, *marchionis* Brandeburgenſis, *donatio facta aliquot* ſtagnorum *ciuitati* Kyriz, *interueniente pecunia cc.* marcarum *argenti* Brandenburgenſis *1316.*

IN *nomine Domini Amen!* Actiones, quas mundus ordinat, ſaepe delet ſucceſſus *temporum*, niſi muniantur *firmo charactere literali*. Ea propter *nos* IOHANNES, *Dei gratia Brandenburgenſis & Luſatiae marchio*, uniuerſis Chriſti fidelibus, ad quas praeſentes litere peruenerint, publice uolumus eſſe notum, quod dilectis & fidelibus noſtris ciuibus ciuitatis KYRITZ tam praeſentibus, quam poſteris uniuerſis dimiſimus & per praeſentes literas dando liberaliter *dimittimus* noſtra ſubſcripta STAGNA, ſcilicet *ſtagnum* STOLP integrum & ſtagnum BANTECKOW integrum, nec non medietatem *ſtagni* KÖNIGSBERG cum omnibus iuribus, utilitatibus, honore, commodo, proprietate & prouentibus, pro ut nobis, dum noſtra fuerunt competebant, ex nunc & in perpetuum libere & pacifice poſſidenda. Proinde praedicti ciues nobis *ducentas marcas argenti Brandenburgenſis*, & *ponderis uiginti marcis* minus in parata *pecunia* erogarunt, de quibus ipſos ipſorumque ſequaces QVITOS omnino dicimus praeſentibus literis & ſolutos. Et ne huiusmodi noſtra *dimiſſio* & *donatio*, per nos rite

facta, poſſit a nobis, noſtris haeredibus, quos DEO *annuente procreauerimus*, & *ſucceſſoribus* in poſterum irritari, praeſentes literas in praemiſſorum omnium euidens teſtimonium dedimus, noſtri SIGILLI munimine roboratas, praeſentibus TESTIBVS noſtris fidelibus Henrico & Friderico de *Aluensleben* Sabillo *Valquen*, Philippo *Hunger* & Nicolao de *Weyde*, MILITIBVS; *Stochekino*, tunc temporis noſtrae curiae DAPIFERO, Eghardo de *Bardeleue* & *Rathowe*, adhuc FAMVLIS, cum aliis pluribus fide dignis. ACTVM & *datum* in ciuitate *Nauen* anno *milleſimo trecenteſimo ſexto decimo* in die beatae Ceciliae uirginis & martyris.

NVM. XV.

AGNETIS, *duciſſae* Brandenburgicae, *confirmatio omnium priuilegiorum, facta* STENDALIAE *ciuitati, quae illius tum* dotalitium *an. 1318.*

WY AGNES, van Gods gnaden marggrafinne *tu* Brandenburch, *bekennen und betügen in deſſeme opene brieve, dat die trüen lüde, borghere tu* STENDAL, *die nu ſind und noch werden mögen, ſcolen laten bey alle der* fryheit *unde by alle deme* rechte, *als unſers lieven herrn des edelen* FVRSTEN *marggrafen* WOLDEMARS *unde ſyner* elderen *briefe ſprechen, des hebben wy tu einer betüginge darover deſſen brief gegeven, beſegelt met unſerne innſegele. Deſſer dinge ſind tüge die edele greve Günter von* Kevernsburg; *herr* Conrad

Conrad *von* Bredow, *herr* Droyſeco, *herr* Schloteko, *herr* BROSECO *unſe* Schenke, *herr Heinrich von* Schenckendorp, *herr Gericke von*Kerkow, *unſe* cammermeiſter, *die* ritter; *herr* Heinrich, *die decan was tu* Stendall, *herr Seger*, probſt *darſülveſt*, *herr Thiedemann, probſt tu* Grantzog, *herr Evert*, *probſt tu* Stolpe, *herr Chriſtianus*, *probſt tu* Morin, *meiſter Ian von* Halberſtadt, *unſe* ærtzſte, *und Hermannus von* Luckowe, *unde andere gude* lüde, *den man gloven mag Dit ding iß geſchehn, und deſe* brev *iſs gegeven tu* Tangermünde *nach der gebord unſers Herrn Gods* duſend iahr dry hundert iahr, *in deme* achteinden iahre *de Mydwechens in den Paſchen*.

NVM. XVI.

WOLDOMARVS, *marchio* Brandenburgenſis, *confert iurisdictionem* criminalem, *id eſt*, altam *ciuitati* Francofurtenſi *in tractu* Lebuſano. *Vbi criminum eo pertinentium, genera recenſentur an.* 1318.

WIr WALDEMAR, *von der gnaden Gottes zu* Brandenburg *und zu* Lauſitz *ein marggrafe*, *bekennen und bezeugen offenbahr*; *daß wir den* frommen leuten *unſerm* rath *zu* Franckfurth *gegeben haben*, *tu richtinde up öre* ede, *dy ſie uns* geſchworen hebben, *obbir alle* miſsdedige lüde, *die dat* hogeſte gerichte *verſchuldet hebben*, in unſern landen Lebuſs, *ſy ſind* röbere, dybe, *oder* mördere, *dy lüde* doden *und inen ör* gud nemen, *und* aber

 eh-

ehbreckern *und* frauenſcändere, *ſie ſind* ſchalbar *oder* hemelich, *die* richte *hebbe wy gegebben, den* betrübten *tu* hülpe, *und den* böſen *to* ſchaden, *die der* Godes-gerichte *nicht værchten, dat ſie doch værchten dat* gerichte *der* lüde. *Deſſen dinge ſynd* GETÜGE, *die edelle* mann, *greve Günter von* Keverberg *und* Droſscken, *unſe Droſte; Deſſe* Breff *iß gegeven tu* SPANDO *na Godes geburth* duſend jahr, drey hundert jahr, *in dem* achteynden jahre *des ſuntags nach St. Scolaſtcken dage der hyligen jungfrauen.*

NVM. XVII.

RVDOLFVS, *dux Saxoniae*, tutorio *nomine, ciuitati* Rathenowe *confirmat indulgetque omnia priuilegia, competentia ciuitatibus* Berolino & Spandauiae, *eo tempore, quo adfectauit in* marchia Brandenburgenſi *ſucceſſionem 1319.*

RVDOLPHVS, *Dei gratia dux Saxoniae* Angr. Weſtphaliae, comes in *Bremen*, Burggrauius in *Magdeburg*, TVTOR inclitae *principiſſae dominae* AGNETAE *marchioniſſae de* BRANDENBVRG, uniuerſis & ſingulis Chriſti profeſſoribus praeſentes literas inſpecturis ſeu audituris ſalutem in domino. Nouerint igitur praeſentes & cognoſcant poſteri, quod ciuitati RATHENOWE & uniuerſis *ciuibus* in ibi commorantibus damus & donamus pariter & approbando confirmamus omnia iura liberta-

bertateſque omnes ac conſuetudines, quas dicta ciuitas nec non ipſi *ciues* hactenus ab *antiquis temporibus* ab ipſorum DOMINIS diuinarum recordationum habuerunt prout in inſtrumentis ſuper his confectis plenius continentur. Et ſuper praemiſſis *libertatibus* & *iuribus* damus & tribuimus dictae ciuitati RATHENOW & ciuibus ibidem iura & libertates omnes, quas ciuitati BERLIN & ciuitati SPANDOW praeciſe dedimus & diſtincte; in quarum *donationum* & *confirmationum* euidens teſtimonium noſtrum SIGILLVM praeſentibus eſt appenſum. TESTES harum rerum ſunt Fridericus de *Alwensleben*, Broſecke Iohannes de *Glindenberg*, de *Rechenberg*, Hermannus de *Nebedde*, MILITES; & quam plures alii, quorum fides nullatenus eſt neganda. DATVM *Rathenow*, anno Domini *milleſimo trecenteſimo decimo nono*, in die Calixti papae.

NVM. XVIII.

WOLODEMARI, *marchionis* Brandeburgenſis, *donatio* RODENWALDE *cum omnibus pertinentiis ſuis & cum ſummo &* imo iudicio, *facta ciuitati* RATENOÆ, *paulo ante illius obitum, an. 1319.*

NOs WALDEMARVS, *Dei gratia Brandenburgenſis* & *Luſatiae marchio*, recognoſcimus publico in hoc ſcripto. Quod inſpecta neceſſitate & defectu, quibus ciues noſtri de RATHENOW opprimuntur, ipſis ci-

uibus noſtris, praeſentibus & futuris, habita deliberatione matura, dedimus & praeſentibus literis donamus, pro defectu huiusmodi ſubleuando, proprietatem CVRIAE RODENWALDE cum omnibus ad ipſam ſpectantibus, in ſiluis, pratis, paſcuis, agris, cultis & non cultis paludibus & diſtinctionibus ad ipſam ſpectantibus poſſidendam, perpetuo iure ciuitatis absque onere ſeruitii & precariae cuiuslibet & cum ſuumo & imo iudicio & quicquid nos in ipſa iam habuimus quodque nobis uel noſtris poſſet competere ſucceſſoribus ex cauſa quacunque. Renunciantes dictae proprietati, ac omnibus ad ipſam curiam ſpectantibus ſimpliciter & in totum. Et ne de hac noſtra *donatione* dubium circa aliquem oriatur, praeſentem literam ſuper eo dari iuſſimus, noſtri *ſigilli* robore communitam. TESTES huius rei ſunt Euerhardus, praepoſitus *Berolinenſis*; Hermannus de *Löchow*, noſtrae curiae *capellanus*; Matthias de *Bredow miles*, noſter *aduocatus*, Gherardus de *Kerkowe*, *Breſeko*, noſter *Pincerna*, *milites* cum aliis pluribus fide dignis. *Actum* & *datum* TANGERMVNDE anno Domini *milleſimo trecenteſimo decimo nono*, feria ſecunda proxima ante feſtum ſancti Iohannis baptiſtae.

NVM. XIX.

AGNETIS, *marchioniſſae* Brandeburgicae, *indulgentia facta ciuitati* RATHENOW, *ut poſt mortem illius adhaereant eidem principi, quem*

agno-

agnoſcunt Brandeburgum & Nauen *ciuitates* 1319.

NOs AGNES, *Dei gratia de Brandenburg marchioniſſa*, recognoſcimus publicis his literis; quod noſtros fideles ciues ciuitatis RATHENOW, uniuerſos & ſingulos, in omnibus iuribus & libertatibus, quibus hactenus uſi ſunt, ex nunc confouere uolumus & fauorabiliter conſeruare. Fauentes eisdem ciuibus fauore benigno; *ut, poſt noſtrae uitae exitum, principi ac domino commaneant & adhaereant, cui ciues* ciuitatum BRANDENBVRG & NAVEN *tunc temporis adhaerebunt:* in quorum omnium euidentiam pleniorem praeſentes literas noſtro SIGILLO dedimus ſigillatas, adhibitis TESTIBVS Ebhardo de *Kerkowe*, Conrado de *Oſterburg*, Broſekino *Pincerna*, Rudolpho *Roſen* & Ebhardo de *Stechow*, noſtris *militibus*, cum aliis pluribus fide dignis. ACTVM & *datum* in praedicta ciuitate *Rathenow* anno domini *milleſimo trecenteſimo nono decimo*, feria tertia ante Matthaei apoſtoli euangeliſtae.

NVM. XX.

AGNETIS, *duciſſae* Brunſuicenſis, donatio *aliquot* chororum, *cum* ſummo & imo iudicio, *contubernio leproſorum hominum prope* STENDALIAM *urbem* 1321.

I*N nomine Domini Amen! Nos* AGNES, *Dei gratia duciſſa Brunſwicenſis*, recognoſci-

mus literas per preſentes; quod propter DEVM & in ſalutare remedium *animarum* noſtre *progenitorumque* noſtrorum dedimus & praeſentibus ſollemni donatione in perpetuum donamus *hominum infirmorum* a Deo *percuſſorum* collegio, prope muros STENDALIENSES degentium, *precariam* omni modam *denariorum* & *frumenti*: SVMMVM & IMVM IVDICIVM, cenſum, *ſeruicium*, *currum* & quodlibet aliud *reale* uel *perſonale ſeruicium* ſuper duobus *choris ſiliginis* in uilla OSTHEREN & duobus choris in uilla DORVSTEDE, quos quatuor choros cum plena proprietate debiles ſupradicti habebunt. *Renunciamus* omni iuri, quod nobis ad dictos *choros*, *precariam*, *cenſum iudicium* uel de ſeruicio *curruum* poſſit ex quacunque cauſa competere in futurum; proinde ex parte eorundum infirmorum nobis eſt pro noſtro libito ſatisfactum. Huius rei TESTES ſunt Conradus de *Oſterburg*, Gherardus de *Kerkow*, milites noſtri, Fredericus de *Vincelberg* noſter aduocatus, Engelko *Caſtiel*, Ruleko de *Biſmarcke*, Beringero & Godeſchalcus de *Ierichow*, *conſules noſtri* de STENDAL cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei teſtimonium noſtro *ſigillo* munitum dedimus preſens ſcriptum *Tangermundis* anno Domini 1321. die ſancti Thome apoſtoli per manum Hermanni *Luchowe*.

NVM. XXI.

OTTONIS, *ducis* Brunſuicenſis & AGNETIS *prohibitio; ne quis infra tra-*

tractum Stendalienſem, *id eſt, aduocatiam*, pannum *incidat; niſi* confraternitas *ſeu* gilda pannicidarum. *an.* 1323.

DEi *gratia, nos* OTTO *dux*, & AGNES *ducissa Brunſuicenſis*, recognoſcimus fideliter per praeſentes: quod, cum matura & exacta *deliberatione* noſtrorum *fidelium* ſubſcriptorum, duximus praeſentibus firmiter ſtatuendum: mandantes ac praecipientes ſub uirtute noſtri fauoris & gratiae: Ne aliquis in utraque noſtra ciuitate SOLTWEDELL habitans & generaliter nullus in diſtrictu ſeu ADVOCATIA SOLDWEDELL de coetero *pannum incidere* praeſumat ſeu *diuiſum* ſeu *indiuiſum* uendat, niſi tantum modo in *antiqua* noſtra ciuitate SOLTWEDELL in communi theatro PANNICIDARVM, quique *pannicidarum* eorundem habeat CONFRATERNITATEM, quae GILDE dicitur, ſeque debito modo ſeruet & rexerit in eadem. Si uero aliquis ciuium praedictae utriusque ciuitatis *Soltwedel* hoc noſtrum ſtatutum auſu temerario infringere aut uiolare praeſumpſerit *& teſtimonio duorum proborum Burgenſium* ibidem de hoc conuictus fuerit, talis pro qualibet uice *tres marcas argenti Brand.* de quibus nobis *duas* & dictae *fraternitati unam* continuo *uadiabit*. Praeterea ſi quis in praedicto *diſtrictu* ſeu *aduocatia Soltwedel* extra muros *Soltwedel* pannum *inciderit* & per *duos idoneos* uiros de hoc conuictus fuerit, talis pro qualibet uice nobis

bis ſolum *tres marcas* argenti continuo *uadiabit*, nolentes per hoc ſtatutum libertatibus, quas in *nundinis* praedicta *utraque ciuitas Soltwedel* habet, & habere conſueuit, aliquatenus derogare. In quorum omnium *teſtimonium* ualidum noſtra SIGILLA praeſentibus de noſtra etiam ſcientia ſunt appenſa. Praeſentes fuerunt Gunzelinus & Buſſo de *Bartensleben*, Ludolphus de *Hollege*, Alb. de *Aluensleben*, Borch. de *Aſſeburg* & Gheuert de *Wewerling*, MILITES; Iordanus de *Camp*, noſter *aduocatus* cum aliis fide dignis. dat. *Wolfenhotele* anno domini 1323. die ſancti Odalrici.

NVM. XXII.

Libellus teſtis *aliquot* COMITVM *&* NOBILIVM: *quod* VVOLODOMARVS, *marchio* Brandeburgenſis, *ad debitum extinguendum, contulerit uillae* WOSTERHVSEN *telonium 1323.*

NOs GÜNTHERVS, *Dei gratia* comes de KEWERENBVRG *&* SCHWARZENBVRG, nec non Redicke de *Rheder*, Rodulphus *Roſe* MILITES, recognoſcimus & uniuerſis, ad quorum notitiam praeſens ſcriptum peruenerit, denudamus; quod uouimus & placitauimus inter dominum WALDERMARVM, *marchionem* pie recordationis & ciues de WOSTERHVSEN ſub hac forma; quod idem dominus noſter, marchio *Woldemarus*, pro uniuerſis debitis dictorum ciuium, *telonium* eidem ciuitati adia-

adiacens contulit libere ab exactione, impetitione & qualibet occaſione ſemota, ſicut ipſe *habuit*, perhenniter poſſidendum ſub iuſto pro FEVDALI, titulo PHEODALI. Datum *Bötzowe* dominica Exurge anno Domini 1323.

NVM. XXIII.

LVDOVICVS, *marchio marchiae, oppido* CREMMEN *confirmat omnia priuilegia indulta a deceſſoribus olim. an. 1324.*

LVDOVICVS, *Dei gratia* MARCHIAE *&* *Luſatiae* MARCHIO, comes *palatinus* Rheni, dux *Bauariae*, ſacri imperii *archi-camerarius*, fidelibus ſuis & ſubditis *conſulibus* & uniuerſitati Burgenſium in *Cremmen* gratiam ſuam & omne bonum. Communia ueſtra *iura, libertates, proprietates, poſſeſſiones*, donationes & *gratias* atque approbatas *conſuetudines*, quibus a noſtris ANTECESSORIBVS, *marchionibus Brandenburgenſibus*, muniti & adornati eſtis ac donati, approbamus, ratificamus & praeſentis paginae patrocinio ſolenniter confirmamus. In cuius rei teſtimonium noſtrum *ſigillum* praeſentibus eſt appenſum. *Teſtes* uero huius rei ſunt ſpectabilis uir dominus Bartholdus comes *de* HENNEBERG, nobilis uir dominus Güntherus, *comes de* LYNDO, honoratus uir dominus *Segerus*, praepoſitus STENDALIENSIS, nec non Hermannus de LVCHO, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnio hominum liceat hanc noſtram paginam infringere

fringere, uel ei tamen contraire. Si quis uero hoc attentauerit a noſtro fauore ſe nouerit elongandum. Datum *Reppin* anno Domini M CCC XXIV. feria tertia poſt diem St. Eliſabethae in noſtra praeſentia.

NVM. XXIV.

LVDOVICVS, *marchio* Brandeburgenſis, *oppido* ARNEBVRG *confirmat inſignia priuilegia & iurisdictionem, ea lege, ut ei* auxiliaribus *copiis ſint praeſto. an.1351. Quod confirmauit poſt* FRIDERICVS *marchio Brandeburgenſis.*

WIr FRIDERICH, *von Gottes gnaden Marggrafe zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs Ertz Cämmerer und Burggrafe zu Nürnberg;* bekennen öffentlich mit dieſem briewe gegen allermànniglich, wann für uns kommen ſeynd, unſere lieben getreuen bürgere und gemeinde, *arme* und *reiche*, unſer ſtadt zu *Arneburg*, und unſs fleiſſigl. gebeten haben, ſulche *briefe*, die ihn von unſern FÜRSTEN, MARGGRAFEN und MARGGRAFINNEN zu Brandenburg von unſern lieben herrn und *vadere*, und von unſern lieben *brudere*, Marggrafen IOHANSEN, gegeben ſeynd, zu beſtättigen und zu confirmiren, die von worte zu worte alſo lauten und enthalten, als hernach geſchrieben ſtehet:

Wir Ludwig von Gottes gnaden, Marggrafe zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs

Reichs *Ertz-Cämmerer;* bekennen öffentl. mit dieſem briefe, wann für uns kommen ſeynd, die worte unſer jungfrauen INGEBVRG, von derſelben *Gottes gnaden Marggräfin zu Brandenburg*, fraue und beſitzerinne des gegenwärtigen *landes* und veſte zu *Arneburg*, und die unſe und ihre getreuen bürgere der ſtadt zu *Arneburg*, und haben uns innerlichen gebeten, als nun rechtigkeit und freyheit, die ſie von alter gewohnheit, von *für-ſten* mit *briefen* gehabt haben, die ihn vergangen und verdorben ſeyn, aufs neue zu *erneuern* und *beſtättigen* wolten; darauf hat ſich unſer gemüthe zu ihn geneiget, und wir haben angeſehen, die fleiſſige bitte, unſer ehgenandten IVNGEN FRAVEN, daſs vvir beſtättiget haben, und beſtättigen ſie, und geben frey, die ehgenandten, unſern bürgern, *geleites* und *zolles* in allen unſern *gebieten*, des *Churfürſtenthums* zu *Brandenburg*, auch daſs ehgenandte unſere bürger, keiner der unſern ſie behindere, *beſetze*, bekümmere, nicht en ſolle noch möge, in *veſten*, in *ſtäd-ten* und in *dörffern*, *in wertlichen gerichten* noch mit *geiſtlichen*, ſie haben denn verkündiget und geklaget ihre ſachen und gerechtigkeiten für *gerichte*, *rath* oder *ſcheppen* der ſtadt zu *Arneburg*. Auch haben vvir beſtättiget nach ihrer alten gevvohnheit, daſs keiner der unſern *hauptleuten* oder *vogt*, gegenvvärtig oder nachkommende, die ehgenandten unſere bürgere *verſetzen* noch verpflichten an ein *pfande* mit rechte oder mit unrechte, er habe dann der unſen oder ſeine

ſeine ſache mit *recht verkündiget* vor dem ehgenandten *rathe* oder *ſcheppen* zu ARNEBVRG. Noch haben vvir gegeben, und geben derſelbe ehgenandten unſern rathe, daſs ſie zu *richten* haben, über alle *hauſsbrüche* ihrer ſtadt, beſondern an *gewaltigen ſachen*; auch ſollen oder dörffen, die ehgenandten unſer rath oder bürgere unſer ehgenandten ſtadt ARNEBVRG, daſs gegenvvärtigen ihrer freyheiten und gerechtigkeiten, kein der unſern *ambachtmann* oder *voigte*, *richtere*, oder *ſtadt-rathmann* oder *dorff knappen*, gegenvvärtige oder nachkommende vvieſen oder ſchauen laſſen, beſondern ihren *erbherrn* an der *gerber-cammer* zu *Arneburg*, des genvvärtigen *Gotteshauſs*, St. GEORGEN *ritters* und *mærters*. Auch haben vvir angeſehen die kranckheit unſer bürger, und haben gegeben, nach ausvveiſung ihrer alten briefe, *frey* zu ſeyn, alles *landrechtes* zu jagende, nach *Rouwe*, nach *Noth-Brande*, unde daſs keiner der unſern, ſie *bieten* noch *eiſchen*, nicht mögen oder ſollen; fürder wann von einem *thore* zu dem andern und fort auf der veſte des gegenvvärtigen *ſchloſſes* zu ARNEBVRG; darauf haben uns die ehgegenandte räthe und bürger, unſer ehgenanndten ſtadt zu *Arneburg* geredt und *geſchwohren*, daſs ſie zu unſer *noth* vvollen treten mit voller *macht*, mit *geſchoſſe* und mit *wappen*, an unſer gegenvvärtigen *feſte* des ſchloſſes zu ARNEBVRG und daſs mit *liebe* und mit *treuen* wehren, ſo ſie zu der *burgwehre* geſetzt ſeyn. Dieſe vorgeſchriebene *freyheit* und gerechtigkeit

tigkeit haben vvir beſtättiget und confirmiret, beſtättigen und confirmiren ſie mit krafft dieſes briefes, den ehgenanndten unſern bürgern ſtette und feſte zu halten, ſonder einigerley *urrſal* und *hülffs-rede* noch mit keinerley argeliſt Deſs zu bekenntniſs und zu gezeuge haben vvir unſer *innſiegel* des glauben laſſen hengen an dieſen brief, der gegeben und geſchrieben iſt zu *Arneburg* nach beſchneidunge Chriſti, *milleſimo treceuteſimo & quinquageſimo ſecundo*, am St. Iohannis-tage des täuffers.

NVM. XXV.

OTTO *comes* Vorſtenbergenſium, *in ditione* Meklenburgenſi, *donat ſtagnum in* Tornou *monaſterio in Zednik cum iurisdictione; reſeruatis ſibi duabus nauiculis ad piſcandum; non uendendum piſces 1353.*

IN *nomine Domini, Amen! Nouerint uniuerſi, preſentes literas inſpecturi, quod nos* OTTO, *Dei gratia comes* VORSTENBERGENSIVM, ob honorem & reuerentiam Dei approbamus, damus & donamus abbatiſſe, prioriſſe, toti conuentui monaſterii in ZEDENICK dimidiam partem *ſtagni* TORNOW, quod incipit ante molendinum oppidi eiusdem & finitur retro molendinum *Polze*, cum omnibus *iuribus, gratiis, commodis & honoribus*, ad praedictam dimidiam partem *ſtagni* pertinentibus,

bus, perpetuis temporibus ad monaſterium predictum quiete & pacifice pertinendum. Renunciantes pro nobis & *heredibus* noſtriſque ſucceſſoribus omni iuri & actioni & impetitioni; quod uel que in dicto *ſtagno* nobis competant aut competere potuerint aliqualiter in futurum, uolentesque quod ſanctimoniales predictum *ſtagnum* ſub *cenſu ſolito* ſeu conſueto *ſuperſtite*, debeant poſſidere. Tantum quoque uti debeant littoribus noſtrae terrae undique, quod *duas naues* commode ualeant applicare, prout eſt conſuetum fieri ab antiquo. Nos uero uniuerſos exceſſus inſuper, qui fient in *ſtagno* pernotato, damus illis ſanctimonialibus in perpetuum *corrigendos*. Reſeruantes nobis ad expenſas noſtri *caſtri* TORNOVV duas paruas *nauiculas*, cum paruis *retibus* atque *ſporcis* capiendo piſces in eodem *ſtagno*, ſic quod nullos piſces debeant *uendere* noſtri piſcatores. In cuius rei teſtimonium noſtrum *ſigillum* preſentibus eſt appenſum. TESTES huius ſunt dominus Albertus *Walborch*, dominus Hippolitus *Bere*, dominus Vicke *Manck*, *milites*, dominus Iohannes VVOLDEGHE, dominus Iohannes *Zedenick*, dominus Albertus *Gollin*, noſter notarius, & dominus OTTO *Zegelleze*, ſacerdotes cum aliis pluribus fide dignis. DATVM noua *Brandenborch* anno Domini *milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio* in die cathedrae beati Petri apoſtoli glorioſi.

NVM.

NVM. XXVI.

INGEBVRGA, *marchioniſſa Brandeburgenſis, ſuſcepto a* Berleburgenſibus *ciuibus* homagio, *confirmat illis priuilegia ciuitatis. an. 1360.*

WY INGEBORCH *von der gnade Gottes, marggräfinne zu Brandenburg* und *Lauſitz*, thun vvitlick all denjenigen, die dieſen brief ſehen und hören leſen, daſs vvir unſern *lieben getreuen mann*, an dem lande zu PERLEBERG und *rathmann* der ſtadt unde alle borgern meynlichen in der vorbenahmten ſtadt zu PERLEBERG, alſs ſie uns *geſchuldiget* hebben, mit *vulborde* und mit *beyte* unſers lieben herrn *marggrafen* LVDEWIGS des *Römers*, unde marggrafen OTTEN, ſeines herrn *bruders*, vvillen laſſen bey allem *rechte* und gerechtigkeiten und guter *gewohnheit* und freyheit, die ſie beſeſſen und gehabt haben und noch haben, die ſie bevveiſen mögen mit briefen und *befeſtunge*, die ſie haben von den *edlen fürſten* den vorfahren unſern *herrn*, und von dem hochgebohrnen *fürſten* marggraf *Ludewig* den Römer und maggraf OTTEN, der hier vorbenahmet iſt, unde vvelle ſe bethern unde nicht ærgern, dar vvy möghen, dat rede wy an deſſe breve; und zu mehrer veſtung dieſer vorbenahmten dinge und ſtettigkeit, ſo haben vvir dieſen brief beſiegeln laſſen mit unſerm innſiegel, das hier angehangen; Zum

zeu-

zeugen dieſer dinge, ſind die frommen mann und tüchtige Fritze von *Berthekau*, Heinrich von *Schulenburg*, Alard - - - unſers vorbenamten herrn *Ludewigs* voigt, und Heinrich *Gottberg*, und viele andere gute leute, den man vvohl glauben mag. Dieſer brief iſt gegeben und geſchrieben zu *Perleberg* nach Gottes geburth, *dreyzehn hundert jahr*, und darnach in dem *ſechßigſten jahre*, des freytages nach dem ſonntage, vvan man ſingt inuocauit.

NVM. XXVII.

Literae LVDOVICI Romani; *quod ciuitates* Brandenburgenſes *non debeant impignorari an.* 1364.

WIr LVDEWIG *der Römer, von Gottes gnaden marggraf zu Brandenburg* und zu *Lauſitz*, des heiligen Römiſchen reichs *Ertz-cämmerer*, *pfaltz-graf* beym *Rhein* und *hertzog in Bäyern*, bekennen offenbar; daſs vvir den beſcheidenen, den *guldemeiſtern*, dem *rathe* uud *ingemein* allen *bürgern* unſer *beydeſtädte Brandenburg*, ſolche gunſt und gnade gethan haben und mit dieſem *brieve thun*; daſs vvir ſie fur baſs nimmermehr von den *landen* der *marcke Brandenburg verſetzen* noch *verpfänden* ſollen noch vvollen. Wir vvollen auch und vollvvorten, daſs ſie ſich nicht *verſetzen laſſen* ſollen. Mit *urkund* dieſes brieves iſt daran unſer ſiegel gehangen. Gegeben in *Nauen*

nach

nach Gottes geburth im 1364. jahre, am dienſtage nach der heiligen apoſtel-tage St. Petri und Pauli.

NVM. XXVIII.

SIGISMVNDI, *marchionis* Brandeburgici, *collatio* Vogtiae *caſtri* CALIES, *facta Henrico de* GVNTERSBERG *1374.*

Wir SIGMVND *von Gottes gnaden &c.* haben mit rechten vviſſen, vvohlbedachten muthe und guten rathe Heinrichen von *Güntersberg*, ſynen ehelichen erben und nachkommenden van krafft unſer *marggrafſſchafft* der *marck* obir *oder* vveder yngebin, *lyen* und vorreichen genediglich zu haben, gebrauchen und beſitzen, dyſelbe *fogtyen* und *dy haubtmannſchafft dar obir* mit unſern ſchloſſe CALIES erbelich und evviglich und zu ihren nutzen genieſſen, jedoch underſchyden unſern und andern rechten. Auch haben vvir den vorgenanndten Henriche voo *Güntersberg*, ſynen erben und nachkommenden dy gnade gethan, und vvollen, das *boven ſy* keine *hauptmann* von unſs, unſern hauptleuten, dy nachkommende, obir CALIES und ober die vorgenandten *fogtyen*, zvviſchen *netze* und *dravve*, ſall geſatzet vverden. Auch ob der dicke genandte *Heinrich* von GVNTERSBERG ſyne erben und nakommenden derſelben *fogtyen* und deſſelben ſchloſſes CALIES ehnigen ſchaden nehme, der bevviſslich vvære, oder icht

daran *verbuwete*, den ſullen vvir oder unſe nachkommenden ihn pflichtig ſyn, *offzurichten* und vvederlegen. Auch haben vvir dem *dicke* benümten Henriche von *Güntersberg* mit guten vvillen und geſunden und vvohlbedachten rathe durch ſynes getreuen dienſtes vvillen, gegeben *tuſend ſchock Böhmiſcher*, dy der haben ſall, auf das obgenanndte unſer *ſchloß* CALIES; fortmehr ſullen vvir demſelben Henriche von *Güntersberg* ſyne erben und nakamende geben, alle jerlich *funffzig ſchock Bömiſcher* groſchen, die vorgenanndte *vogtyen* und dat ſchloſs *Calies* mit aller zubehörunge mede zu halden. Deſs zu urkunde &c.

NVM. XXIX.

CAROLI IV. *imperatoris* & WENCESLAI *marchionum* Brandeburgenſium *confirmatio priuilegiorum* ORDINIS IOANNITICI *per* marchiam *uniuerſam. an. 1373.*

W*Ir* CARL *von Gottes gnaden Römiſcher käyſer zu allen zeiten mehrer des reichs; und wir* WENZESLAW *von derſelben gnaden, könig zu Böhmen, marggraf zu* BRANDENBVRG, *und hertzog in* SCHLESIEN, bekennen und thun kund, öffentlich mit dieſem briefe, allen denen, die ihn ſehen oder hören leſen, daſs vvir haben beſtættiget, und beſtættigen mit dieſem briefe unſern lieben andæchtigen Bernhard von der SCHVLENBVRG, commendeur zu GARTAV, St. *Iohanſen-ordens* und allen

len hæuſern deſſelben *ordens*, die in unſer *marcken zu Brandenburg* gelegen ſeyn, alle ihre *richtigkeit*, *freyheit*, gute *gevvohnheit*, und alle ihre *lehne*, *erbe* und *güter*, und alle ihre *briefe* über ihre *leben*, *eigen*, *erben*, *pandſchafft* und *güter*, über ihre *freyheit*, *rechtigkeit* und über ihre gute *gewohnheit*, die ſie haben, von allen unſern *vorfahren*, *fürſten* und *fürſtinnen*, ſtete und gantz zu halten, und ihnen die nicht zu ærgende noch zu krænckende, ſonder argeliſt. Mit *urkund* dieſes briefs, verſiegelt, mit unſern anhangenden innſiegel. Actum zu *Straußberg* nach Chriſti geburt *dreyzehen hundert* jahre, darnach in dem *drey und ſiebentzigſten* jahre am St. Iohannis tage decollatio, unſer reiche des vorgenanndten *kæyſers* Carls in dem 28ten und des kæyſerthums in dem 19ten jahre; und unſer könig *Wenzeslaus* vorgen königreichs in dem 11. jahre.

NVM. XXX.

WENCESLAI *caeſaris conſenſus de marchia* Brandeburgica oppignorata *aut* uendita *potius ad tempus* Morauiae *marchionibus* Ioſto & Procopio; *remiſſo ſubditis homagii nexu. In quorum numeris 1) principes 2) praelati 3) abbates 4) comites 5) nobiles 6) milites 7) miniſteriales 8) communitates, cetera an.* 1385.

WIr WENZESLAW, *von Gottes gnaden Römiſcher könig, zu allen zeiten mehrer des reichs und könig zu Böhmen*, bekennen und thun kund, öffentlich mit dieſem briefe, allen den, die ihn ſehen, oder hören leſen; daſs der *durchlauchtige fürſt*, *herr* SIGMVND *von Gottes gnaden, könig zu Vngarn, Dalmatie, Croatie &c. &c. und der hochgebohrne* IOHANN, *hertzog zu Gœrlitz*, unſe lieben BRVEDER, die MARCKEN ZU BRANDENBVRG und alle und jegliche deſſelben *marcken, furſten geiſtliche* und *weltliche prelaten, aebte, grafen, manne, ritter* und *knechte, gemeinſchaffte* der lande und ſtædte der marck zu *Brandenburg*, der ALTEN MARCK, der VCKER-PRIEGNIZ ZU LEBVS und zu STERENBERG, und alle ander, in vvelcherley adel, vvurden oder vveſen die ſeyn, an die hochgebohrne IOSTEN und PROCOPEN, *marggrafen zu Merhem*, unſere lieben furſten und *vettern* und ihre *erben* in *pfandesweiſe*, fur eine genanndten ſummen *geldes* vervveiſet, und ſie darauf der eyde, *huldigung, treuen* und *gelubden*, damit ſie ihn als rechten *erbherren* pflichtig und verbunden ſeyn, gæntzlichen *ledig* und *loſsgeſagt* und gelaſſen haben, als das in ihren briefen, die ſie daruber gegeben haben, vollkommelich begrieffen iſt: alſo haben vvir auch durch fleisſiger *bete* vvillen des erſtgedachten, unſer *bruder*, und auch von freundſchaft und liebe vvegen, die vvir haben zu den *erſtgedachten* unſern *vettern*, den marggrafen zu *Merhem*, alle die, die von deſſelben landes der *marcken* zu *Brandenburg* vvegen, zu

unſs

unſs geſandt ſeyn, ſolcher *huldungen*, *eyden*, *treuen*, und *gelubden*, der ſie uns als einem kœnige zu *Bœhmen* und *anvvarter* des ehgenanndten *landes* der *marcken zu Brandenburg* pflichtig und verbunden ſeyn, mundlichen ledig und *loßgelaſſen*, und laſſen ſie auch, und in ihren perſohnen alle andere *furſten*, *geiſtlich* und *vveltlich*, *prälaten*, *æbte*, *manne*, *ritter*, *knechte* und *gemeinſchafft* der *ſtædte* und alle einvvohner und unterſeſſen der marcken zu Brandenburg, und mit nahmen an der *Priegnitz*, aſs ein *könig* zu *Böhmen* ſolcher treuen, *eyde*, *huldungen* und *gelubden*, ledig und *loſſ*, in krafft diſs briefs; ausgenommen des landes und der ſtædte der *marcken* zu *Brandenburg*, die dem vorigen hertzog IOHANNSEN, unſerm *bruder*, zu ſeinem *theile* verſchrieben und bevveiſet ſeyn nach laute der briefe, die unſer *vater* ſeeliger KAYSER CARL daruber gegeben hat, und gebieten darum allen und jeglichen, vorigen furſten, geiſtlichen und vveltlichen, aebten, prælaten, grafen, herren, dienſtleuten, rittern, knechten und gemeinſchafften der ſtædte, mærckte und dœrffern, und allen andern einvvohnern und unterſeſſen des landes der marcken zu Brandenburg und mit nahmen in der *Priegnitz* ernſtlichen und veſtiglichen mit dieſem brieve, daſs ſie ſich an die obgenanndte, unſere vettern, die marggrafen zu Merhem, nach laute und innhalt der obgenandte unſere *bruder* des königes zu *Hungarn* und *hertzog Iohanns* briefe fur baſs mehr halten, und ihn auch gevvöhn-

lich *buldung*, eyde und *gelubde* thun, alſs ſie denſelben unſern brudern und uns vormahls gethan haben. Mit *ubrkund* dieſes briefes verſiegelt mit unſer *königl. Maj. innſiegel.* Geben zum *Burgleims* nach Chriſti geburth 1388. des nechſten ſonntage nach ſante Iohannis tage des teufers, unſer reiche des Böhmiſchen in dem *ſechs uud zwentzigſten*, und des Römiſchen an dem *zwölfften* jahren.

NVM. XXXI.

OTTONIS II. *marchionis* BRANDEBVRGICI, *donatio, facta* MAGDEBVRGENSI *archiepiſcopo plurium fundorum in marchia ſeu* DVCATV BRANDEBVRGICO *transalbino, additis ſolennibus ceremoniarum & teſtium nobilium & miniſterialium* CIƆCXCVI.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis*, OTTO, diuina fauente clementia SECVNDVS marchio de BRANDEBVRG: licet ad eorum omnium firmitatem, que in noſtra preſentia rationabiliter ſtatuuntur, quantum poſſumus intendere teneamur; ad id tamen, ut *facta propria*, firmamento ſtabili, roboremus, potiori debito prouocamur. Ea propter tam uniuerſitati praeſentium, quam & futuris impoſterum declaramus & notum facimus: quod nos & *ingenuus comes* ALBERTVS, *frater* noſter, octauo calendas Decembris

bris in maiori eccleſia *Magdeburgh* conſtituti, ad reconciliandam nobis noſtri clementiam *redemptoris* pro animarum noſtrarum & proprie ſalutis profectu, ut *orationum*, que ibidem iugiter fiunt, participes redderemur, praedia noſtra, quecunque in DVCATV TRANSALBINO ſeu MARCHIA noſtra & in *comitatibus* Theodorici, illuſtris de *Gnowitz* & nobilis uiri Ottonis de *Falckenſtein* comitum, nec non & in omnibus comitatibus ad MARCHIAM noſtram pertinentibus, habuimus ſita, tam infeodata quam libera, glorioſo martyri ſancto *Mauritio* & eccleſiae *Magdeburgenſi* in *ius* & *proprietatem* cum omni plenitudine iuris tradidimus, praediorum ipſorum quam plurima uocabulis propriis exprimentes. Hec autem traditio per nos primum ex conſenſu & compromiſſo ac uoluntate predicti *fratris* noſtri & poſtmodum per ipſum de noſtro conſenſu & compromiſſo ſuper *maius altare* fuit legitime celebrata & ibidem a uenerabili *Fidentio* t. t. Sancti *Marcelli* presbytero cardinali, apoſtolicae ſedis legato & LVIDOLFO, *Magdeburgenſi* archiepiſcopo, ex utriusque noſtrorum petitione ac deſiderio per diſtrictionem *anathematis* confirmata. Promiſimus nihilominus tam *nos* quam & *frater* noſter data fide, quod & *iuramento* corporaliter preſtito confirmauimus, eandem traditionem ratam firmiter tenere & in iurisdictione fori ſecularis ſecundum iuris ordinem ſtabilire, & de ipſis *prediis* Magdeburgenſem eccleſiam bona fide ſine fraudis ingenio ad iuſtitiam *warenthare*. Praeſentes erant Rocherus maior *praepoſitus*, Henricus *decanus*, Alber-

Albertus *camerarius*, Sifridus de *Amuorde*, Romarus *archi-diaconus*, Henricus *Angarenſis* prepoſitus, Hartmannus *ſcholaſticus* & plures ex canonicis. Ex NOBILIBVS uero, Waltherus de *Arneſten*, Fridericus de *Hackeborne*, Luidolffus Halberſtadenſis aduocatus, Egelolfus de *Scrapello*, Theodoricus & Wernherus de *Amuorde*, aliique tam nobiles quam liberi: ex miniſterialibus uero tam eccleſiae Magdeburgenſis quam noſtris Iohannes de *Ploto*, Richardus de *Aluesleue*, Heindericus & Conradus de *Buch*, Theodoricus de *Parchem*, Aluericus de *Grabowe*, Wernherus de *Gardelege*, Heinricus *Dapifer*, aliique quam plurimi. Sane die poſtera uidelicet VII. calendas menſis prefati tam archiepiſcopus quam nos & frater noſter cum multis aliis in DVCATV TRANSALBINO ad Bancos fuimus conſtituti, ubi DVX *loci*, archiepiſcopus uidelicet *Magdeburgenſis*, *nobilem* uirum *Waltherum* de *Arneſten* ſua auctoritate & ex ſententia fecit iudicio *praeſidem*. In facie itaque iudicii eiusdem ad firmamentum traditionis prioris Magdeburgenſis facte caſtrum *Mokernic*, *Stiboie* & quod habuimus tam in *Burgo* quam in *Burchwardo Cherewiſt* cum uniuerſis predictorum omnium pertinentiis nec non & omnia predia, que in ipſo DVCATV habuimus ſita, tam uacantia quam & infeodata, nos primum, & poſtmodum FRATER noſter, uterque de alterius pleno & legitimo conſenſu ac compromiſſo ſepe dicte *Magdeburgenſi* eccleſiae & uenerabili eius archiepiſcopo LVIDOLFO ſuper reliquias inuictiſſimi martyris MAVRITII cum omni iure tam

in

in uillis, quam & in agris, paſcuis, pratis, ſiluis & aquis ac decurſibus earundem tradidimus, prefatam de iis eccleſiam *warenthantes.* Huius autem traditionis & bonorum memorate, eccleſiis pax fuit ex utriusque noſtrum petitione & uoluntate firmata. *Nos* uero & *frater* noſter poſſeſſionem & dominium preſcriptorum bonorum eccleſie & archiepiſcopo prenotatis, corporaliter per nos ac per nuncios noſtros ſufficienter curauimus aſſignare in illis omnibus ſecundum *terre ritum* & iuris ordinem, predictante ſemper ſententia, incedentes. Huius rei teſtes ſunt Waltherus de *Arneſten*, Fridericus de *Hackeborne*, Luidolffus aduocatus de *Halberſtadt*, Iohannes & Albertus de *Swanebeck*, Richardus de *Aluesleue*, Iohannes de *Ploto*, Conradus & Heinricus de *Buch*, Theodoricus de *Parchem*, Gerbertus aduocatus, Heinricus *Dapifer*, Wasmodus de *Heckelinge*, Bedellus prouincie, aliique quam plures. Ceterum ut predicti negotii conſummatio impleretur, MARCHIAM NOSTRAM intrauimus, in qua tam archiepiſcopo quam nobis & fratre noſtro cum multis marchie hominibus & aliis quarto calendas ſepe dicti menſis iuxta Gardelege conſtitutis, fideli noſtro Henrico comiti de *Dannenberg*, cuius idem comitatus erat, per ſententiam auctoritatem dedimus uice noſtra iudicio *preſidendi.* In cuius conſpectu predia noſtra *Gardelege* & *Saltzwedele*, tam caſtra, quam oppida cum omnibus pertinentiis utrorumque, medietatem *Burchwardi-Calue* cum ſuis attinentiis &

predia

predia, que habuimus in hiis *Arneburg, Oſterburg*, & *Tangermunde Burchwardis*; item, prepoſituram & ciuitatem *Stendale* cum hiis oppidis *Seehuſen*, *Bambiſſen*, *Werbene* cum omnibus pertinentiis ſingularum. Item nouam ciuitatem *Brandenburg* & has terras *Zuche* & *Ziolene* cum uniuerſis pertinentiis earum. Item *Hunoldesburg* locum caſtri *Hildagesburg*, uillam *Eluetui* & quod habuimus *Calleuorde* cum ipſorum pertinentiis uniuerſis. Haec inquam praedia & uniuerſa, quaecunque habuimus in *marchia* noſtra uel in comitatu nobilis uiri Ottonis comitis de *Falckenſtein* nec non & in *uniuerſis comitatibus*, ad praefatam MARCHIAM noſtram pertinentibus ſita, ad inſtar *collationis* preſcribimus nos primum & poſt modum *frater* noſter ex mutui & legitimi conſenſus & compromiſſi plenitudine *Magdeburgenſi eccleſiae* & memorato ipſius archiepiſcopo ſuper ſanctiſſimi *martiris* reliquias, cum omni iure tam in *caſtris* quam in *ciuitatibus*, oppidis, *burgis*, *uillis* & *agris*, *paſcuis*, *pratis*, *ſiluis* & *aquis*, & *decurſibus* ipſarum in *ius* & *proprietatem* tradidimus, eccleſiam Magdeburgenſem de hiis legitime *warenthantes*, ibique noſtris precibus & conſenſu ipſi eccleſiae pax fuit firmata. Nos quoque bonorum ipſorum poſſeſſionem & dominium corporaliter ac per nuncios noſtros archiepiſcopo ſufficienter curauimus aſſignare, haec & quaecunque prediximus, ſecundum ritum & ius marchiae, preſente ſemper ſententia, legitime proſequentes. Huius facti teſtes ſunt, Henricus comes

comes de *Dannenberg*, Egelolfus de *Scrapelo*, Fridericus de *Oſterwalde*, Fridericus aduocatus de *Saltwedele*, Fridericus de *Hackeburne*, Ludolfus aduocatus de *Halberſtadt*, Theodoricus & Wernherus de *Amforde*, Arnoldus de *Meyendorp*, Ludoluus & Reinhardus de *Eclesleue*, Ludoluus de *Schwanebecke*, Sifridus de *Piſekendorp*, Iohannes de *Plote*, Richardus, Heinricus & Gumpertus de *Alesleue*, Theodoricus de *Parchem*, Rudolfus de *Ierichowe*, Wernerus de *Gardeleue*, Henricus *Dapifer*, Gerhardus & *Bodo* de *Saltwedele*, Otto de *Hennenburg* & fratres eius aliique *nobiles*, *liberi* ac *miniſteriales* & *homines marchiae* quam plurimi: ut autem prefatae *traditiones bonorum*, quae diximus, per *nos* & *fratrem* noſtrum factae, ratae permaneant nec imposterum maligna cuiusquam attemptatione ualeant infirmari, preſentem paginam ſuper hiis conſcribi & *ſigilli* noſtri impreſſione fecimus communiri. Acta in ſupra ſcriptis locis anno dominicae incarnationis, *milleſimo centeſimo monageſimo ſexto.* Indictione quarta decima, preſidente ſedi apoſtolicae CELESTINO *papa* tertio. Regnante glorioſiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto & rege Siciliae HENRICO *ſexto* in nomine Domini, Amen! Amen!

NVM. XXXII.

SIGISMVNDVS, *marchio* Brandeburgenſis, *oppignerat* nouae *urbi* Brandeburg IVRISDICTIONEM ſum-

mam

mam & imam *pro* centum ſexagenis *groſſorum; procuratoribus contractus* BREDOVIO, *capitaneo &* ORTWINO *ſcriba, prouincialibus. an. 1386.*

WIr herr Lippold von BREDOW, *hauptmann* der *neuen Marck* zu *Brandenburg*, und *ich* ORTWYN, *landſchreiber* derſelben *Marck* zu Brandenburg, bekennen offenbahr mit dieſem briefe, allen denen die ihn ſehen, oder hören leſen, daſs wir von rechter noth wegen zur genüge gegen unſern herrn Marggrafen SIGISMVNDEN, *offenbahren feinden* und *ſchulden* zu bezahlen, von deſſelben unſern herren des Marggrafen vvegen verſetzet haben, den vorſichtigen, vveiſen rathmännern der NEVSTADT BRANDENBVRG vor *hundert ſchock Böhmiſche groſchen*, die ſie uns mit bahrem *gelde* vvohl bezahlet haben, und gäntzlich in unſers *herren des Marggrafen* und ſeiner *lande frommen* und *nutz gekommen ſeyn*, unſers herren des Marggrafen OBERSTE GERICHTE daſelbſt der *neuen ſtadt* zu *Brandenburg* und auch das *höchſte* und *niederigſte gerichte* auf unſers herren des Marggrafen KYTZ daſelbſt vor der neuen ſtadt Brandenburg mit allen nutzen und zugehörungen, als unſer vorgenannter herr die biſs hieher beſeſſen hat; alſo daſs ein jeglicher bey ſeinem *rechte* verbleiben ſoll, und nicht *verunrechtet* vverden, und bekennen ferner und haben gelobet; daſs vvir denen rath-

mannen

mannen der *neuen ſtadt* zu *Brandenburg* vor dieſe *verſetzung* unſers ehegenandten herren des Marggrafen *brief* zvviſchen hier und nechſtkommenden ſanct Walpurgis-tage *ſchaffen* und geben ſollen; So vvir aber daſs nicht thäten, ſo geloben vvir ihnen mit dieſen unſern brief, daſs vvir ihnen ihre ehegenanntes *geld* ohne allerley hinderniſs und vviederſprechen vviedergeben ſollen und vvollen, auf ehgenanndten St. Walpurgis-tage. Deſſen zur *urkundt*, daſs vvir dieſe vorgeſchriebene ſtücke, ſtete und gantz halten vvollen; ſo haben vvir unſer *innſiegel* vviſſentlich laſſen hengen an dieſen brief, nach Chriſti geburth *dreyzehen hundert* jahre, des neheſten ſonnabends nach St. Lucien-tage der heiligen jungfrauen.

NVM. XXXIII.

IVDAEI, *camerae Brandeburgenſis* SERVI, *oppignorantur pro XXX. marcis argenti Brandeburgenſis ciuitati* MÖNCHBERGENSI *a* LVDOVICO Romano, *marchione Brandeburgenſi 1353.*

NOuerint uniuerſi tenorem praeſentium inſpecturi, quod nos LVDOVICVS ROMANVS, Dei gratia marchio *Brandenburgenſis* & *Luſatiae*, ſacri Romani imperii *archicamerarius*, comes *palatinus* Rheni & *Bauariae* dux &c. &c. Dimiſimus & obligamus & libere dimittimus per praeſentes diſcretis uiris conſulibus ciuitatis noſtrae MÖNCHE-

BERG, *praeſentibus & qui pro tempore fuerunt fidelibus noſtris dilectis omnes & ſingulos* IVDAEOS, *fideles* CAMERAE *noſtrae ſeruos*, apud ipſos in dicta ciuitate manentes & ibidem impoſterum uenientes, in ſatisfactionem & *recompenſam triginta marcarum argenti Brandenburgici*, quas praedicti noſtri conſules pro pignorum noſtrorum & noſtrae *familiae quitatione* ac aliis uſibus noſtris integraliter erogarunt. Quos quidem IVDAEOS tanto tempore tenere ipſisque frui pacifice debebunt & habere, quouſque de dictis *triginta marcis* per nos aut noſtros heredes, ipſis integraliter ſatisfactum fuerit & complete; & tunc praefati iudaei ad nos ſine qualibet ipſorum contradictione & haeredes noſtros redire libere debebunt & deuolui. Nolentes inſuper, ipſos IVDAEOS, donec a predictis conſulibus pro praefata *pecunia liberati* fuerint & ſoluti, per nos aut officiales noſtros exactionibus ſeu deprecanſationibus quibuscunque quomodo libet aggrauari. In cuius rei euidentiam *ſigillum* noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Praeſentibus ſtrenuis uiris San. de *Lochen*, Nicolao *Valgek*, Nicolao *Witte* & Hermanno de *Wulckow* MILITIBVS, Iohanne de *Wedel* camerae noſtrae magiſtro & *Tomyngo Brederlo* cum ceteris pluribus fide dignis. DATVM *Müncheberg* anno Domini *milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio* in uigilia ſancti preconis beate Mariae uirginis glorioſae.

NVM.

NVM. XXXIV.

PACTA *mutuae* defenſionis armatae, *inter duas ciuitates* BBANDERVRG, ueteris *urbis* & nouae, *de* una tertia *militum* & *nummorum praeſtanda a* ueteri; duabus *a* noua *ſicque etiam diuidendis* damnis & praedis *militaribus. An. 1389. Vbi res* & *uerborum* formulae *ſingulares prorſus.*

WIr BVRGERMEISTER *und rathmanne alte* und *neue*, die nun ſeyn, unde na tho komende ſind, in der NEVEN STADT BRANDENBVRG, bekennen und bezeugen mit dieſem unſern offenen briefe, allen leuten, die ihn leſen, hören oder ſehen, dat wy mit fulborth unſer börger gemeine einig vvorden ſind, und haben gelobet, und loben, mit krafft dieſes briefes den ehrſahmen *raths herren*, in der *altenſtadt Brandenburg*, ſolche ſtucke und articul, ſtette und vvohl zu halten, alſs ſie hiernach beſchrieben ſtehn.

Zum erſtenmahle, ſo love en dat, quemet, dat vvy unſeme herren dem *marggraſen*, odir ſyne *gewaldigen* vvolden oder muſten VOLGEN to nöden, adir tho *herfarth*, adir wye *wapende lüde*, ſcholden verdedigen, gegen unſe vyende, adir halten vvolten laten tho felde, in vvelcher maſſe vvir das einig vvorden, zu unſer zvvyer *ſtædte noth*, ſo ſollen vvir, und vvollen aus unſer *neuen*

ſtadt verdigen *thwe* lude, und die rathmanne aus der *alten-ſtadt einen* dargegen, und vvenn vvir des bedurffen, und vvir des unter uns auch einig vverden, vvie *viele leute* vvir verdigen ſollen oder vvollen; Wenn dyt ſus geſchytt, neme vvy den ock vvelcken fromen daruber an gefangen, vehe, hauen oder am frome, die bey den ſtædten *todtrecht*, des fromes ſollen vvir rathmanne aus der *neuen-ſtadt* nehmen zvvey *theil*, und die rathmanne aus der alten ſtadt das *dritte theil*, vvenn beſondern uthgenommen, *perde* und *harniſch*, dat ſchollen die yhene buten unde teylen, na *mannthale*, die von unſer zvveyer ſtædte vvegen zu *felde* ſeynd gevveſen, und auch diejenige, die ihre *perde* und *knecte* darzu thun, die ſollen ihren theil daraf nehmen, nach der *rathmanns rath*. Nehmen vvir aber *ſchaden* darüber, da Gott vor ſeye, yn ſo dann *reyſſen*, ſo ſollen vvy, unde vvollen yo den ſchaden *tovorne utlegeren*, mit deme frome, er enige butinge dargeytt, an *harniſche* und an *perden*, vvat dar den vorbat an *ſchelede*, an *ſchaden* tolegern, deſs ſollen vvir aus der neuenſtadt legen zvvey pfenninge, und die aus der alten ſtadt den dritten pfenning; vortmehr vvehret ock, dat ennige *roſuege* kæmen adir geſchehgen, vor unſe *ſtædte volck*, unde vvy den *uthquemen* mit unſern burgern *to perde*, adir to *fute*, unde fromen darover nehmen, *lüttick* adir *vehle*, kleine oder groſſe, des fromes ſollen vvir rathmann aus der *neuenſtadt* auch nehmen *zvvey penni-*

ge,

ge, und der rathmann aus der alten ſtadt ſoll nehmen den dritten *pennig*. Nehme vvy ock ennige *ſchaden* darover, dar Gott vor ſye, ſo ſcholle vvy rathmanne uth der *neuen ſtadt* ock geldent *twe pennige*, unde die rathmanne uth der alten ſtadt, ſcollen legeren unde gelden den *dritten* pennig, ſunder vertoch, *hulperede* unde vvederſpracke, hadde ene ſtadt ock mehr *lüde* denn die andere, dat ſchall der nicht an ſchelen, to *frome* adir to *ſchaden*; ock ſcall ſich ene ſtadt gegen der anderen, hieran bevvieſen mit treuen. *Vorbath* mehr die *theringe*, die vvy hieruber don vverden, an *koſten*, *arbeide*, *bodegelde*, adir an *briefe penningen*, in vvelcher maaſſe daſs das geſchiehet, die ſcholle vvie und vvillen verbat mehr dragen, dhon, und theren mit einander uth eyme *budele*, und vvy rathmann uth der nienſtadt, ſollen gelden und dhon tho der *theringe*, *twe penninge*, unde die rathmanne uth der alden ſtadt ſchollen gelden den *drüdden penning liſlyke*, unde mit *willen*, vvhar, und vveme des noth vverdit; yorbath mehr; vvolde ock unſer burger, vvelck ymand *uth thin*, unde *laten* tho *kryge*, *geiſtlicke*, adir *weltliche*, oder vvolde unſer burger, adir unſer ſtædte vvelch *fyendt* ſyn vveder recht, dar ſcholle vvy, unde vvyllen recht verbyden, und by ene recht blieven, unde dar vvy *recht verbyden*, des rechten, und unrechten ſholle vvy, unda vvyllen tho allen thyden rechtlich ſyn.

Alle dieſe vorbeſchreven ſtucke unde

articke l, *love* vvy ehgenandten burgermei-ſtere unde rathmanne, *aldte*, und *neye*, der *nyenſtadt* tho Brandenburg, vor unſs, unſen kömmlingen, den ehrſahmen rathmannen, *aldt* und *nye*, in der *alden* ſtadt Brandenburg, unde ohren nakommlingen, die in der tydt rathmanne vverden, ſtede unde feſte tho-haldene, in guten truen, ſunder allerley ar-geliſt. Des tho eyner *groteren bekanntniſſe*. ſo hebbe vvy unſer ſtadt *inſiegele* vvytlicken laten hengen, an deſen *brev*, na Chriſti ge-burth *duſend* jahr *dry hundert* jar, darna in deme *acht* unde *neyentigiſten* jare, des neg-ſten mondages na palmen.

NVM. XXXV.

WILHELMI, *marchionis Miſniae*, laudum auſtregale *inter ciuitatem* Brandenburg & *nobilem de* ROCHAV, *ſuper* ſtagnis & aquis, *ſuppletorio iuramento impoſito* ſeptem *iuratoribus ſchœpfenbaren freyer leute an. 1398.*

ALs die *ehrſamen* leute, *rathmanne* und *bürger* der alten *ſtadt* ZU BRANDENBVRG, von einer ſeiten, und Clauſs ROCKAV von der andern ſeiten, ihres rechten zu ſcheiden, in ihren *verſiegelten briefen*, bye uns WILHELME marggrafen ZU MYSSEN und recht, alſs vvir uns erfahren haben, und beſſer ſelbſt nicht entvviſſen; alſo, ſind dem-mahle die rathmanne und burgere der *alten ſtadt*

ſtadt Brandenburg, die oben geſchriebene *waſſer*, und *ſehe*, ihn zu ſagen ihrer ſtadt eigen, können ſie das erzugen, als recht iſt, ſo ſind ſie deſſelben *waſſers* und *ſehes*, ihrer ſtadt eigen næher zubehalten, und zu erzugen, den Claus ROCK ihme daſſelbe vvaſſer und ſehe zu erbe zugeſagen mœge. Alſo ſind darnach die oben geſcriebene rathmanne der *alten ſtadt Brandenburg*, vvieder vor uns kommen, und haben uns fleisſig gebeten, vvie oder vvomit ſie ihren eigenthum gegen *Claus* ROCKE erzugen und behalten mögen; *Sprechen wir ehegenanndter* WILHELM, *marggrafe zu* MYSSEN, *und landgraff zu* DVRINGEN, *recht;* allſs vvir uns erfahren haben, und ſelbſt beſſer nicht entvviſſen mit verſiegelten briefen, darinne ihn dieſelben *waſſer* und *ſehe* ſind geeygend und darober gegeben, damitte ſie ihr eygen vvider Clauſs ROCKE erzügen und behalten ſollen, und ihr gevvehr daran ſelb *ſiebende* zu den *heiligen unbeſchuldene leute ihres rechten*, hätten ſie aber ſolcher verſiegelten *briefen* nicht, da ſie ihr eigen mit erzügen mögen, ſo ſollen ſie ihr eigen erzügen, und behalten mit *ſieben ſcheppebarn fryhen lüter*, umbeſchulden ihres rechten, des zu urkunde, haben vvir obgenandter WILHELM, marggrafe zu MYSSEN, unſer *innſiegel* wiſſentlich hierauf laſſen drucken, gegeben zu *Berlin*, nach Gottes geburth *dreyzehn hundert* jahr, darnach in dem *acht* und *neuntzigſten* jahre, an der mittevvochen nach Petri und Pauli.

NVM. XXXVI.

PRINCIPVM SILESIAE *pax cum* LANDESBERG *ciuitate noua de* amneſtia & reddendis *captiuis. Porro de iuramento purgatorio hominum facinoroſorum. Si illi* nobiles, *iuratores ſint* tres; *ſi ciues*, quinque; *ſi ruſtici*, ſeptem. *Formulae resque merentur imis ſenſibus notari. 1399.*

Wir RVPRECT *von Gottes gnaden, hertzog in* SCHLESIEN, *herr zu* LIGNITZ und VORMVND der fürſten und herren zu *Glogau* und *Sagan*, und vvir Iohann Heinrich, Heinrich und Wentzlau gebrüdere, von derſelben Gottes gnaden auch in *Schleſien* hertzogen, herrn zu *Glogau* und zum *Sagan;* bekennen und thun kund öffentlich mit dieſem briefe allen die ihn ſehen oder hören leſen; daſs alle kriege, *brüche* und *zweyungen*, die zvviſchen uns und unſern landen an einem theile, und dem erbahrn und weiſen rathmannen und der gantzen gemeine der ſtadt zu NEVEN-LANDSBERG, die itzund ſeynd, und nochmahls zukünfftig werden, an dem andern theil wären gelegen, gantz und gar *geſinnet* und *berichtet* ſeyn, in aller maſſe, als hernach ſteht geſchrieben: alſo, daſs alle *gefangene*, die an beyden theilen gefangen ſeyn, und der gefangenen *gedinge geld*, und nemlich *Linden-berges*

berges und alle ihre *gedingniſſe* vvieder frey ledig und loſs ſeyn ſollen. Auch ſollen alle ſchaden, die an beyden theilen mit *raub, brand, morden*, oder wie ſie geſchehen und begangen ſeyn, ſie ſeyn *geiſtl.* oder *weltl.* aus und evviglich *geſinnet* und *bericht* ſeyn und an keinem theile niemande darinne zu bekümmern, noch anzugreiffen, weder geiſtl. oder weltl. die an beyden theilen darinne kommen und vor *todt* ſeyn, die die unſern ſeyn, und der wir mächtig ſeyn, ohne arg. Auch ſollen unſere manne, ſtädte und leute, niemande *behuſen* noch *vordern* in keine weiſe, die ehgenandten LANDES-BERGER argen oder beſchädigen vvelden, unſchädl. doch unſers RÖMISCHEN und BÖHEIMISCHEN KÖNIGES GEBOTE, ob uns der *gebòte* ſie zu bekriegen, ſo wollen wir uns des gegen an *drey tage* vor erbelich bevvahren, ohne arg. Vnd wäre auch ſache, daſs die ehgenanndten LANDES-BERGER jemand in ſchulden haben vvürden, der der unſer vväre, es vväre umme raub, behuſunge oder vorderunge, daſs ſollen ſie unſern *hauptmanne*, in welchem *gebiete* der geſeſſen wäre, zu vviſſen thun mit ihrem briefe; So ſoll denn unſer hauptmann denſelben unſern beſchuldigten mann, *bürger* oder *gebure* bringen, gen KÖNIGSVVALDE auf einen nemlichen tag vier vvochen, nachdem als ein zu vviſſen vvird gethan, und folglich an beyden theilen zu ſeyn und zu ziehen, ab und zu von dem auſs- und dem unſern; So ſoll ſich denn der beſchuldigte unſer MANN rechtfertigen, *ſelbdritte;* der bür-

ger ſelb *fünffte*, und der gebure ſelb *ſiebende*. Wäre auch ſache, daſs der beſchuldigte mann, burger oder gebure fluchtig vvurde, und ſich nicht rechtfertigen vvollte, ſo ſoll man ihn in unſern lande *ächten* und *jagen* mit ganter *folge* als einen *beſchädiger* der lande, und ob derſelbige *flüchtige mann* icht *gutes* lieſſe, ſo ſoll man den *beſchädigten manne* darzu helffen, emme ſynen ſchaden, als vorne das gut wendit ahne arg denſelben abgeſchrieben. Ehgeſchrebene entſcheid und *ſinne* hat gethedingt der edle herr *Fredhelm* von *Meſenburg*, darzu gehülffen geweſt ſeyn, der ehrwürdige herr Annas von Heymburg comptor zu *Lagou*, herr Suinthen *Beyloben*, Heinrich von *Korbis*, Hannas und Nicolaus von *Waldow*, heidam von dem *Mäſtchen*, Hannas *Lange*, und die erbarn und weiſen rathmanne zu *Franckfurth*, zu *Droſſen*, zu *Croſſen*, und zu *Swetzin*; daſs alle obgeſchriebene ſachen und berichtunge us und ewiglich mit worten und mit wercken, ſtette gantz und unverbrüchlich gehalten werden, des zu ſicherheit haben wir unſer *ingeſegelle* laſſen hängen, an dieſen *briefe*. GEGEBEN und geſchehen zu *Koltſchin* am ſonntage negſt nach dem Pfingſt-tage, nach Chriſti geburt, *dreyzehen hundert* jahr, und im *neun* und *neunzigſten* jahre.

NVM. XXXVII.

IOSTI, *marchionis* Brandeburgenſis & Morauiae, *confirmatio* priuilegiorum

giorum, FRANCOFVRTO *indultorum. an.* 1399.

W*Ir* IOST *von Gottes gnaden, marggraff zu Brandenburg, marggraff und herr zu* MÖRHERN, *des heil. Römiſchen reichs Ertz-cämmerer;* Bekennen und thun kund öffentlich mit dieſen briefe, allen denen die ihn ſehen oder hören leſen, daſs vvir mit vvohlbedachtem muthe, rechten vviſſen und guten vvillen, unſern burgern der ſtadt zu FRANCKFVRTH lieben und getreuen, beveſtiget und beſtættiget haben, alle ihre freyheit, alle ihre *gerechtigkeit* und ihre gute *gewohnheit*, und alle ihre *briefe*, die ſie haben von uns, unſern *vorfahren Marggrafen zu Brandenburg*, und vvollen ſie auch bey allen ihren eigen lehen und erben gnädiglich behalten, beſtättigen und beveſten, und alle ſolche ihre briefe, freyheit, gerechtigkeit, gute gevvohnheit, und alle ihre *eigen, lehen* und *erben* mit krafft dieſes briefes, und wollen ſie dabey gnædiglich behalten, und bleiben laſſen; mit *urkund* dieſes briefes *verſiegelt*, mit unſern anhangenden innſiegel, gegeben zu *Berlin* nach Chriſti geburth *dreyzehn hundert* jahr darnach in dem *neun* und *neunzigſten* jahre des montags am St. Sebaſtian und Fabians tage.

NVM. XXXVIII.

WILHELMI, Miſniae *marchionis, confirmatio priuilegiorum, indultorum olim ciuitati* BRANDENBVRG, *prae-*

praeſertim de non euocandis ciuibus *per ſaltum, praeterita inſtantia coram magiſtratu urbano. Tempore oppignorati huius territorii. an. 1395.*

WYr WILHELM von Gotts gnaden, marggrafe zu Meiſſen und landgrafe zu Duringen, *bekennen und thun kund, öffentlich mit dieſem* brieve *allen denen, die ihn ſehen, oder hören leſen; daſs wir den bürgern der* alten ſtadt *zu* Brandenburg, *dye nu ſeyn, und nachzukommende ſeyn, unſern lieben beſundern,* befeſtent *und* beſtettiget *haben,* beuheſten *und* beſtettigen *ihn mit dieſem briefe, alle ihre* freyheite, *alle yre* rechtigkeit, *und alle ihr alde gute* gewohnheit, *und wollen und ſullen ſie laſſen und behalden, bey ehren und gnaden, da ſie in vergangenen* zyten *geweſt ſyn; Auch wollen wyr, und ſulden ihn halten, alle yre* bryeve, *die ſie haben von* FVRSTINNEN, *und ſullen ſie, ſonder allerley hinderniſs, laſſen und behalten, mit allen gnaden, mit aller freyheit und gerechtigkeit, bey allen ihren eigen* lehen *und* erben, *als ſie daſs vorgehabt haben und beſeſſen. Auch wollen und ſollen vvir,* rittern *und* knechten, burgern *und* geburen, *und allen luten gemeinlichen, beyde* geiſtliche *und* vveltliche *halden alle ihre brieve, und wollen und ſollen ſie laſſen by aller ihrer freyheit, by allen rechten und gnaden. Auch wollen und ſollen wir, und unſer nachkomlinge, des mit nichts zu ſtatten, daſs ſie oder ihre nachkommlinge* auſs *ihrer* ſtadt geladen *werden, ane umb* hand-

hafftige

hafftige that, *ſunder ſie ſullen zu* rechte *ſtehen, vor ihrem* ſchulteiſſen. *Wäre auch daſs ihn oder ihren nachkœmmlingen, einige* brieve vergiengen, *oder vergangen wæren, die ſullen und wollen wyr, und unſer nachkommlinge, von vvorte zu worte, nach dem* lute *des* brieves, *und alſs ſie geweſt ſeynd,* wiedergeben, vernuen *und beſtættigen, ane* gifft *und ane* gabe, *und auch von unſern* amtleuten, *nimmer, in keinen* gezyetten, *geirret, gehindert, gekräncket, noch von der marcke vervvieſſet ſullen vverden, in keiner vvyß, ſunder ſie ſullen dabey* ungeirret, ungehindert, *und* ungekräncket *evviglichen blyven, in aller maſſe; alſs ſie von* alter *her gevveſt ſeynd, und alſs ſie deſs von unſern vorfahren,* marggrafen zu Brandenburg, *brieve haben, mit uhrkundt dieſes brieves verſiegelt mit unſerm* furſtlichen anhangenden *innſiegeln, gegeben zu* Brandenburg, *nach Chriſti geburth,* dreyzehen hundert *jahr, darnach in dem* funff *und* neunzigſten *jahre am neheſten freytage nach Sente Iohannis baptiſten tage.*

NVM. XXXIX.

CASPAR *de* Putliz *uendit coenobio* STEPENIZ *annuum cenſum, ſub pacto de* reemendo *agnatorum ſuorum, quoties uoluerint.*

an. 1404.

Ick CASPAR GANSS, herr to PVTLIST *mit minen rechten erven bekenne apenbahr, und betyge in deſſen mynen* breve *vor allen* erbahren

bahren *lüden, die en ſehen, hören oder leſen,* *dat ick rechte und mit redlichkeit hebbe* verkofft *den* geiſtlichen luden, *deme proveſte, abbatiſſen, priorinnen und mynen conuent des* cloſters *vu* STEPENITZE *myne viff* marck geldes Lubeckiſcher *penninge,* die heyten *ſind, denſe penninge und denn den* denſt *unde alle rechtigkeit unde* pleghe *de ick gehat hebbe, hette her to, in deme dorpe tho* KVWALCK; *alſo gäntzlicken, dat ick in deme ſulven dorpe degher und nichts anne beholde noch tho biddonde edder tho betonde, vor* ſeſſe *und* vieftig *marck guter* Lubeckger *pennige verleye münte, nach mynen willen wol beret hebben an meine ſumme, de ick vortan gekehret habt, in mynen nuth und fromen; alſo dat ich ſe tho hülpe hedde, my mede* to loſende von hertoge Albrechte ock könig to Schweden, *hier anne hebben ſe my gent anes* vvederkopes, *alſo wenn ich edder mynen* erven *dat endern* künnen, *ſo mach* ick *edder myne erven des veſcreven denſt pennige, rechtigheit und plege to* unbenumende *jahren, tho allen ſunte* Matthias-*daghe,* vvederkopen *vor alſo vele unde alſo datte penninge, alſe hier verſcreuven ſtan; alle vorgeſchreven ſtucke unde articul unde en jetlich by ſich,* lovve ick *vorgeſchreven Iaſper Gans mit mynen erven, ſtede unde vaſt holdende, ſunderleye hinderung edder wederſpracke; Tho* gröterer lovve *und mehrer bewahrung und bethiedinge deſſe vorſchreven ſtucke und artickel hebbe ich met willen und* vviſcop *myn* ingeſehgele *laten hengen an deſſen brief, die ghegeven und ſchreven is na Gottes borth,* vierteyn hundert

dert *jahr darna in dem* vierdten *jare in deme ſonntage in der vaſten Oculi mei.*

NVM. XL.

NOVA MARCHIA *Brandenburgenſis oppignerata a* SIGISMVNDO *rege ordini* TEVTONICO *in* Poruſſia; *ſaluo iure incolis competente, nobilibus (rittere); militibus (knechte); miniſterialibus (edlinge) atque ciuitatibus. An. 1403.*

WIr *Heinrich von* GÜNTERSBERG *ritter*, Haſſo von *Wedel*, der da vvohnt zu *Neuen-Wedell*, alte Hans von *Bederlow*, der da vvohnt zu der *Zow*, Claus von *Santze*, Michael von *Sydow* und Conrad von der *Marwitz*, KNECHTE, in nahmen aller *ritter*, *knechte* und *edlingen* der *Neuen-Marcke*, und darzu vvir burgermeiſter, rathmanne und gemeinde deſſen nachgeſchriebener ſtädte, ARNSWALDE, FREDEBERG, LANDSBERG, SOLDIN und KÖNIGSBERG, im nahmen *aller ſtädte* und nemlichen, im nahmen aller innwohner der vorgeſchrieben *neuen Marck*, beyde auf dem *lande* und auch in *ſtädtgen* auf *diſſeits* der *Oder*, bekennen öffentlich mit krafft dieſes briefes allen gegenwärtigen und zukünfftigen; alſs der herr *Stybor*, vormahls *woywode* zu *Siebenbürgen* mit voller macht unſers allergnädigſten herren, herren SIGMVNDI *königs zu* VNGARN, die vorgeſchriebene *Neumarck* mit aller ihrer zugehörunge, recht

recht und redlich *verkaufft* hatte, den ehrvvürdigen geiſtl. herrn Conrad von IVNGINGEN, des ordens der BRÜDERE, des ſpitals ſanđe MARIEN des DEVTSCHEN hauſes von Ieruſalem hoffmeiſtern, und ſeinen gantzen *ordens*, und nachdem alſs er uns *frey* und *loß* ſagte, alle der eyde, haltunge und verpflichtung, die wir dem vorgenanndten unſerm allergnädigſten herrn, herrn SIGISMVNDI königs zu Vngarn oder jemande anders in ſeinen nahmen gethan hatten, und er uns vollmächtig hatte gewieſen an den ehegenannten *herrn* HOCHMEISTER und ſeinen ORDEN, ſo ſchvvehren vvir und huldigen, und genemlich alle *manns* und *edlinge*, und darzu alle ſtädte der vorgeſchriebenen *Neumarck*, mit guten vvillen und vvohlbedachten muthe, dem ehegenandten unſern gnädigen herrn HOCHMEISTER TEVTSCHES ORDENS ZU PREVSSEN, und ſeinen ORDEN, und geloben mit allen *mannen*, *edlingen*, *ſtädten* und *innwohnern*, *der vorgeſchriebenen* NEVEN-MARCK in guten treuen und ehren-amt ahne argeliſt, von ihn und ſeinen orden nimmermehr zutretten, evviglich; es vväre dann, daſs uns unſer herr *hochmeiſter* und ſein *orden verweſer* mit hand und mit munde, mit guten vvillen und vvohlbedachten muthe, ledig ſagte, der haltunge und ſchvvehrunge, die vvir ihm gethan haben, und ſeinem orden. Fortmehr ſo bekennen vvir öffentlich mit dieſen brieff, im nahmen aller *ritter*, *edlingen*, *männe*, *ſtädte* und *inwohner* der oben geſchriebenen *Neuenmarck*, daſs unſere herren

herren *hochmeiſter* vorgenanndte briefe dem *lande, rittern, knechten* und *ſtädten* der *neuen Marck* gegeben hat, in dem er beſtättiget alle unſere *priuilegia* und *wohnheiten*, gegeben von *Kayſern*, *Kayſers kindern*, *fürſten* und *herrn*, rechten *herrn* deſſelben *landes*, dieſelben briefe, alſo gegeben, ſollen unſchädlich ſeyn allen articuln des hauptbrieffs, aber der kauff-brieff deſſelben landes gegében von dem *allerdurchlauchtigſten* unſern gnädigſten herrn, herrn SIGISMVNDO, königen zu Vngarn. Zu mehrer ſicherheit, daſs vvir die vorgeſchriebene unſere haltunge ſtete und veſte vvollen halten, haben vvir obengeſchriebene ritter, knechte und ſtädte im nahmen aller andern, beyde edlingen, bürgern, gebürgemeine oder vvelcher lage ſie ſeyn in der *Neumarck* geſeſſen, auf dem lande und in den ſtädten, unſer innſiegel an dieſen brieff laſſen hängen, der gegeben iſt zu ARNSVVALDE.

NVM. XLI.

ORDINIS TEVTONICI *confirmatio omnium* priuilegiorum *ac bonarum* conſuetudinum, *facta* NOVAE MARCHIAE. *an.* 1402.

BRuder *Conrad von* IVNGINGEN, *hochmeiſter der* BRÜDERE *St. Marien* hoſpitals zu Ieruſalem, des TEVTSCHEN *hauſes*, unſern getreuen und ehrſamen *rittern*, *knechten*, *bürgermeiſtern*, *rathleuten*, *bürgern*, *gebietern* und *gemeinen* auf dem lande und in ſtäd-

ten in der *Neumarck*, ſie ſeyn geiſtlich oder weltlich, wie die benannt ſeyn, gunſt, liebe und heil, ewiglich in *Gott* dem *Heylande*. In der zeit, als vvir vor uns und unſern ORDEN kauffende, zu uns löſten die ehegenanndte NEVMARCK mit vviſſen und vvillen unſers allergnädigſten groſsmächtigſten herren, herren SIGISMVNDI königs zu Vngarn, von herr STYBORN etvva woywode zu *Siebenbürgen* und *Muldacken*, anſagen eure fleiſſige begehrunge und mit krafft unſers gegenwärtigen briefes, beſtetten und bevvahren alle EVRE PRIVILEGIA und FREYHEITEN, die euch in vorigen zeiten vorlehnt ſeyn, und gegeben von KAYSERN, KAYSERS-KINDERN, FÜRSTEN und FÜRSTINNEN, rechte herrſchafft deſſelben ehegenanndten landes, alſo, daſs vvir die ſtets und feſte halten vvollen, und darwieder in keinerley weiſe zukommen, auch allerley löbliche und redliche GEWOHNHEITEN, von alters gehalten, daſelbſt in dem lande vvir gleicher vveiſe beſtättigen, die von unſer und unſers ordens vvegen unverrückt und heil bleiben ſolle zu evvigen zeiten. Deſs zu eigen *uhrkunde* haben vvir unſer *innſiegel* an dieſen brief laſſen hängen, der gegeben iſt, auf unſern hauſe *Marienburg* am St. Iacobs-tage des apoſtols im *vierzehen hunderſten* und *andern* jahre.

NVM. XLII.

IOANNIS, *domini de* COTTBVS *uenditio iuris* lignandi, *facta pago* SCHADOW, *exceptis* ilice & fraxino

(*eichen*

(*eichen und eſchbaum*) *reſtricto etiam iure* paſcui. *an.* 1407.

WIr Hanſs, herr zu COTTBVS, *und unſere erben, bekennen öffentlich und thun kund allen denen, die dieſen brieff ſehen, oder hören leſen, daß wir mit wohlbedachtem muthe und mit zeitlichem rathe, unſer lieben getreuen, recht und redlich erblich verkaufft haben, der gemeine des* dorffs SCHADOW *und ihren erben und nachkömmlingen, ein ſtück* holtz *und* vvieſen, *das da gelegen iſt bey der* Chokvvizer vvieſen, *an dem wege biß in die rechte* Spree hinauf, *bis an der* Willmsdorffer *wieſen, mit allen gnaden und rechten, als wir es ſelbſt gehabt haben, zu einem* rechten erbe *und* guthe *erblich zu haben und zu beſitzen, ohne allerley* imbelle, beſchvverunge *und hinderniſſen, mit äcker, mit holtze, mit wieſen und weiden, und mit allen genüſſen, alß es gelegen iſt, in der vorgenanndten reinen, ſonder alleine ausgenommen* eichen-holtz *und* eſchen-holtz, *das ſollen ſie nicht hauen, und ſollen uns jährlich und unſern erben und nachkömmlingen rechtes* zinſes *geben, je auf St. Michaelis-tag, ein ſchock Böhmiſcher groſchen. Auch ſoll niemand auf der ſogenannaten ſtücke vvider ihren vvillen nicht* hüten, *noch keine* viehtrifft *nicht erhaben, es ſey vor St.* Wallburgen-*tage, oder darnach, es geſchehe dann mit der obgenanndten* Schadovver *gunſt und guten vvillen. Vnd vvenn ſie an ihren ſchaden darauf* pfænden, *den ſollen ſie uns her in antvvorten, mit der* pfændung *ihr recht neh-*

 men

men, nach des landes gevvohnheit. *Zu* urkunde *und vvahrer bekenntniſse, haben vvir, vorgenanndter Hans, herr zu* COTTBVS, *unſer innſiegel mit vviſſen an dieſen offenen briefe laſſen hängen; zu groſſer ſicherheit ſind bey dieſem kauffe gevveſen, unſer getreuer mann Dyprandt* Wuderume *in den zeiten unſer* hauptmann *zu* Cottbuſs, *herr Iohannes* Kuſchcke *unſer capellan, Otto von* Druſchkevvitz, *Exil von* Kottebitz, *und herr Iohannes* Feroſe *in den zeiten unſer* hoff-ſchreiber, *and andere* geburden *leute genug, die dieſes briefes gezeugen ſind. Gegeben zu* COTTBVS *nach Chriſti geburt* vierzehen hundert *jahr, darnach in dem* ſiebenden *jahre am achten tage des heiligen leichnams.*

NVM. XLIII.

SIGISMVNDI, *regis Hungariae & marchionis* Brandeburgenſis, *infeudatio oppidi* CALIES, *facta Henrico de* Gunthersberg, *ob bene merita. an. 1408.*

WIr SIGMVND, von Gottes gnaden, könig zu Vngarn &c. *Marggraf zu* BRANDENBVRG, des heiligen Römiſchen Reichs VICARIVS und des königreichs zu Böhmen VERVVESER; *bekennen, daſs vvir* HERR *Heinrichen von* Güntersberg, *unſern lieben getreuen, durch der getreuen dienſte vvillen, die er uns mannigfältiglich bevveiſt und erzeigt hat, und noch künfftig gleichvvohl thun ſoll und mag, und allen ſeinen erben von beſundern*

ſundern gnaden die STADT CALIES *mit aller zugehörungen in der* neuen Marck *gelegen, haben gegeben, und geben auch vviſſentlich, auch den brief, doch alſo vornemlich, daß ſie uns alle dienſte und andere rechte davon thun ſollen, alß ander uns* mannen *in der ehegenandten* neuen Marck *geſeſſen; mit* uhrkund *des briefes verſiegelt mit den* anhangenden innſiegel unſer Majeſtæt. *Geben zu* POSSGAVVAR *am St. Gallen-tag nach Chriſti geburth* vierzehen hundert *jahr und darnach in dem* achten *jahre.*

NVM. XLIV.

ALVENLEBIORVM *collatio* hereditarii feudi, *ſub formula* coniunctae manus, *pagi* Schmoelne, *facta nouae ciuitati* Brandenburg. *an. 1409.*

WIr *Ludolph und Heinigko, brüdere, geheiſſen von* ALVENSLEBEN, Friderichs ſöhne, dem *Gott gnädig* ſey; bekennen und bezeugen in dieſen unſern offenen briefe vor allen leuten, die ihn ſehen oder hören leſen; daſs vvir eintrechtiglich mit vvohlbedachtem muthe in guten treuen haben gelichen und leihen mit dieſem briefe in einer *geſammten hand*, denen ehrlichen, vveiſen, burgermeiſtern und rathmænnern der *neuen* ſtadt zu *Brandenburg* und ihren nachkommen, die dorffſtedt zu *Schmölne*, mit acker, mit vveyde, mit holtze, mit vvaſſer, mit oberſten und unterſten, mit rechte, mit früchten und mit aller zubehörunge,

runge, zu einem rechten ERBLEHNE, ſo als ſie das von unſern vater *Friederich*, dem Gott gnædig ſey, vor gehabt haben. Daſs vvir, Ludolph und Heinicko alle dieſe vorgeſchriebene ſtücke, ſtets, feſt und gantz halten vvollen; So haben vvir, Ludolph und Heinicko, Ludolphs *innſiegel* mit vviſſenſchafft hangen laſſen an dieſen *offenen brief*, deſſen vvir uns beyde *gebrauchen*. Zeugen dieſer dinge ſind, die tüchtigen und ehrlichen leute, Gebhard von *Alvensleben*, unſer vetter, Clavves *Blanckenfelde* und Schmedigke, bürger zu *Stendall*, der gegeven iſt ZU TANGERMÜNDE auf der Elbe, nach Gottes geburt, *vierzehen hundert* jahr, darnach in dem *neundten* jahre des donnerſtags nach St. Gürgens-tage.

NVM. XLV.

FRIDERICI, *marchionis Brandeburgici litterae clientelares ſub formula:* coniunctae manus *indultae nobilibus de* BVCH. *an.* 1443.

WIr FRIEDERICH &c. *bekennen öffentlich mit dieſem brief* vor allermænnigl. daſs vvir den vvurdigen und ehrbaren unſern lieben getreuen *Siefrieds, Pappen, Hans, Laurentzen, Caſpar Hans, Syfriede Hans Matthaeus* und *Achim gebrudere* und *vettere* alle genannt und geheiſſen die von BVCH, dieſe hiernach geſchriebene guter, *jährliche zinſe* und *renthen*, mit nahmen die dörffere

VVAL-

VVALMOVV, FAHRENVVALDE, MYENFELDE mit *oberſten* und *niederſten gerichten*, æckern, vvieſen, vveyden, viſchen, græſungen, vvæſſern, und allen zugehörungen; item in dem dorffe und feldmarck zu CASTLOVV, 22. hufen landes, auch mit allen ihren zugehörungen und gerechtigkeiten, das KIRCHEN-LEHEN, in dem dorffe zu Grimmen, neun hufen landes, mit allem rechte und den halben krug darſelbſt. In dem dorffe und auf der feld-marck zu CREMMESSOVV 5. hufen mit allen rechten, und den halben *wend-böff pfand-gutes* zu einem rechten *mann-lehen*, insgeſammt *gnädiglich verliehen*, ſo denn die güter alle ihre *eltern* auf ſie *geerbet*, und von uns und der marggraffſchafft zu BRANDENBVRG zu *lehne* inne gehabt, beſeſſen und gebraucht haben, und vvir *verleyhen* ihn auch alle deſſen obgeſchriebene güter, jæhrlich *zinſen* und *renthen*, zu einem RECHTEN MANN-LEHN und zu GESAMMTEN HANDEN, in krafft und macht dieſes briefes, alſo daſs die obgenanndten HERRN Sifried, Pappo, Hans, Laurentz, Caſpar, Hans, Sifrid, Hans Matthaeus und Achim von BVCH, und alle ihre erben, als offte un dicke es noth iſt, die von uns, unſern erben und nackommen, und der *marggraffſchaft* zu BRANDENBVRG zu RECHTEN MANN-LEHEN insgeſammt haben, nehmen, empfahen, die beſitzen, ſich der *gebräuchen*, und uns auch allen darvon halten, thun und dienen ſollen, als *mann-leben* und GESAMMTER HANDE güter, recht und gewohnheit iſt, und vvir verleyhen ihn auch alles

das, vvas vvir ihn daran von rechtsvvegen verleihen ſollen und mögen; doch uns &c. und des zu *urkunde* haben vvir unſer *innſiegel* an dieſen brief laſſen hangen, der gegeben iſt zu *Prentzlau*, anno 1443. am donnerſtage nach St. Mertens-tage.

NVM. XLVI.

Nobilium *de* BVCH *agnitio* nexus feudalis *de oppido & caſtro* STOLPEN *a marchione* Brandenburgenſi, *cum ſponſione iuris* aperturae. *an.* 1446.

ICk *Hans von* BVCH bekenne für mi, und alle mine *erven*, dat mi die *durchl. hochgeb. fürſten* und *herrn*, *herrn* FRIDERICH, des heil. Römiſchen Reichs ERTZ CAMMERER, und herr Friderich, *gebrüdere*, marggrafen tho Brandenburg und burggrafen tho *Nörenberge*, mine gnædige *herrn*, *herrn*, dat ſlot und *ſtädicken* STOLPE mit allen ſeinen zinſen, renten, dörffern, vvæſſern, vvieſen, vveyden und allen zugehörungen, alsdann, dat obgenandte ſchloſs ihre gnade mit redelicher *verwahrunge* in einem offenen *veyhde* mit *heeres-krafft* affgenommen, und mi von flitig *bede* miner *fründ*, und ock von ſonderl. *gunſt* und *gnaden-willen* gnædigl. vvedder gegeven, und tho einen rechten MANNL. LIVES ERFF-LEHN vorleyen hebben, des ick oren gnaden mit *flite* dancke, und ich hebbe ock, das genanndte SLOT und STEDECKEN mit allen ſeinen zugehörungen und gerechtigkeiten,

ten, tho eine rechte MANN-LIVES-ERV-LEHNE empfangen, und ihren gnaden, als denn gevvöhnl. iſt, darup lifflicken einen rechten *eyd* geſchvvohren, und *erv-huldinge* gethan, und tho oren gnaden ock den eyd und rechte erv-huldinge in krafft und macht dieſes briefes, alſo dat ick und alle myne *erven*, uns mit dem genanndten *slote* und *ſtädtchen* STOLPE, mit allen ſeynen *thogehöringen* und gerechtigkeiten, ſo ick dann dat von der *herrſchapp* tho *Stettin vormahls* tho *lehne* gehabt, beſeſſen und gebrauchet habe, alſo denn genanndte meine gnædigen *herrn* den *marggrafen* oren erven und nachkommen, tho evvigen thyden holden, orer *gnaden* und der *marggraffſchap* tho *Brandenburg* fromen vverven und oren ſchaden vvarnen und vvenden, und alſs bedere lude gegen oren rechen naturl. erf-herrn, und ſunderl. als andere orer gnaden erbaren und belehnde mann, und alſs vvie pflichtig ſynd, thon, ock davon dienen, getreue, gevvere und gehorſam ſeyn ſcholen, und dat genanndte ſchlot *Stolpe*, ſchal oren gnaden, oren erven und nachkommen tho allen oren *kriegen*, *nöten* und *geſchäfften*, OPEN ſyn und vvy ſchollen und vvollen, ock mit dem genanndten slot *Stolpe*, und andern unſern gutern orer gnaden *frede* und *unfrede* holden und liden gegen allermænnigl. nemandes ohtgenommen ohn arch und alle geſæhrde. Vnd et ſcholen ock die obgenandte myne *gnädige herrn*, ore erven und nachkommen, myner und myner erven alletyd gegen jeder-

mænnigl. tho *glicke* und *rechte* mæchtig ſien, und ick hebbe ock deſſen brief, ſo ir dann mit *ſchriffien* von vvorde tho vvorde inhælt und ausvvieſet, vor my und miene erven, ſtede, veſte und unbreckl. tho holden, tho den *heiligen geſchwohren*, und des tho meren bekenntniſse und ſicherheit hebbe ick obgenanndte Hans von BVCH myn *innſiegel* vor my und alle myne erven, mit guten vvillen, *wete* und *vollwort* an deſen *breve* laten hængen, der geben und geſchreben iſt, zu *Prentzlau*, nach Gottes geburth, *vierzehnhundert* jahr, und darnach im *ſechs* und *vierzigſten* jahre, am ſonnabend nach St. Fabiani und Sebaſtiani tage.

NVM. XLVII.

Nobilium de BVCH profeſſio *ſuſceptae clientelae caſtri* VIERRADEN, *ſpatio* triennii, *cum definiti* praeſidiarii militis *numero & ſponſa* apertura. *an. 1472.*

WIr ALBRECHT &c. *bekennen öffentl. mit dieſem briefe, daß wir unſerm* rathe *und lieben getreuen Hanſen von* Buch, *zu* STOLP *geſeſſen, zu unſerm* AMTMANN *unſers ſchloſſes* VIERRADEN *aufgenommen, und ihm daſſelbe unſer ſchloß, die nechſten* 3. jahr *nach datum dieſes briefes nacheinander folgende, zu* amtmanns-vveiſe *eingegeben, und empfohlen haben; alſo, daß er das gemeldte* ſchloſs *von unſertvvegen mit getreuer fleiſſiger ver*vvahrunge *ſolch itztgenandte zeit mit* 5. gereiſſigen

reiſſigen pferden, *und* 15. trabanten vvehrl. *die er bey ihm daſelbſt halten, innenhaben und ſich aller* nutzunge *davon gebrauchen ſoll; doch ſo ſoll er der armen* leute *zu dem gemeldten ſchloſs gehörende*, nicht beſchvvehren *übers gewöhnliche* geld *und* dienſte, *wie ſie von alter herkommen ſind, und die* höltzer *und anders darum getreulich in weſen halten und handhaben; doch ſo mag er ſich daraus gebrauchen ziemlich* brenn-holtz *zu nothdurfft des* ſchloſſes, *und über 60. oder 70.* gulden holtzes, *daraus nicht verkauffen. Er ſolle auch getreuliches und fleiſſiges auffſehen haben, und darvor ſeyn, beſtellen und verhüten; daſs die beyden nicht* angeſtochen, *und* ausgebrandt *werden; wir haben ihm auch gelaſſen allen* ſaamen, *der itzund in den* bau-feldern *zu dem genannten ſchloſs gehörig ſtebt; Vnd wie wir ihm das alles jetzund* laſſen, *ſolchermaſſen ſoll er uns das* vvieder einantvvorten, *und im* vveſen *halten ungeidlich; So ſollen und wollen wir auch in der obgenanndten zeit nimands für den* ZOLL *daſelbſt zu* RADEN *freyen, die deſſelben* ZOLLS *vor nicht gefreyet ſind, und um den gezeuge, den ihm die von* ARNIM *jetzund von unſertwegen mit dem ſchloſs einantworten und übergeben werden, von* geſchoſs *und andern darzu gehörende, den ſoll er auch mit ſammt den* ſchloſs, *ſo er des abtretten würde, wider* AVFGEBEN, *und uns des jetzund, ſo ihn überantwortet iſt, ein* verzeichniſs, *was und wie viel daſs ſey, zu ſchicken, doch ſo mag er ſolches* gezeugs zu *der wehre des ſchloſſes* RADEN, *ſo es noth wäre gebrauchen, und uns deſſelben, daſs*

er

er alſo verbrauchen würde, nicht pflichtig ſeyn, wieder zu geben. Aber was des über ſolche verbrauchung *uberbleibet, ſoll er uns wieder antworten, wie vorſteht, und das gemeldte unſe* SCHLOSS, *auch die leute daſelbſt nach ſeinem höchſten und beſten vermögen* verwahren. *Getreulich und ohn aller gefehrde; Als er uns denn mit* handgebenden treuen gelobt, *und zu* Gott *und den* Heiligen geſchvvohren, *des auch ſeinen reuers-briefe ubergeben hat. Vnd das zu* uhrkunde *haben wir unſer* innſiegel *an dieſem briefe thun hängen, der geben iſt am montag nach dem heil. Chriſttage. An.1472.*

NVM. XLVIII.

IOHANNIS *de* BVCK *profeſſio fidei* clientelaris *ob* caſtrenſe *feudum* Loekenitz, *a marchione* Brandeburgico *ſub formula ei conceſſum* AMTMANNS-WEISE, *ubi plura ſingularia. an. 1472.*

ICk *Hans von* BVCK *tho* WODDOW *geſeten,* bekenne unt thoe künt openbar mit dieſem briefe, alſs my die durchlauchtigſte hochgebohrne furſt und herr, herr ALBRECHT marggrafe tho BRANDENBVRG &c. KORFVRSTE, ZU STETTIN, *Pommern* &c. *hertzoge*, myn *gnædiger herr*, ſyner *gnaden* ſchlot die LÖCKENITZ von hüten dato diſs briefes todt nechſtkunfftige jahr gantz ut in AMTMANNS-WISSE benöthen und mit ſammt deſſelben ſchlotes *pæchten, renten, gulten, zinſen, nutzen,*

tzen und *thogehörungen*, nichts utgenommen, denn die *erhögerung* des helff des *tols* darſulvers, tar LÖCKENITZ ingegeven hat, my derſulven pächte, tinſen, nuttinge und thogehöringe mit ſammt 50. *gulden Riniſch*, dy my ſine gnade darto von der *hand gevet*, und my die itzund baar herut gegeven, und betalet hefft, davon ick dat gemeldte SLOT *ſylff twyntigk* redelicker und verlicher perſohnen to *roſſe* und tho *fote* und darunter einen *buſſenmeiſter* und einen *cöſtner*, die ock den *toll* darſulvers einnehmen ſoll, dy my denn ſyne gnade to beſcheidet, up ſiner *gnædigen belohnunge* und in myner *koſt holden* ſchall &c. Wat dat den ſiner gnaden *briefe* mit furdern innhalt uthvvieſet, darup verpflichte ick my, gegen den genandten mynen gnädigen herrn und ſynen erven in krafft dis briefes, dat ick dat obgemeldte SCHLOT des nechſt *künfftige jahr* gantz *ut up ſolle* bauen, beruhrte beſtellunge in *amtmanns-wiſſe* innehebben und mit dem *anlat* der perſohnen to *pferde* und to *fote* wie vorſteth holden, denn mit fl:yte verſien und dat vorwarn, ock darmit den opgenanndten mynen gnädigen herren und ſynen erven, als erer gnaden *amtmann*, gewarten ſoll und will; Alles getreul. und ohn geverde, als ich denn ſulckes dem upgenanndten mynen *herrn*, mit *hand geven den treuen* gelövet, und tho *Gott* und den *Hyligen* geſchwohren hebbe. Deſs tho ferdern orkunde, hebbe ick myn eigen *innſiegel* witlichen an diſſen briefe laten drucken, det

ge-

geſchien und gegeven iſt, tho Prentzlow am montage nach Trinitatis anno 1472.

NVM. XLIX.

ALBERTI, *marchionis* Brandeburgenſis, *collatio* feudi caſtrenſis, *arcis* Loekenitz, *cum definitione* caſtrenſium ſeruitiorum & *temporis, intra quod illud finiendum. an.* 1471.

WIr ALBRECHT &c. thun kund und bekennen öffentlich mit dieſem brieſe; daſs vvir unſerm *rathe* und lieben getreuen *Hanſen* von BVCK ZU WODDOW unſer ſchloſs die LÖCKENITZ von heute dato diſs briefes diſs nachfolgende *jahr gantz* aus in AMTMANNSWEISE benothen und mit ſammt allen denſelben *ſchloſs*, *pæchten*, *renten*, *gulten*, *zinſen* und *zugehörungen*, nichts ausgenommen, denn die erhöhung der *helff des zolls* daſelbſt zur LÖCKENITZ eingegeben haben, ſich derſvlben pächte, zinſen und mit zugehörungen mit ſammt funffzig gulden, die vvir ihm dazu von der hand geben und itzund alſo bar hinaus haben gegeben, und bezahlt, davon er das gemeldte unſer ſchloſs ſelb zwentzig redlich und verlicher perſohnen zu roſs und zu fuſs, darunter ein *puchſsmeiſter* und ein *cöſtner*, der auch den *zoll* allda einnehmen ſoll, die von ihm zu ordnen vverden, uff unſer belöhnig und in ſeinen koſten halten, ſoll uns und unſern erben damit zugevvehren, und demſelben unſerm ſchloſs mit guter

guter vervvahrung getreul. vorzuſeyn, als er ſich diſs dann gen uns durch ſeinen *reuers-brieff* verſchrieben und darüber gelobet und geſchvvohren hat. Zu *urkund* mit unſerm uffgedruckten *innſiegel* verſiegelt und geben in unſer ſtadt Prentzlovv am montag nach Trinitatis an. 1471.

NVM. L.

IOANNES *de* BVCK *litterae reuerſales, de* feudo caſtrenſi Vierraden *ſuſcepto ſub formula: amtmanns-weiſe. Cum iure* lignandi, cenſibus *& uectigalibus, & ideo alendi praeſidiarios milites, in* triennium, *ſub nexu* iurisiurandi. *an. 1472.*

ICh Hans von BVCH zu STOLPE' *geſeſſen;* Als mir der *hochgebohrne fürſte* und *herr, herr* ALBRECHT *marggrafe zu Brandenburg, des heil. Rœmiſchen reichs Ertz-cæmmerer* und *Churfürſt &c.* mein *gnædiger* herr zu ſeiner gnaden AMTMANN aufgenommen, und mir ſeiner gnaden *ſchloſs* VIERRADEN, die nechſtkünfftigen *3. jahr* nach datum dieſes briefes nach einander folgende, in AMTMANNS-VVEISE inne gegeben, und empfohlen hat, nach innhalt ſeiner gnaden *beſiegelts* brief mir darüber gegeben. Bekenne ich öffentlich mit dieſem *briefe*, daſs ich in laut deſſelben ſeines *briefes* ſeiner gnaden AMTMANN vvorden bin, alſo, daſs ich das gemeldte SCHLOSS, von

von ſeiner gnaden vvegen mit getreuer und fleisſiger *verwahrunge* die obgenanndten DREY IAHR aus, mit 5. gereisſigen *pferden* und 15. *trabanten* vvehrlich, die ich bey mir allda halten, innen haben und mich aller *nutzunge* davon gebrauchen ſoll. Doch ſo ſoll und vvill ich der *armen leute* in den gemeldten ſchloſs *gehœrende* nicht beſchwehren, über ihre gevvöhnlichen *geld* und *dienſt*, vvie ſie vom *alter herkommen* ſind, und die *bœltzer* und andere darumb getreulich im vveſen zu halten und handhaben, doch ſo mag ich mich daraus gebrauchen, ziemlich *brenn-holtz* zu nothdurfft deſs *ſchloſs*, und über 60. biſs 70. *gülden holtzes* daraus nicht verkauffen. Ich ſoll und vvill auch fleisſiges und getreues auffſehen haben, und davor ſeyn, beſtellen und verhuten; daſs die *heyden* nicht angeſtochen und *ausgebrennet* vverden. Und alſs mir auch die obgenandte, mein gnædig *herr*, allen *ſaamen*, der itzund auf den *bau-feldern* zu dem genanndten ſchloſs gehörende, ſtett, gelaſſen hat, vvie mir das ſein gnaden alles itzund laſſet, ſolchermaſſen will und ſoll ich das ſeinen gnaden *wieder einantworten* und zu vveſen halten ungeidlich. So ſoll und vvill ich auch ſein gnaden in der obgenandten zeit niemand fur den ZOLL daſelbſt ZU RADEN freyen, die deſſelben *zolles* vor nicht gefreyet ſind; und um beeden gezeugden mir die von ARNIM itzund von meines gnædigen herrn vvegen mit dem ſchloſs einantvvorten und ubergeben vverden, von

geſchoſs

geſchoſſ und andern darzu gehörende, den ſoll und will ich auch mit ſammt dem *ſchloſſ*, ſo ich das abtretten vverde, vvieder übergeben, und ſeiner gnaden deſſelben *zeuges*, ſo mir der überantvvortet iſt, ein *verzeichniſſ*, vvas und vvie viel das ſey, zuſchicken; doch ſo mag ich ſolches *gezeugs*, zu der *wehre* des *ſchloſſ* RADEN, ſo es noth vväre, gebrauchen, und meinen gnädigen herrn deſſelben, deſs ich alſo verbrauchen vvurde, nicht pflichtig ſeyn, vvieder zugeben, aber vvas des uber ſolch verbrauchung uberbliebe, das ſoll ich ſeiner *gnaden* vvieder einantvvorten, wie vor ſteht, und das gemeldt *ſchloſſ* RADEN, auch die leute daſelbſt, nach meinem höchſten und beſten vermögen vervvahren, getreulich und ohn alles *gefährde*, als ich denn dem obgenannten, meinen gnädigen herrn, darum mit *handgebenden treuen* gelobt, und zu *Gott* und den *heil. geſchwohren* habe; Vnd deſs zu *urkunde*, gebe ich ſeinen gnaden dieſen meinen REVERS-BRIEFF, mit meinen anhangenden *innſiegel* verſiegelt, geſchehen zu *Cölln* an der *Spree* am montage nach dem heiligen Chriſttage anno 1472.

NVM. LI.

IOACHIMVS, *marchio* Brandeburgenſis, *ſententiam dicit inter* CZVLLICH *oppidum & nobiles de* LOEBBEN *ſuper iure uendendi & coquendi* cereuiſiam. *an.* 1512.

V*On Gottes gnaden wir* IOACHIM, *des heil. Rœmiſchen Reichs* ERTZ-CAMMERER, *Churfürſt, und* ALBRECHT, *gebrudere, Marggrafen zu Brandenburg, zu Stettin, Pommern, der Caſſuben und Wenden hertzogen, burggrafen zu Nurnberg und furſten zu Rugen.* Bekennen und thun kund öffentlich mit dieſem *briefe*, vor uns, unſer erben und nachkommen und ſonſt allermänniglich, die ihn ſehen, hören oder leſen; Als wir Marggraf IOACHIM *Churfurſt* &c. &c. &c. Dann hiervor, zvviſchen unſern lieben getreuen, burgemeiſtern und rathmannen unſer ſtadt CZVLLICH und Sigmunden und Chriſtoph von LÖBBEN ein abrede und veranlaſſung auf ein vorergangenen receſs, im nahmen unſer räthe an unſer ſtatt, und mit unſerm *ſecret beſiegelt*, in der *gute* mit beyder partey vviſſen, und volbort gemacht, vvie dann ſolche *abrede* und *receſs*, auch nach inhaltung der abrede, von vvorten zu vvorten hiernach folgen, alſo lautend: Auf heut *dienſtag* nach Laetare anno 1512. haben unſer gnædigſter herr, herr IOACHIM *Marggrafe zu Brandenburg, Churfürſt &c.* in den *irrfällen* und *zwieträchten*, ſo zvviſchen dem rath zu CZÜLLICH als klägern an einem, und Sigmunden und Chriſtophen von LÖBBEN, am andern theil, der CRETZMER oder KRVGE in den dörffern *Caltzig*, *Nickern* und *Paltzig* auch anders thuns halben geſchvvebet, darinn hiervon biſs zu beſchluſs der ſache, gehandelt, und *urtheil* ergangen, mit ſonderlicher *verwilligung* der geſchickte von *Czüllich gütlich*

gehan-

[redacted]

gehandelt, und die abrede und veranlaſſung gemacht, alſo; daſs die ergangene VRTHEIL, in ihren kräfften und vverthen bleiben, doch die gethane expens und *gerichts-koſten*, allenthalben gegeneinander aufgehoben ſeyn ſollen, und haben die geſchickten von *Czüllich* ſeinen churfürſtl. gnaden, zu dienſtl. gehorſam und gefallen, darzu genandten den von LÖBBEN einen *kretzmer* oder *krug*, von den *dreyen* zu behalten, freywilligl. nachgegeben, als zu *Nickern* oder *Paltzig*, derſelben einen ſollen die von LÖBBEN, zwiſchen hier und Oſtern ſchierſt zu kieſen, macht haben, und dann auf die Oſtern ihnen anzeigen, und ernennen; doch daſs derſelbe *kretzmer*, den ſie alſo kieſen vverden, in ſeinem *krug* ſelber *braw*, und von den von *Löbben* nicht *verlegt* werde, daſſelbe *bier* ſoll der *kretzmer* vertreiben, laut der priuilegien, die andern zvven *kretzmer*, die die von CZÜLLICH behalten, ſollen ihr bier zu *Czüllich* holen, zu jeder zeit, für und für, doch iſt fürder, durch unſern *gnädigſten herrn* betheidiget; Es haben ſich auch die von LÖBBEN vorbehalten, vvann ſy mit dem andern umſitzenden *adel*, in den obgenandten *dörffern*, in vvelchen das vväre, ſelbſt, in ihrem geſchäffte, oder zu *freuden* zuſammen kommen; daſs ſie dann, die zeit *bier kauffen*, und holen laſſen mögen, vvo es ihnen gefällig iſt. Diſs alles haben darmacht die geſchickten von *Czüllich*, auf ein anbringen dem gemeinen *rath* zu *Czüllich*, und auf ihr fürder bewilligen angenommen, und weſs

Oo 2 ihnen

ihnen daran beliebet und annehmlich iſt, ſollen ſie unſerm *gnädigſten herrn* zvviſchen hier und Oſtern zuſchreiben, alſsdann ſoll mit inſerirung, des vorergangenen RECESS, des fremden *biers einfuhrung*, uber dieſe abrede, damit die allenthalben ſtett und feſte gehalten, ein *fürſtl. beſiegelter ſchied* aufgericht vverden. Actum am jahr und tag ut ſupra.

Zu wiſſen, als ſich die burger von *Czüllich* beklagen, daſs die *mannſchafft* in ſelben *weich-bilde* ihren bauren geſtattet, *fremde biere* von *Schwiebiſchen* und anders vvo zu holen und zu beſchencken, vvieder *furſtl. priuilegium* und *alt-herkommen*, und die *mannſchafft* anzeigt; daſs ſie nicht *dräncke* noch *gute biere* brauen. Es ſey auch von *alters herkommen*, daſs ſie *bier* nach ihrem gefallen haben *ſchencken* mögen: ſo dann der *rath* deſs ihnen nicht geſtändig, und ſich erboten zu verfugen, daſs *brawer* geordnet, die nach der art *gute biere brauen* ſollen, iſt ihnen von meinen *gnädigſten* und *gnädigen herrn* zu ABSCHIED gegeben, nach ableſung der von CZVLLICH priuilegien, daſs es mit *ſchenckung* der *bier* gehalten vverden ſoll, nach meldung des priuilegiums; alſo, daſs der *mannſchafft* KRETZMER und *bauren*, kein ander *bier*, dann von *Czüllich* führen und ſchencken ſollen; vver anders gefunden, ſollen *umgetrieben*, und in *ausgedruckte ſtraffe* gefallen ſeyn, darauf *graff* BEER &c. als vervveſer beuelch geſcheen, ſolch *priuilegium* zu *handhaben*, und wer darvvieder handelt,

nach

nach laut deſſelben in *ſtraffe* nehmen, doch vves die *mannſchafft* ihrer bauren halben gefreyet, mögen ſie auch, vor dem vervveſer furbringen, der *beuelch* hat, darinne zu ſehen, damit jedermann an ſeinen *alt-herkommen* nicht verhindert werde. Desgleichen vvo Chriſtoph von LÖBBEN, ſeines *krugers* halben, ausfuhrung thut; daſs er vor *alters gebrauen*, ſoll er auch dabey bleiben, nach erkenntniſs des vervveſers, doch *bier-geld* davon geben. Zu *uhrkundt* mit unſers gnädigen herrn marggraf IOACHIMS churfurſtl. ſecret verſiegelt, und geben zu Cölln an der Spree, am ſonnabend nach Bartholomaei, anno 1512.

Darauf uns jetzund, gemeldte *burgemeiſter* und rathmanne unſer ſtadt CZVLLICH gebeten, ihnen ſolche unſer abrede und veranlaſſung, mit dem receſs alles obbeſtimmt, gnädigl. zu confirmiren, zu beſtättigen, und des ein *ſchied*, und *briefſl. urkund* zu geben, des haben vvir angeſehen, ihre ziemliche bitte, und auch gethanen anlaſs, und ihnen ſolche *abrede* und veranlaſſung mit dem RECESS, als die landesfurſten gnädigl. confirmirt, beſtättiget, und dieſes unſers ſchieds urkund gegeben, confirmiren, beſtätten und geben ihnen, diſs unſer ſchieds-*urkundt*, gegenvvärtiglich, in und mit krafft diſes *briefes*, wollen und ſollen ſie auch und ihre nachkommen, dabey gnädiglich ſchutzen und handhaben, zu jeden zeiten, und dieweil der *rath* von *Czullich*, durch ihre geſchickten, uns zu gefallen nachgegeben;

daſs die von LÖBBEN einen *kretzmer* oder *krug* von den dreyen, als *Caltzig*, *Nickern* und *Paltzig*, zu behalten macht haben, als zu *Nickern* oder *Paltzig* derſelben einen, die von *Löbben*, zvviſchen hier und Oſtern kieſen, und alsdann auf Oſtern den von *Czullich* ernennen und zuſchreiben ſollen, und dann die von *Lobben* auf unſer mehrmahln, auch der von *Czullich* anſuchen der kruge einen biſsher nicht gekoren noch zu kieſen vielleicht nicht vermeynt ſeyn, haben uns furder die von *Czullich* gebethen, ſolchen *krug* ſelbſt zu ernennen, und anzuzeigen; Alſo ernennen vvir den *krug* oder *kretzmer* zu *Nickern*, und vvollen daſs die von *Lobben* denſelben behalten, und es damit halten ſollen, vvie in der abrede begriffen, getreulich und ohne gefährde. Zu *uhrkund* mit unſerm marggrafen IOACHIMS *churfurſtl.* anhangenden *innſiegel* verſiegelt; und geben zu *Colln* an der *Spree*, am freytag nach Mauritii, der geburde Chriſti *funffzehn hundert* und im *zwolfften* jahr.

NVM. LII.

PETRVS, *comes de* NVWENBVRG & *Pomeraniæ* palatini, *ſuis* fidelibus *clareant, nouam ciuitatem inſtaurandi* RVGENWALDAM, *inſtruxitque conditores priuilegiis* 1) iuris Lubecenſis 2) *ſingularis* uogtiae 3) *agrorum* confinalium 4) *portu ac littore*

littore maritimo 5) *captionis* halecum 6) molendinorum *in* Wippera, *fluuio & alibi* 7) tribuum *opificiariorum* 8) *pauſae der niderlage* 9) *nobilium incolarum* 10) *cenſuum, cetera. an.* 1312.

I*N nomine Domini amen!* PETRVS *DEI gratia, comes de* NVVENBVRG, *& dominus Iohannes & Laurentius felicis memoriae domini* SWENSONIS *filii, totius terrae* POMERANIAE PALATINI, *domini terrae* SLAVINAE *uidelicet* & *Rugenwaldiae, uniuerſis chriſti fidelibus, praeſcriptum uiſuris ſeu audituris, in ſalutis auctore ſalutem.*

Quoniam humanae uitae imbecillitas nequaquam in eodem ſtatu ſubſiſtere diu ualet, ſed mutabilitati ſubiacet, uniuerſa ſtatuit conſulta diſcretio, ea quae geruntur, ne memoriam effugiant *hominum, ſigillatis apicibus* aut uiua uoce teſtium perennari. Hinc eſt quod nos pari uoto & unanimi conſenſu noſtris *fidelibus*, reuera in Chriſto nobis dilectis poſſeſſoribus, domino Rudolpho uidelicet de *Colmatz*, Iohanni *Vredeland* & Henrico filio ſuo & fratri ſuo Henrico, ac Hermanno *Smorren*, *ciuitatem noſtram* RVGENVVALD de nouo *locandam* dedimus & conſtruendam, cum omnibus *ciuibus*, quos ad ſe *uocauerint*, & cum *mero iure* LVBECENSI etiam ſub omnibus ſubnotatis manſis & interiectis conditionibus, modis & libertatibus feliciter & quiete *iure haere-*

 ditario

ditario perpetuo poſſidendam. Primo namque ad ipſam CIVITATEM LOCANDAM, damus ipſis poſſeſſoribus, *centum manſos* cum *decem manſis* in agris cultis & incultis hoc modo menſurandos, infra aquam uidelicet *Viperam* & uillam *Cyſow* octoginta manſi & ab alia parte ipſius aquae triginta manſi metiendum, *quinquaginta* etiam *manſos* pro *paſcuis* poſſeſſoribus noſtrae ciuitatis aſſignamus. Quodſi totidem manſi in prato ante noſtrum caſtrum, cum idem pratum protenſum fuit & menſuratum, minime poterunt reperiri, ſimiliter ab alia parte aquae praefatae, uidelicet infra aquam *Grabitz* & caſtrum noſtrum, ipſi manſi complebuntur. Inſuper proprietatem *quinquaginta manſorum* ubicunque in *terra noſtra* emere poterunt, eisdem poſſeſſoribus, perpetuis temporibus condonamus. Praeterea *libertatem* ADVOCATIAE & MERVM IVS LVBECENSE, tum in ipſa noſtra ciuitate, quam etiam in omnibus manſis praetaxatis, uidelicet ducentis & decem *manſis* omnesque SENTENTIAS CAPITALES ſiue MANVALES pleniſſime ipſis poſſeſſoribus indulgemus, ſubnotatas tamen conditiones in praemiſſo *iudicio* ipſius ADVOCATIAE nobis reſeruantes. Inprimis in ipſa noſtra ciuitate, cum *maturo conſilio* poſſeſſorum uidelicet & noſtro, pro tempore, cum neceſſe fuerit, ſimul *aduocatum* ponemus. De iudicio nihilominus in praenominatis manſis ipſis poſſeſſoribus indulto *primum denarium* nobis, *ſecundum* peſſeſſoribus, *tertium* uero ciuitati noſtrae aſſignamus. IVS autem LV-

BECENSE

BECENSE ante *portum ciuitatis* & in *littore maris* hoc modo ſeruabitur; unus uidelicet de noſtris, cui committimus, uices noſtras in hac parte ibidem noſtro nomine *iudicabit*, & de omnibus exceſſibus ciuium noſtrae ciuitatis, ibidem contingentibus, *primum* denarium nobis adſcribimus, poſſeſſoribus, *ſecundum*, *tertium* uero ciuitati; de HOSPITIBVS & de eorum exceſſibus ibidem, posſeſſores omnino nihil habebunt. Damus etiam poſſeſſoribus praefatis & ciuibus uniuerſis non ſolum liberam licentiam praenominatam uidelicet aquam *Vipperam* deſcendendi & aſcendendi, uerum etiam per portum noſtrae ciuitatis, qui uulgaliter BOLLWERCK ſiue HAVENE uocatur ulterius ad *ſalſum mare* exeundi & redeundi ſine THELONIO, largam libertatem, hoc adiiciendo, quod omnes *hoſpites nauigiis* aduenientes & PAVSAM communem, quae NEDDERLAGE dicitur, in eadem aqua facientes, euolutis *duobus diebus thelonium* obligatorie dare tenebuntur, de quo uidelicet thelonio nobis *duas* partes reſeruantes, *tertiam* partem ad portum, hoc eſt, BOLLWERCK reſtaurandum relaxamus. Ratum inſuper & quitum tenemus, quod ſi aliarum quarumcunque ciuitatum conſules noſtrae ciuitatis poſſeſſores & ipſorum conciues, de omni thelonio liberos & *quitos* dimittere compromiſerint, ipſos e conuerſo & eorum conciues ab omni *thelonio quiete* demittere poſſunt & ſolutos; Coeterum ſex naues, quae BONDINGE uocantur, *in captura halecum* habebunt, de quibus

nauibus ipſa ciuitas *tres*, reliquas uero *tres* naues poſſeſſores obtinebunt, & quisquis de ipſis *piſcatoribus* in iisdem nauibus piſcantibus tempore praemiſſo in iudicio exceſſuum cedere poterit, de hoc nobis primum, poſſeſſoribus ſecundum, tertium uero denarium poſſeſſoribus ciuitati. RETIA nihilominus, quae STRANTGARNAE uocantur, ipſi poſſeſſores in littore maris habere poterunt, ita tamen, ne noſtri piſcatores in noſtra piſcatura, hoc eſt in loco, qui HAKE nuncupatur, aliquid impedimenti patiantur. Licentiamus etiam iisdem poſſeſſoribus in *noſtra aqua* VIPERA quatuor piſcatores, cum *minutis retibus*, quae STOCKENETTE uocantur, qui uidelicet piſcatores a porta ciuitatis per aſcenſum ipſius aquae usque ad locum, in quo proprietas & termini ipſius ciuitatis terminantur & ante noſtram clauſuram ipſam *piſcandi artem* ſua retia iactando taliter exerceant, ne nos in noſtra CLAVSVRA aliqua detrimenta patiamur. *Piſcium* uero medietatem poſſeſſores, reliquam mediam partem ciues obtinebunt. MOLENDINVM praeterea nouum in praedicta noſtra aqua *Wippera* praefati poſſeſſores cum *duabus rotis*, ubicunque uoluerint, locabunt, de quo molendino, ab illa hora, in qua cum *molendino* aedificato primo molere inceperint, per integrum annum nobis nihil dabunt, ex tunc autem, annis ſingulis de qualibet rota *decem tremodios* frumenti molendini, cum *modio Lubecenſis* ciuitatis menſurandas expeditae noſtrae familiae praeſentabunt.

Quod

Quod ſi futuris temporibus ipſi poſſeſſores pluribus *rotis* indiguerint, eo modo, quo praemiſimus, liberum integrum unum annum obtinebunt & ſimiliter de qualibet rota appoſita annis ſingulis decem tremodios dabunt frumenti ſupra memorati. ESOCES uero ſi caſu ultra noſtram clauſuram ſaltum facient, & in aqua, qua rotae reguntur, ſiue in meatu aquae, qui *Sluſſ* nuncupatur, piſces etiam cuiuscunque generis ſi capientur, utique poſſeſſores ſibi reſeruabunt, nouo itaque aedificato antiquum deſtruitur. Pari inſuper uoto annuimus, quodſi praenominati poſſeſſores aliquos reditus pro commodo ARTIFICVM, uidelicet *piſtorum*, *carnificum*, *ſutorum*, *balneatorum* in noſtra ciuitate comparere decreuerint, medietatem illorum redituum poſſeſſores tollent, reliqua uero cedet ciuitati. Damus etiam poſſeſſoribus, omnes ibidem AREAS & omnes praenotatos *manſos*, *diſtribuendi*, *diuidendi*, quomodo & quantum & quibus perſonis uoluerint, liberam facultatem. Item ſi ipſi *poſſeſſores* extra *proprietatem* ciuitatis ſibi aliqua bona propriis denariis comparauerint, de illis ad *communem contributionem*, quae fit ſecundum uulgarem ciuitatum conſuetudinem, quae in uulgo SCHOTT uocatur, nihil omnino dare tenebuntur. Sed ipſum fiat de *nobilioribus penſonis*, quae in eadem noſtra ciuitate fecerint manſionem, quod ſi aliqua bona extra proprietatem ciuitatis habuerint, illa bona obtinebunt libera, eo modo, quo ſupra. Praeter iſta omnia uolentes, quod ſi de *ſtir-*

pe

pe nobilium miles uel aliquis talium pro aliquibus debitis coram *aduocato* noſtrae ciuitatis fuerit accuſatus, quamuis iuſte, niſi prius illa debita coram *nobis* efficaciter fuerint *executa*, obligatione iudicio noſtro aſtabit. Sed ſi aliquis ab ipſis *nobilioribus* in noſtra ciuitate aliquem de *noſtris ciuibus* uerbis ſiue factis offenderit (quod abſit) talis, ſi detentus fuerit, non ſolum ibidem *iudicio aſtabit*, uerum etiam ſemota omni contradictione, quicquid IVS dictauerit LVBECENSE, modis omnibus ſuſtinebit. Ipſam etiam ciuitatem ſituatam & in circuitu plantatam noſtris poſſeſſoribus praeſentare tenemur, & ab illa hora, in qua noſtra ciuitas eisdem taliter fuerit praeſentata, numeratis octo annis, quos integraliter omnes liberos & ſine aliquo grauamine feliciter obtinebunt; ſuper omnia nihilominus praemiſſa ad infra notata fideliter ſeruanda, nos *praeſentibus* firmiter *obligamus*, uidelicet ſaepe memoratos poſſeſſores, in omnibus praemiſſis manſis, areis, haereditatibus & aliis bonis ipſis praeſentatis, & adhuc praeſentandis, efficaciter tenemur gaurandare & omnia bona ab omni impetitione libera pace procul dubio etiam gratia uelut etiam iure. Huius itaque conuentionis ſimul & actionis noſtrae teſtes ſunt D. B. Abbas de *Buchauia* - - - prior - - - *Cellarius*, dominus Conradus de *Verſin*, dominus de *Below*, dominus Conradus de *Goſla*, dominus Iohannes de *Gertagi* Swin, *Swantus*, Iohannes de *Riſtow*, Iohannes iunior *Sprue* & alii generis plurimi

fide

fide digni. Vt autem haec noſtra conuentio ſimul & actio rata & impermutabilis perpetuis temporibus perſeueret praeſentem paginam inde confectam ipſis praetaxatis poſſeſſoribus porreximus, *ſigillorum* noſtrorum munimine roboratam. *Datum* & actum in *Slawina* anno Domini *milleſimo trecenteſimo duodecimo* in die ſanctae & indiuiduae Trinitatis.

NVM. LIII.

Epiſtola MVLEI, Maroccorum *regis, ad* IOAN. GEORGIVM, *electorem* Brandeburgicum, *honoris & amicitiae plena, perferente eam Adamo de* SLIEBEN, *1580.*

M*Vleius* HAMETIVS aus göttl. vvillen, ein gevvaltiger gebieter, in dem Occidentiſchen AFRICA, jenethalben und auf diſſeits des berges Clarius oder ATHLANTIS gelegen, im *Suſs*, *Feſs*, *Marocco*, *Sangera* und *Tremiſſa* könig, ein herr der *Mauritanier*, *Alarber*, *Barbarier*, *Getulier*, und *Turodunier*.

Entbeut ſeinem bruder (Iuwantz Gurlotz / Iohann George) dem SIEBENER HERREN, oder ſeptemuiro, in der Mitternächtigen Germaniſchen marck oder gebieth regierenden und gevvaltigen fürſten ſeinen gruſs, und vvünſchet ihme Gottes rechte erkenntniſs und langes leben, und bezeuget, oder thut ihm zu vviſſen, daſs er ſeinen (Abkaboll, / Adam v. Schliben) oder den,

der

der ihm lieb und mit dienſt vervvandt iſt, ſeines bruders halben gerne geſehen, und daſs ſein bruder geſundt ſey, frölich angehöret, und derohalben ihme ſein reich zu beſchauen, befordert hat, und vvill ohne zvveiffel ſeyn, daſs Iuwantz Gurlotz eben alſo ſeine, des Mulei Hametii, Abkaboleten oder diener, die ihm lieb und angenehm ſeyn, auch alſo mit guten vvillen erſcheinen vvürde, ſo die zu ihm kommen, oder an ſein reich gereichen vvürden, und ſoll ſolches, vvo es ihm auch alſo beliebet, zvviſchen ihnen beſtändig ſeyn, vvelches ehr Iuvvantz Gurlotz dem Muleo Hametio, vvann ehr forthin jemanden aus den ſeinen in ſein reich ſendet, ob es ihm alſo angenehm ſey, in ſchrifft bekanntlich zu machen, vviſſen vvird. Der allmächtige Gott vvolle ihrer beyder leben, durch ſeine vorſehunge langvvierende machen, und ihnen den frieden zulaſſen. Diſs iſt vom Muleio Hametio im 989. jahre Alhegirae, und im 3ten jahre des Mulei Hametii Reichſsung in der ſtadt Marocco zueſchrieben, und mit ſeinem heiml. königl. zeichen zu beſchlieſſen, befohlen.

Dieſer brief iſt recht nach dem original, laut der Mauritaniſchen wörter, ohne einige zulage oder abkürtzunge, inhalts des texts uertiret, ſo Muley Hamet könig zu Marocco und Feſs, churfürſt Iohanni Georgio zu Brandenburg, durch herr Adam v. Schlieben, commendatoren zu Lützen, Sr. churfl. Gn. geheimter rath, zugeſchicket, als er ein jahr und vier wochen, bey ihme zu Marocco geweſen. Ao. 1580.

LIB.

LIB. IV.

RERVM DANICARVM APPENDIX.

REGVM ALIQVOT DANIAE GENEALOGIA ET SERIES ANONYMI,

Ex ueteri codice M.S. chronici cuiuſdam eccleſiae Laudunenſis, quod deſinit in anno Chriſti

CIↃCCXVIII.

CAP. I.

AN. CHRISTI IↃCCCCXXXI. HARALDVS, hic cognomento *Blachtent,* id eſt, *dens liuidus,* uel *niger,* qui quartus poſt *Guermundum* ex pagano CHRISTIANVS eſt effectus: ſed apoſtatauit. Qua ex re regno pulſus, ad *Slauos,* tunc paganos, confugit, & crebris incurſibus regnum *Danorum* infeſtauit. Sed non praeualuit.

Notae ad cap. I.

An. CH. IↃCCCCXXXI. Numerus annorum ſingulis capitibus praefixus non eſt anonymi noſtri, ſed mutuatus ſum eum e chronologia Iohannis Suaningii, uiri clariſſimi, quam

quam nunc ſub prelo gemere, magnopere gaudeo.

Blachtent. Melius *Blaatand.* Blatandum hiſtorici nominant, cognomento *ſapientem*, & *magnum.* Fuit rex iſtius nominis VI. ſiue, ut cum Wolfgango Lazio *lib. IX. de gent. migrationibus pag. 517.* Claudius Chriſtophorus Lyſchander, hiſtoriographus olim regius numerat, VII. qui ſecundum Cl. Suaningii arbitrium VIII. eſt, non uero IV. ut Bozius putat, nec V. ut Polydorus Virgilius *lib. VI.* exiſtimat, cuius ſententiae minime fauent icones regum Daniae; uidetur enim ibi ſculptoris incuria pro *Heraldo* VI. ſcriptum eſſe *Heraldus* V. cum Heraldus Klack ibidem no. 58. bis inter Daniae reges numeretur, Haraldi uero IV. no. 50. fiat mentio. Filius fuit *Gormonis* III. ſiue II. qui uulgo, quod inſtar uermis, ſiue aſpidis bonos ubique pungeret, dicebatur *Worm*, ſiue *Wurm*, ut in Mſ. Cod. Helmoldi *lib. 1. cap. VIII.* legitur, quem, ut multos alios, mecum ex refertiſſima ſua bibliotheca communicauit uir clariſſimus, & patriae hiſtoriae ſtudioſiſſimus ac peritiſſimus, Stephanus Iohannis Stephanius; quam amicam operam inuicem nobis praeſtare ſolemus. Ab Alberto Stadenſi uocatur *Guurm crudeliſſimus uermis.* Quo encomio ante eum inſigniuit Helmoldus *lib. I. chron. Slau. cap. VIII.* In eo tamen Stadenſis mihi errare uidetur, quod Gormonem filium faciat *Hartewichi*, cum patrem habuerit *Haraldum* quintum.

Quartus

Quartus poſt Guermundum. Primus Daniae regum chriſtianam fidem Daniae intulit *Haraldus*, anno Domini & Seruatoris noſtri ıↄ ccc xxvii. teſte Florentino Wigornienſi: noſtris annalibus ıↄ ccc xxvi. In chronico belgico Iohannis Geerbrandi a Leida *lib. V. cap. VII. anno Chriſti* ıↄ ccc xxv. Achilli uero Pyrminio Gaſſaro, Auguſtanae ciuitatis olim medico, in *epit. hiſtor. anno Dom.* ıↄ ccc xxxii. Vbi tamen regis huius nomen emittit, & pagina ſequenti ad annum Chriſti ıↄ ccc xlviii. pro *Iuaro*, ſiue *Inguaro Danorum rege*, male ſcribit: *Iauarus.* Haraldum hunc Daniae regem *Klagum*, *Klack* cognomento appellarunt: quem e Daniae regum catalogo Iohannes Meurſius p. m. Hiſtoriographus olim regius *lib. III. hiſtor. Dan.* eiicit. Quo tamen non obſtante, hiſtoricis noſtris primus numeratur, qui inter Daniae reges fidem in Chriſtum amplexus ſit. Vide, ſi lubet, Lyſchandri chron. ad annum Chr. ıↄ ccc xxvii. & Icones regum Daniae no. 58. Secundus, e pagano Chriſtianus factus, eſt *Ericus*, M. Adamo *Horicus I.* Snorroni Sturleſonio in *chron. Noruag. p. 113. Hareck*, Haraldi frater, cum quo Moguntiae in Germania una ſacris initiatus eſt, ut referunt, ante, & poſt Ericum Pomeranum, Daniae regem, & Anonymum annalium Fuldenſium, & annalium Francorum, quorum hunc Petrus Pithoeus edidit *pag. 31.* multi hiſtorici. E quibus Florentius Wigornienſis, & Marianus Scotus ſcribunt: Haraldum a Ludouico imperatore in huius palatio *Ingelnheim* de fonte bapti-

ſmatis fuiſſe ſuſceptum, coniugem uero eius a *Iuditha* imperatoris uxore eleuatam. Tertius, qui CHRISTO nomen dedit, fuit *Ericus ſecundus*, ſiue *iunior*, cognomento *Barn* dictus, regis Siuardi, ſiue, ut alii putant, Erici primi filius. Quartus, *Frotho VI.* dictus, *Strenuus*, Canuti filius, qui in Anglia ad ueram diuini numinis adductus eſt cognitionem. Quintus, fuit *Gormo* ſecundus, *Anglicus*, *Engelender* cognomine, alias *Harteſnute*, qui in Anglia quoque reiectis profanorum erroribus in ueri DEI ſe dedidit arbitratum. Anglici ſcriptores referunt, eum a rege *Aluredo*, filio Ethenulfi, ſiue ut ab Huntindonienſi & Malmesburienſi appellatur, *Alfredo*, *Alfrido*, & *Elfredo*, ſiue, ut Ethelwerdo placet *Aelfred*, ad fidem chriſtianam fuiſſe ductum, & e ſacro fonte in filium adoptiuum ſuſceptum. Quibus Rogerius addit: nomen ei tum *Ethelſtaui* fuiſſe impoſitum. Alii eum uocant *Gormondum*. Pico, & Ethelwerdo *lib. IV. chron.* & Rogerio dicitur *Guthrum*. Exiſtimo enim, apud Rogerium mendoſe ſcribi *Guthnum*. In legibus eccleſiaſticis Aluredi, & noſtri huius, quas Henricus Spelmanus uir claris. edidit pag. 375. uocatur *Guthurnus*, & *Godrun*, ab aliis *Gythurnus* & *Guthrumnus*. Et ab hoc Gormone Haraldus Blatandus quartus numeratur, quique fidem ſalutiferam amplexus ſit. Puto autem, pro *Guermundum*, ſupra in textu legendum, aut certe intelligendum eſſe *Gormonem*, In qua coniectura me ualde confirmant Ingulphus abbas Croylandenſis ad an. Chr. ɪↄ ccc lxxii. *pag. 869.* ubi

dicit

dicit: rex *Godroun*, quem nos *Gurmound* uocamus; & incertus auctor continuationis hiſtoriae Bedae. *lib.* II. de geſtis Anglor. *cap. IV.* ubi fere eadem uerba leguntur; *namque rex eorum*, inquit, *Gudrum*, *quem noſtri Gurmundum uocant.* Non igitur Haraldus Blatandus primus fuit, ut refert Sueno Aggonis filius *cap. IV.* qui IESVM CHRISTVM, DEVM, & mundi Seruatorem agnouerit; ſed, niſi calculus me fallit, regum chriſtianorum fuit ſextus, uel, ſi Gormonem cognomento *grandaeuum* huc quoque referas, ſeptimus, aut octauus, ſi Gotofredum cum Cyriaco Spangenbergio in *chron. Mansfeldenſi cap. CX.* inter chriſtianos reges numeras. Simili errore ducuntur Ioh. Tritemius in chron. monaſterii Hirſaugienſis *pag. 38.* & Ioh. Magnus *lib. XVII. hiſtor. Goth. cap. XVI.* ſub fin. Haraldum a Suenone primum dici chriſtianum regem, Stephanus Iohannis Stephanius, uir optimus, cenſet, non, quod chriſtiani reges nulli ante hunc Haraldum fuerint, ſed, quod eo regnante, *diuini cultus propagatio exoptato ſucceſſu effloreſcere coeperit.* Quam ſententiam confirmat Witichindus *lib. III. geſtorum Saxonicorum*, ubi ita: *Dani antiquitus erant Chriſtiani, ſed nihilominus idolis ritu gentili ſeruientes.* Et Helmoldus *lib. I. cap. IX. Eo tempore,* ſubaudi Haraldi, *Dania plenarie recepit fidem* Adde Ditmari epiſcopi *lib. II. chronic. pag. 18. lin. 23.* & Segebert. Gemblacenſ. ad an. Chr. IↃ CCCC LXVI. cuius uerba Elias Reuſnerus in iſagog. hiſtor. ad eundem an. Chr. repetit.

Chriſtianus eſt effectus. E maximo eccleſiae DEI perſecutore, una cum coniuge *Gyritha*, ſiue *Goreld*, pro qua alibi male ſcribitur *Syritha*, ut recte monet uir magnificus Arnoldus Huitfeldius, regni Daniae olim cancellarius ad an. Chr. IↃCCCLXXIV. Alii uolunt fuiſſe *Gunildam*, ſiue *Guinildam*, quae Adamo Bremenſi *lib. II. cap. II.* Alberto Stadenſi & Krantzio III. *Metropolis cap. XVI.* ſub fin. *Gunhild;* incerto uero autori chronici Slauici *Gunnyld.* Socium ſacroſancti huius negotii habuerunt filium *Suenonem*, ſiue *Suen-Othonem*, quod nomen ab Othone imperatore, a quo e lauacro παλιγγενεσίας ſuſceptus eſt, adſumpſit. Snorro Sturleſonius in chronico ſuo ait, ab aliis uocari *Ottesuend.* In chronicis Slauicis Anonymi *cap. VII.* mendoſe uocatur *Otto*, cum legendum ſit, *Suen-Otho.* Incertus autor hiſtoriae archiepiſcoporum Bremenſium, quem D. Daniel Cramerus in *chron. eccleſiaſt. maiori lib. I, cap. XLI.* ducem ſequitur, Haraldi coniugis, & filii non meminit, ſed de Vnnone ita ſcribit; *Poſtquam ad Danos perueniret, Haroldum regem baptizauit cum Danorum multitudine.* Anonymus ſcriptor *magni chronici de temporibus mundi* in Ludouico ſecundo *pag. 171.* regem hunc noſtrum *Arioldum* uocat, & hiſtoriam ita refert: *Arioldum quoque regem Danorum cum uxore ac filiis ferunt baptiſatum Mogunciae, cui imperator Friſiam dedit.* Saxo grammaticus *lib. X.* in diuerſum abit, dum ait: Suen-Othonem apud Scotos aquae ſacramento fuiſſe conſperſum. De quo licet

cet clariſſimus hiſtoriographus Iſ. Pontanus dicat, quod hiſtoriae huius fuerit *quaſi ignarus:* mihi tamen uidetur oculatiſſimus noſter Saxo reſpexiſſe ad Suen-Othonis ſecundam conuerſionem, ut theologi loquuntur, quae facta eſt in Scotia, atque ita laxius fuiſſe loquutum.

Apoſtatauit. Vtitur hoc uerbo B. Cyprianus *epiſt. LIV.* ad Cornelium fratrem, pro, *defecit a chriſtiana religione.* Quod tamen falſo heic in optimum principem, & *regem chriſtianiſſimum*, (quod encomium ei dicit Helmoldus *lib. I. cap. XV.*) ſcribitur. Quare ſuſpicor, Anonymum noſtrum errare in nomine. Nam *Haraldus Klagus* eſt, qui agnitae ueritati repudium miſit; ſed anno ſecundo poſt, a B. Anſcario ad eam reuocatus eſt. Veriora ſunt, quae de hoc noſtro Haraldo leguntur apud Adamum Bremenſem *lib. II. hiſtoriae. eccleſiaſt. cap. XV. pag. 50. Haraldus*, inquit, *rex Danorum religione ac fortitudine inſignis, chriſtianitatem in regno ſuo iam dudum benigne ſuſceptam, usque in finem conſtanter retinuit.* Quae ipſiſſima uerba hinc tranſcripta extant apud abbatem Stadenſem *pag. 109.* quibus *pag. ſeq.* haec de ſuo addit: *in confeſſione Chriſti deceſſit.* Quae Danice expreſſit, & ſua fecit nobiliſſ. Huitfeldius ad an. Chr. ID CCCC LXXX. Quod etiam affirmat Snorro Sturleſonius in *chron. Noruag. pag. 124.* Fieri etiam potuit, Anonymum noſtrum res geſtas Haraldi Blatandi confudiſſe cum *Erici* regis Sueciae, quem M. Adamus *cap. XXVII.* libri citati *He-*

ricum nominat, apud quem Sueno rex Daniae dicit: *Hericum poſt ſuſceptam chriſtianitatem denuo ad paganiſmum relapſum fuiſſe.* Qui tamen error temporis ratione facile euitari potuiſſet, immo debuiſſet. Pro auctore noſtro facit Sueno Aggonis filius *cap. IV.* ubi dicit: Haraldum *ſanctae Trinitatis fidem profugum abieciſſe.* Quae ſuſpicio dubio procul inde, quod *rex bonus,* Krantzii uerba ſunt, *in fide* CHRISTI, *inter medios daemonicolas ſpiritum* DEO *reddiderit lib. IV.* Daniae *cap. XXI.* Anonymo contradicit Helmoldus *lib.* 1. *chron. Slau. cap. XV.* his uerbis: Haraldus *in* CHRISTI *confeſſione migrauit, adſcribendus non ſolum inter* DEO *dignos reges, ſed etiam inter glorioſos martyres.*

Regno pulſus. Non ob eam cauſſam, quam Anonymus heic fingit; ſed contra ab impio filio Suen-Othone & infidelibus ſubditis, non uero Godefridi filiis, (ut Caluiſio in opere chronolog. abbas Stadenſis impoſuit) ſolio deturbatus eſt, quod chriſtianam religionem, profana uetere abrogata, induxerat, quodque parum prudenter Cimbros, liberalem populum, ad ingens aliquod ſaxum, matris *Thyrae* tumulo imponendum, e mari ad locum ſepulturae pertrahendum, cogebat. Saxo *lib. X.*

Ad Slauos. Emmae reginae encomiaſtes *Haraldo* aeque infeſtus, quam Aggonis filius, & Anonymus noſter, eadem, de optimi regis ficta ἀποςασία refert, & haec addit: *huius rei gratia congrediuntur in praelio, in quo uulneratus, fugatusque pater ad Slauos fugit.* Sed

Sed fuga haec ita ſe habuit. Poſtquam primo praelio in Cimbria a filio uictus eſt, in Sielandiam cum reliquis copiis traiecit, & inde, cum, commiſſa in mari pugna, deteriore conditione praeliaretur, idemque, quod ante, infortunium ferret, regno exceſſit, profugitque tandem *Iulinum* ad Vandalos, ſiue ad Slauos; quae uariae appellationes unius gentis ſunt, ut notat communis patriae aliarumque regionum praeceptor Philippus Melanchthon ad Tacitum: ſiue, quod Iulinum, autore Chytraeo, diuerſorum populorum fuerit ſedes. Victoriam contra Haraldo adſcribit Snorro Sturleſonius *in chron. Noruagicis pag. 129.*

Crebris incurſibus. Vno ſaltem a Saxone commemorato: quando Normannorum, & Iulinenſium, quorum hi quoque, etſi gentiles, execrandum illud regii exilii nefas in filio, & ſubditis deteſtabantur, auxiliis, in Helgeneſeano litore adortus eſt Daniam; (ita pro *Sielandia* legendum eſt, apud Ioh. Meurſium *lib. III. hiſt. Dan.* pag. 50. lin. 20. *Helgenes* enim litus, ſiue promontorium Iutiae eſt, non Sielandiae,) ubi tamen fortunam cum nihilo meliorem experiretur, a filii quodam milite, cui ante moleſtus fuerat, ex inſidiis lethaliter uulneratus *Iulinum*, Stadenſis abbas uocat *Iumne*, Huitfeldus noſter *Imne*, quod Sturleſonio eſt *Iomsborg pag. Chron. Norvag. 130. & 315.* priſtinum hoſpitium a ſeipſo aedificatum, & Danorum coloniam, quam Haraldus eo deduxerat, repetiuit, diemque obiit anno reparatae gra-

tiae ↄ CCCCLXXX. princeps cum paucis comparandus: quanquam uetus chronicon Pomeraniae, quo uſus eſt Daniel Cramerus p. m. uir ſummus *in chron. eccleſiaſtici lib. I. cap. XXI.* diſſentiat, quod uult: *Iulin a Iulio Caeſare conditam eſſe nominatam.* Videtur quidem Helmoldus *lib. I. cap. XV.* a priore relatione abire, quando dicit: *Ipſe Haroldus grauiter ſauciatus fugit ex acie, aſcenſaque naui, elapſus eſt ad ciuitatem opinatiſſimam Slauorum, nomine Winnetam.* Verum Mſ. cod. Stephanii noſtri tollit omnem diſſenſum, ita legens: *ad ciuitatem opulentiſſimam Slauorum, nomine Iumnetam.* Corpus tamen eius, anima in ſuam patriam, hoc eſt, coelum migrante, etiam in ſuam patriam translatum fuit, & in Roſchildenſis S. Trinitatis templo a ſe poſito ſepultum. Poſtea, ut meruit, in martyrum numerum receptus eſt, rex de ſuis optime meritus, peſſime remuneratus. Meminit illius fugae ad Willelmum, Normanniae ducem, Willelmus Gemmeticenſis *lib. III. hiſtoriae Normannorum cap. IX.* ubi bis pro *Haraldo* corrupte legitur *Heroldus*, & corruptius, *Aigroldus*, ſiue, ut eſt apud eundem *lib. IV. cap. VII. Haigroldus.* Quibus locis monachus iſte confuſe admodum Haraldi res geſtas adducit. Corruptiſſime uero a Ganguino appellatur *Aygrotus*, in uita regis Ludouici, Caroli Simplicis filii; ubi quoque dicit, Ludouicum Galliae regem ab Haraldo, Bernhardi, prudentis Dani, ope, & conſilio fuiſſe captum, quae etiam apud Paulum Aemilium, in uita

Ludo-

Ludouici leguntur, qui eum uocat *Aigraldum.* A Sigeberto Gemblacenſi in chronico ad an. Ch. ıↄ cccc xxxv. ridicule uocatur *Chuipiam*, ſiue, ut in aliis codd. extat, & Sigeberti uerbis deceptus ſcribit Iohannes Cluuerus in *epit. hiſt. pag. 526. Chiupam*: quae uox Danis monſtrum nominis eſt. Pro quo igitur typographi in poſterum ſcribent *Haraldum*, ſiue *Blatandum*, non uero *Gormonem*, ut quidam putat, cuius emendationi & tempus & rei ueritas ſecundum Saxonis mentem reclamat. Nam *Gormo Anglicus*, ut ſupra diximus, proximus ab Haraldo hoc noſtro chriſtianus quidem fuit, non uero proximus in regum ſerie. Gorm autem Haraldi pater profanus fuit homo, nec unquam baptizatus legitur, unde ad eum, quae Sigebertus dicit, referri nullo modo poſſunt. Nec me mouet, quod idem monachus hiſtoriam hanc ad an. Ch. ıↄ cccc lxvi. referat, cum prioris ſit repetitio, & alieno loco poſita. Nobiliſſimus dominus Huitfeldius, apud quem mendoſe cognominatur *Engelender*, pro *Grandaeuo*, ſiue *Gamle*, autore Saxone, cuius auctoritas apud me in patria hiſtoria maior eſt, quam extraneorum, ſcribit quidem, quod metu coactus Henrico imperatori promiſerit, ſe fidem CHRISTI, ſiue chriſtianam religionem eſſe amplexurum, non uero dicit, eum fuiſſe ſacro fonte immerſum: immo id negat, & chriſtianorum hoſtem mortuum fuiſſe affirmat. Ioannes Funcius *in chronologia ſua ad an. Chriſt.* ıↄ cccc xxxi. & Spangenbergius *cap. CXXVII.*

 chron.

chron. Mansfeld. a Witichindo ſeducti neſcio quem non *Nubum* regulum nominant. Non dubito, quin exteri hiſtorici in nomine errauerint, quare, ut de rei ueritate conſtet, apud Sigebertum, pro *Henrici* nomine, reponendum eſt *Otho:* quod σφάλμα apud Reginonem abbatem Prumienſem, aut ſi quis alius ſit autor chronici continuati lib. II. quoque tollendum. Haec cum iis, quae uir cl. Iſ. Pontanus, hiſtoriographus regius, in *Gormone Anglico* notat, conciliari, ut uerum fatear, ab eo, qui Saxonis auctoritatem magni facit, non poſſunt; niſi in eam ſententiam tranſeat, quam regum Daniae Icones Hafniae nuper editae, aliaque hiſtoriarum monumenta monſtrant: *Gormonem Anglicum* ſcilicet, & *Gormonem*, *Haraldi patrem*, nomina unius eiusdemque eſſe perſonae. Quam opinionem, cum non careat rationibus, neque tamen a difficultatibus ſit libera, ego, qui aegre heic a Saxone diſſentio, in medio relinquo. Et tantam obſcuritatem, nominum propriorum uariatio ueritati afferre poteſt. Quare, ut mihi quidem uidetur, res non eſt de nihilo, uariantes lectiones annotare; quicquid dicant, qui in aliorum ſcriptis nil niſi minutias ſomniant.

CAP. II.

ANNO CHRISTI IↃCCCCLXXXI. SVEVO, iſte cognomento, *furcata barba*, fidem chriſtianam cum omni populo ſuo ſuſcepit & fideliter perſeuerauit. Angliam inuaſit, & crebris bellorum incurſibus

ſibus attriuit. Sed usque quaque non perdomuit.

Notae ad cap. II.

SVEVO. Ita etiam Althuſius *in chronic. reg. Daniae* legit. Ab encomiaſte reginae Emmae, & incerto autore hiſtoriae archiepiſcoporum Bremenſium, in uita Libentii primi uocatur *Suein*, ſiue, ut Huntindonienſis archidiaconus *lib. VI. hiſt.* ſcribit *Suain*; Rogero, *in priori annalium parte*, Matthaeo Weſtmonaſterienſi, *in uita S. Eadmundi*, Malmesburienſi *lib. II. cap.* x. Florentino Wigornienſi *ad an.* CIↃXVI. Ingulpho, Gemmeticenſi & aliis, *Swanus*, *Swenus*, *Swein*, *Suenus*, a Danico *Suen*; ſed *Sueno* emendandum eſt, ſiue *Suen-Otho*, quod nomen, ut ſupra indicauimus, ab imperatore Othone in ſacro fonte impoſitum tenuit. Sequentia, quae de hoc rege ab anonymo adducuntur, cum prima fronte dubia uideantur, praemonere hiſtoriae Danicae tyronem uoluimus, ſcriptorem noſtrum agere de Suenonis geſtis, poſt ἀποςασίας, ſiue a religione chriſtiana defectionis, uariaeque impietatis, & ſcelerum eius (quae collegit Baronius ad an. Ch. CIↃXI.) poenitentiam, & conuerſionem ad DEVM, quae tum fiebat, quando iuſtiſſimo DEI iudicio, regno in exilium eiectus, animum ad paternam atque priſtinam pietatem ſerio uertebat, poſtquam aequiſſima talionis poena uitae ſordes eluerat.

Furcata barba. Quia in modum furcae in

in duas partes fiſſa fuit. Barba bifida. Danice, *Tiuffveskeg.*

Cum omni populo. Quod de ſecundo, religionis emendandae, & uerae pietatis reſtituendae, eius conatu, ad populum, accipiendum eſt, quando is, non tam piis ſui regis adhortationibus, quam beati Popponis, epiſcopi Arhuſienſis (unde apud Lazium *lib. IX. de gent. migrat. pag. 517. lin. 43.* pro *in Arns* legendum, & corrigendum *in Aars*, ſiue *Arus*) miraculis, ad fidem in CHRISTVM amplectendam inductus fuit. Saxo grammaticus heic a Witichindo diſſentit, qui tamen hiſce temporibus fuit proprior. Nam Witichindus *lib. III. geſtor. Saxon.* dicit, Haraldum, Suenonis patrem, a Poppone ad CHRISTI ſacra, ferri candentis miraculo adductum fuiſſe. Clariſſimos hos ſcriptores ut Bozius conciliaret, finxit, miraculum hoc repetitum fuiſſe apud Suenonem. Verum Bozii fidem in hiſtoria Danica non parum uacillare, ſequentia, uti ſpero, non obſcure probabunt. Witichindo adſtipulantur Snorro Sturleſonius *in chronic. Noruag. pag. 123. & pag. 125.* Ditmarus *lib. II. chron. pag. 18.* Matth. Weſtmonaſterienſis *ad annum Domini* IↃ CCCC LXVI. *pag. 191.* Sigebertus Gemblacenſis ad eundem annum, & magnificus uir, Arnoldus Huitfeldius, qui, quaſi ex inſtituto, a Saxone ad exteros ſcriptores abire ſolet: quem ſequitur e recentioribus Cypraeus apoſtata. Vtramque ſententiam, cum Bozio, & Baronio, amplexatur Spondanus *in anno Chriſti* IↃ CCCC XLIX. M. Adamus

uero

uero in contraria it omnia, quando *lib. II. hiſtor. eccleſiaſt. cap. XXVI.* non tantum hoc, ſed aliud, tunicae ſiue ſubuculae ceratae, atque incenſae miraculum, ad *Ericum*, ſiue, ut ipſe ſcribit, *Hericum* Sueciae regem, poſtquam impium Suenonem regno pepulerat, refert, qui tum Daniae praeerat. Tunicae miraculi, autor quoque *de S. Meinwerco cap. XLI.* meminit. Sed errat Bremenſis. Poppo enim mortuus eſt ante, quam Ericus diadema impoſuit. Vide Huitfeldii annales *in anno Chriſti* ιͻ cccc lxxxiii. *&* ιͻ cccc lxxxvi. abbatem Stadenſem ab Adamo Bremenſi in Witichindi diſcedere caſtra, alii mirentur, non ego, qui pro compertiſſimo habeo, Albertum Stadenſem non tantum ex Adamo, ſed etiam ex Witichindo, Helmoldo, & aliis permulta tranſcripſiſſe: quibus, uti & ipſo Stadenſi familiariter quoque uſum fuiſſe Albertum Krantzium integrae paginae ex iis deſumtae produnt. Anonymus de uita *S. Meinwerci cap. XLI.* ait, Bopponem a quodam Danorum comite Othone rogatum in Daniam ueniſſe, & chirothecae ferreae miraculum edidiſſe, quo tempore, tacet. Sed nullum eſt dubium, miracula haec facta eſſe Haraldi aetate, & non Suen-Othonis. Poppo enim an. Ch. ιͻ cccc lxxxiii. mortuus eſt, antequam Sueno ad ueram & ſalutarem fidem reuertebatur. Cum Saxone facit Krantzius *lib. IV. Daniae cap. XXIV.* Vide de hac diſſenſione hiſtoricorum Ioh. Meurſium, rarae eruditionis uirum, in notis *ad cap. I. Aelnothi.*

Angliam

Angliam inuaſit. Quod etiam poſt poenitentiae tempus intelligendum eſt. Ante enim miſer, & regno exutus in Angliam, auxilium petitum confugerat, ſed fruſtra: cum ſalutis ſuae praeſidium, & quidem inexſpectatum in Scotia demum acceperit.

Et crebris bellorum incurſibus attriuit. Cauſſa iuſtiſſimarum irruptionum in Angliam fuit *nefariae proditionis ſcelus, quo Edelredus Anglorum rex regnum ſuum polluerat, ut & pagani tam execrabile nefas horrendum iudicarent. Nam Danos per omne regnum unanimi concordia ſecum cohabitantes, mortis periculum minime ſuſpicantes, ſubito furore ſub una die perimi, mulieres quoque aluo tenus terrae eſſe defoſſas, & ferociſſimis canibus concitatis mamillas ab earum pectoribus crudeliter extorqueri; lactentes uero pueros ad domorum poſtes alliſos excerebrari iuſſit, nullis criminum exiſtentibus culpis.* Verba ſunt Willelmi Gemmeticenſis *lib. V. hiſtoriae Normannor. cap. VI. pag. 251.* Eadem leguntur apud Willielmum Malmesburienſem, luculentiſſimum illum de geſtis regum Anglorum ſcriptorem *lib. VI. hiſtor. pag. 360.* ubi dicit, lanienam hanc eſſe factam *in feſtiuitate S. Bricii.* Quod idem affirmat Hector Boëthius *lib. XI. hiſtor. Scotor.* Matthaeus Weſtmonaſterienſis *ad an. Ch.* CIↃ XII. non ueretur impiae & funeſtae huic fraudi fauere. Enarrat effrenatum hunc furorem e noſtratibus quoque Huitfeldius *in an. Chr.* CIↃ III. A ſuperioribus diſſentit epiſcopus Ditmarus *VII. chronic. pag. 94. 30.*

Sed

Sed uſque quaque non perdomuit. Immo perdomuit, ſibique totam ſubiugauit non modo Angliam, ſed etiam Noruagiam. De Anglia ita Camdenus: *Sueno rex Danorum hac ſuorum caede* (cuius paulo ante mentio facta eſt) *irritatus numeroſo exercitu Angliam inuaſit; immaniterque efferato animo graſſatus Ethelredum fugauit, totumque regnum ſibi ſubdidit, filioque Canuto reliquit.* Georgii Buchanani eadem de re uerba haec ſunt: *Sueno, deuictis penitus Anglis, publico eorum conſenſu regnum eſt adeptus. lib. II.* rerum Scoticarum *pag. 71. ſub fin.* Idque non prius, quam cum DEO redierat in gratiam. *Exemplum*, ait Krantzius, *uniuerſis regibus in ſe praefiniens. Quamdiu enim religioni repugnauit, infeliciſſimis ſucceſſibus ad extremas peruenit calamitates: at, ubi conuerſus in* DEVM *ſacram agnouit ueneranter religionem, ex infimo gradu ad ſplendorem, ac facultatem uicinis regnis conſpicuam peruenit lib. IV. Daniae cap. XXVI.* Falſum igitur, quod ex Rogero, & Weſtmonaſterienſi (addere potuiſſet chronicon Noruagicum, niſi linguae Danicae imperitia impediuiſſet, item Malmesburienſis *lib. II.* ubi eadem legitur fabula, cui tamen non credidiſſe uidetur, & Florentinum Wigornienſem ad an. Ch. CIↃ XXXVI.) citat Baronius in an. Ch. CIↃ XIV. Suenonem ſcilicet, ad conſpectum S. Eadmundi, ſiue Edmundi regis ac martyris, trementem, & militum auxilium magno clamore implorantem, acriter a ſancto confoſſum cuſpide, & de equo deiectum, paullo poſt magno cruciatus tor-

tormento miſerabiliter uitam finiuiſſe. Quo licet reſpexiſſe uideatur Andreas *du Cheſne lib. IX. hiſtor. Angl.* fidem tamen fabuloſae enarrationi addere non audet, ſed dicit: *Suenon miſt fin a ſes brigandages, & uoleries par une mort incertaine & douteuſe.* Saxo grammaticus, Adamus Bremenſis, & alii, quos infra nominabimus, quorum teſtimoniis in patria hiſtoria ego multum tribuo, ualde mihi haec reddunt ſuſpecta. *Pactum,* inquit Saxo *lib. X. cum Adelſteno habuit, ut eo decedente, regis bonis ac nomine frueretur.* Vbi, pro *Adelſteno,* quod σφάλμα etiam apud Andream Velleium hiſtoriographum olim regium in Danica uerſione tollendum, omnino *Edelrado* legendum. Is enim tum rebus Anglicis praeerat. Et paullo poſt: Sueno *in ipſo perfectiſſimo uitae fulgore deceſſit.* Per occaſionem heic notandum, errorem apud Saxonem natum eſſe ex nominis *Edelradi* uarietate; quod Ditmaro *pag. 94. 47.* & abbati Stadenſi eſt *Adelrad,* Adamo Bremenſi, *Ethilredus, lib. II. cap. XXXVI.* aliis ſcriptoribus *Ethelredus,* pro quo corrupte quoque apud Rogerum de Houeden legitur *Egelredus.* Haec obiter; perueniendum eſt ad inſtitutum noſtrum. M. Adamus loco citato ſcribit: quod in Anglia *morte praeuentus obierit.* Siue, ut Ditmarus ait, *morte tarda depreſſus ſit.* Malmesburienſis dicto loco dicit: ambiguum, *qua morte uitam effudit.* Huntindonienſis contra *lib. V. hiſtor.* putat, *in exordio regni ſui ſubita morte periiſſe.* E quibus nemo dicit, quod a S. Eadmundo occiſus ſit: licet

licet id Ingulphus innuere uideatur, cuius uerba haec ſunt: Canutus rex Danorum, *qui Suono patri apud Gainsburugh mirabiliter, & miſerabiliter extincto ſucceſſerat.* Exterorum fides heic iterum cancellario Huitfeldio maior fuit domeſtica ad an. Chr. CIↃ XIV. Snorro Sturleſonius refert in chronico ſuo Noruagico *pag. 185.* Suen-Othonem in lecto fato ceſſiſſe: Anglorum tamen eſſe opinionem, a S. Edmundo fuiſſe interfectum.

CAP. III.

AN. CHR. CIↃXV. KANVTVS, iſte cognomento *Magnus*, patre defuncto, *Angliam* ex integro ſubiugauit: cuius uirtus, & magnificentia tanta extitit, ut trium regnorum monarchiam teneret; *Angliae* ſcilicet, *Daniae*, & *Noruagiae*. *Boianos* quoque, *Pomeranos*, *Slauos*, *Sauios*, *Herminos*, omnes paganis ritibus deditos ſubiugauit. Filiam uero ſuam Romanorum imperatori copulauit.

Notae ad cap. III.

Inter *Suen-Othonem* & hunc *Canutum*, eius nominis *ſecundum*, rex Ericus, & autor Encomii Emmae dicti collocant *Haraldum VII.* Suenonis filium. Sed Anonymus noſter ſequitur Saxonem grammaticum, qui nullam huius regis facit mentionem. Cui conſentiunt Sueno Aggonis filius in compendioſa regum Daniae hiſtoria, & ſcriptor compendioſae hiſtoriae Daniae; Anonymus hiſtoriae archiepiſcoporum Bremenſium in uita Vn-

wani, Albertus Krantzius, & Ioh. Magnus. Quod uero autor noſter *Ericum* Sueciae regem omiſerit, nemo mirabitur, qui inſtituti eius ex epiſtola, opuſculo huic praefixa, reminiſcitur.

Kanutus. Si uerum eſt, quod Scaurus notat: Nomina quibus A, ſecunda eſſet in ſede, ſcribenda eſſe per K. recte autor ſcripſit *Kanutus*, pro *Canutus*. Verum huius arbitrium litis non meum facio, ſed in grammaticae praetores reiicio. Regis autem noſtri nomen a ſcriptoribus uarie fingitur de nomine. Nam a Willelmo Gemmeticenſi *lib. V. hiſtor. Norman. cap. VIII.* & paſſim appellatur *Chunutus*, pro quo corrupte apud Aemilium legitur *Hununtus*. Ab Huntindonienſi, Adamo Bremenſi, & aliis *Cnut* ſiue *Knut*, nomine hodie adhuc in uernacula lingua uſitatiſſimo. Wilielmus Malmesburienſis monachus, & alii *Cnutonem* uocant.

Cognomento Magnus. Quod nomen ex rerum geſtarum magnitudine conſequutus eſt: ita, ut Laetus *lib. IV. rer. Danic.* recte canat:

Magno cui nomen ob acta Canuto
Magna fuit.

In cuius uirtutibus emicat, caputque altius tollit, quod ſe propriis legibus, rariſſimo exemplo, immo pene nullo, ſubiecerit. Ioh. Magnus inde hoc cognomen deducit: quod *omnium, qui unquam in Dania regnauerunt, fuerit potentiſſimus. lib. XVII. cap. XVIII.* Augetur etiam aliis cognomentis ab autoribus, nimirum *Canuti diuitis*, *Canuti ſenis*, ſiue *grandaeui, Gamleknut;* ab Anonymo breuis

tracta-

tractatus, de ſucceſſione regum Daniae, uocatur *Kanutus inſignis.* Nomen proprium mutaſſe alii ſcribunt in baptiſmo *Canuti* in *Lambrechtum*, ſiue *Lambertum:* priſtino tamen nomine ipſe ſemper uſus eſt.

Ex integro ſubiugauit. Non, quod pater eius Angliam usquequaque non perdomuerat, ut ſupra *cap. II.* ab autore noſtro dicitur: ſed, quod magna pars Anglorum antiquum obtinens poſt obitum Suen-Othonis, ſe ab imperio *Canuti* ſubtraxerat, ipſeque rex, teſte Huntindonienſi, quod alii ſcriptores ſilentio praetereunt, omnes fere iſtius prouinciae habitatores, qui Canuti partibus fauebant, interemerat, atque ita coactus fuit *Canutus* rebellatricem prouinciam de integro perdomare; ſuoque imperio hac conditione ſubiicere, ut Eduardus, qui Anglicis ſcriptoribus, quorum fidem in patria hiſtoria recte ſequitur e noſtratibus cl. Lyſchander *pag. chron. reg. Dan.* 199. eſt *Edmundus*, dimidio regni contentus alteram partem Canuto permitteret, totam habituro poſt Edmundi fata: quae cum nebulones quidam, quorum fax & tuba erat Edricus, ipſi accelarent, &, ut uidebatur, in Canuti gratiam Edmundum occiderent, aegre admodum tulit rex magnanimus, parricidas appellauit, ſuſpendioque affici iuſſit. Aliis haec facta eſſe conditionibus uolunt Hector Boëthius *lib. XII. hiſtor. Scot.* & Anglici ſcriptores, e quibus nemo heic Weſtmonaſterienſi fabuloſior, quibus quare noſtratium nonnulli conſentiant, libenter ſcirem. A

uero quoque alienum eſt, Canutum Magnum communi Anglorum conſilio in regem fuiſſe electum: uti ab Adamo Bremenſi, & aliis, deſcripſit Baronius in an Ch. CIↃXVI. Rogerus de Houeden *part. priore annal.* & Huitfeldius noſter *ad an. Chr.* CIↃXVI. item Weſtmonaſterienſis *in an. Chr. eodem* uerius dicunt: a nonnullis quidem fuiſſe electum, non uero ab omnibus. Sed fieri poteſt, Baronium reſpexiſſe ad Homagii, ſiue Hominii, ut feudiſtae loquuntur, tempus, electionisque uoce abuti. Aeque falſum eſt, Canutum prae timore Roberti ducis Normannorum illas conditiones accepiſſe, ut putat Willelmus Gemmeticenſis *lib. VI. hiſtor. Norman. cap. XII.* Fruſtra enim aquilam cornix prouocaſſet. Quod non ſine damno ſuo expertus eſt Ricardus, Normanniae dux, Canuti noſtri affinis. Robertum tamen conatum id fuiſſe, ſed fruſtra, autor eſt Malmesburienſis *lib. II. de geſtis regum Anglorum, pag. 73.* Ditmarus hiſtoriae huius ignarus, quae *lib. VII. chron. pag. 95.* & *lib. VIII. ſiue ultim.* de Henrico II. imp. *pag. 107. lib. 13.* aliena fide ſubnixus refert, falſa ſunt, & ex praecipua erga Anglos affectione conſcripta, caeteroquin hiſtoricus diligens, & minime contemnendus.

Vt trium regnorum monarchiam teneret. Immo ſex regnorum: *Daniae, Angliae, Noruagiae, Sueciae, Slauiae* atque *Sembiae,* autore Saxone grammatico lib. ſaepius citato X. ſiue quinque, quando *Slauia*, & *Sembia*, pro uno regno numerantur, quod autor uerſuum

ſuum feciſſe uidetur, quibus Canutum ita loquentem inducit:

Facta mihi Magni pepererunt inclyta nomen,
Quinque ſub imperio regna fuere meo.

Ipſe Canutus quatuor regnorum ſe fuiſſe dominum profitetur in diplomatibus ſuis, quorum inſcriptio haec eſſe ſolet: *Canutus rex totius Angliae, & Danemarciae, & Norreganorum, & partis Suanorum*, ſiue, ut alii legunt, *Suanonum*, in epiſtola Canuti ad Anglorum proceres an. regni XVI. id eſt Chriſti CIↃ XXXI. apud Spelmannum legitur, *Suauorum:* in qua apud Ingulphum eſt; & *magnae partis Swauorum.* Gaſſarus ad annum Domini IↃ CCCC XCVII. ita: *Cnuto*, ſic enim legendum eſt, pro *Cunto*, ut corrupte ibi ſcribitur, *uel Canutus ſecundus, Daniae, Nortuegiae, Suetiae, Angliae, Scotiae, & Gothorum rex ſolus.* Sueno Aggonis filius Canuto praeterea *Galliam, Italiam, Longobardiam, Teutoniam* adnumerat. Sed fides ſit penes autorem. De Gallia quidem nullum eſt dubium, ſi partem eius, Normanniam, pro tota, ex rhetorum praeceptis accipias. Sed non opus eſt potentiſſimo maximoque huic monarchae fictis quaerere gloriam, cum reuera tantam habuerit, ut ea ſeptentrionalium regum nomen egregium, & ad immortalitatem memoriae glorioſum reddiderit. Quod cum Thomas Bozius reuoluit, fateri coactus fuit: *nullos unquam reges ab orbe condito tam late in aquilonaribus Europae regionibus imperitaſſe, ut Daniae reges. lib. VIII.* De ſignis eccleſ. DEI. Recte tamen, & quidem autoritate

ritate Malmesburienſis *pag. 74.* & Huntindonienſis *pag. 364.* *Scotiam* ſuperioribus regnis Canuto ſubiectis, addimus, quam *rebellantem paruo ſubegit negotio.* Verba Malmesburienſis ſunt.

Daciae. Ita corrupte pro *Dania*, uitio ſui ſeculi ſcribebant ueteres. De quo errore uidendi hiſtoriographi noſtri, uiri clariſſimi, Iohan. Meurſius in *not. ad prooem. Aelnothi;* Iſa. Pontanus in epiſtola ad lectorem, hiſtoriae Danicae praefixa; & Stephanus Iohannis Stephanius in notis uberior. ad lib. I. Saxonis grammatici pag. 27. Quibus adde Willelmi Gemmeticenſis monachi *hiſt. Norman. lib. I. cap. IV. & partem V. Iſagoges hiſtoriae Matthaei Dreſſeri pag. 31. & Britanniam Guilielmi Camdeni pag. 75*

Boianos. De Boianis non memini me quicquam legere apud ſcriptores. Forte ſcribendum *Bouianos.* Bouii autem, ſiue, ut alii legunt, *Bonii*, Angliae oppidi, fuerunt ciues, quos Canutus deuicit. Sed coniectura alia me trahit, ut credam: Boianos una cum *Sauiis* & *Herminis* unum eundemque fuiſſe populum. *Boios*, Gallorum populum, a Cimbris olim fuiſſe deuictos, ſcribit Iacobus Wymphelingius in epit. rerum Germanicarum cap. II.

Pomeranos. Canutum Pommeranos, Sauios, & Herminos debellaſſe hiſtoricis inauditum eſt: a quibus *Sauii* & *Hermini* ne quidem nominantur.

Slauos. Bis eos deuicit. Quibus autor noſter recte addidiſſet, *Sembos*, *Vandalos*,

&

& *Friſios*, quos Canutus quoque imperio ſuo ſubiecit.

Herminos. Si uerum eſt, quod Anonymus heic refert, pro *Herminos*, legendum erit *Hermiones*, qui Germaniae populus apud Plinium. Vltimi ſunt Pomponio, ultra Cimbros & Teutonas. Abrahamus Ortelius in theſauro geograph. Sed hi erant Pomerani. Meminit Hermionum Tacitus *de moribus German. cap. II.*

Filiam uero ſuam. Gunnildam; (quod nomen ipſi cum auia ſua paterna erat commune, quae regis Vandalorum Burislaui filia. Snorro Sturleſonius Chron. Noruag. *pag. 131. & pag. 168.*) Haec noſtra ab Hermanno contracto comite Veringenſi in chron. ad an. Dom. cIↄ xxxviii. uocatur *Eliphdruda*, & *Cunegundis*, ab incerto autore continuat. Hiſtoriae Bedae de geſtis Anglor. *Gimhildis*; & in compilatione chronologica anonymi ad an. Dn. cIↄ ii. *Sponſa Konigundis.* Vrſpergenſi, & aliis eſt *Chunigunda*, & *Chunigunth*, *mater pauperum.* Nomen hoc in *lib. III. annal. Boiorum pag. 173.* Ioh. Auentini deriuatur a *Chunig*, Franca uoce, quae ſignificat *regem*, Germanis *könig.* In annalibus Belgicis Aegidii de Roya nominatur *Gunhild*, quod nomen auiae ipſius quoque tribuit Sturleſonius. Apud Aegidium ad an. Ch. cIↄ xxxvi. quod per occaſionem notandum, male, pro *Cnutonis*, legitur *Cuthonis.* Qui locus non parum hinc illuſtratur. Simili errore lapſi ſunt compoſitores chronici, quod Carionis, Melantho-

 nis

nis & Caſpari Peuceri nominibus commendatur: ubi ita; *Vxores*, ſubaudi Henricus III. *habuit duas: primam Cunigundam Anglicam, Cynetonis regis Anglici filiam.* Qui locus ſic reformandus: *Vxores habuit duas, primam Cunegundam Danicam, Cnutonis regis Danici & Anglici filiam.* Anſam illius erroris praebuiſſe Ioh. Auentinum, haec eius uerba produnt, quae leguntur in *lib. V. annal. Boior. pag. 313. lin. 58. Elſetruda, qui & Chunyla filia Cynitonis regis Cimbrorum & Anglorum eidem deſpondetur*; pro quibus lege: *Elſetruda, quae & Chunilda, filia Cnutonis regis Cimbrorum & Anglorum eidem* (ſubaudi Henrico III.) *deſpondetur*. Corrupte etiam ter apud incertum autorem continuationis hiſtoriae Bedae *lib. II. cap. XX.* pro *Cnutonis*, ſcriptum legitur, *Cunctonis*. *Gunilda* nata eſt ex *Emma* ſorore Richardi Normanniae ducis, & regis Angliae Ethelredi uidua, rarae uirtutis foemina. Huitfeldius *Alſgiuam* ad an. Ch. CIↃ XVII. item CIↃ XXXV. & paſſim adpellat. Vbi, ſi recte iudico, uir ſummus Canutum Magnum cum filio eius Canuto Duro, & reginam *Emmam* cum *Alſgiua*, ſiue *Alſiua* ſeu *Aluilda* concubina confundit. Vide, ſi lubet, Lyſchandri *chron. reg. Dan. pag. 199. ſub fin.* Eodem captus errore Matthaeus Weſtmonaſterienſis opinatur, Alfgiuam Canuti fuiſſe coniugem, in an. Dom. CIↃ XVIII. & Florentinus Wigornienſis monachus in chronico ex chronicis an. CIↃ XXXV. & CIↃ XXXVII. Alfgiuam nominat reginam & Harde-Canuti matrem: ubi alia

quae-

quaedam de Canuto Duro, & ſpuriis eius fratribus, Danis parum aequus, affert, quibus nihil dici potuit imperitius, & a ueritate, atque hiſtoriae analogia magis alienum. Ita ut monachus hic ipſe neſciat, quid chartis illeuerit. Haraldum enim & Canutum eiusdem matris fuiſſe filios ait, & deinde Eadwardum, Emmae filium, Canuti Duri nominat fratrem. Scopuloſa eiusmodi exterorum loca, dum noſtri ſcriptores non uitant, in patriam ueritatem peccare coguntur. Sed exempla ſunt odioſa.

Romanorum imperatori copulauit. Henrico III. cognomento *Nigro*, Conradi II. ſiue *Salici* filio, & non genero, ut autor ſcribit *narrationis de Henrico III.* in chronico Duringenſi, cuius fidem una cum aliis hiſtoricis ſuſpectam facit anonymus noſter. Mendum etiam eſſe ſuſpicor apud clariſſimum Meurſium *lib. III. hiſtor. Danicae pag. 56.* ubi typographus pro *Henrico III.* male, ut fieri ſolet, deſcripſit, *Henrico II.* Niſi forte Sigonii, & monachorum nonnullorum opinionem amplexus ſit: qui *Henricos* imperatores non ab Henrico Aucupe, ſed ab Henrico Bauaro numerare incipiunt. Caeterum, maior heic ſuboritur difficultas, etiam ipſis hiſtoriographis pertimeſcenda. Nam abbas Vrſpergenſis ita de hoc Henrico tertio ſcribit: *Qui, ut multi teſtantur, conſortem regni Chunigundam nunquam cognouit, ſed ut ſororem dilexit.* Quae Schafnaburgenſis monachus in *annal.* ad an. Ch. CIↃLXIX. *pag. 475.* ad Henricum IV. transfert, quod is,

cum uxori ſuae repudium molitus ſit, inter alias, hanc cauſſam praetenderit. A quo Malmesburienſis *lib. II. cap. XX. pag. 77.* contra in Vrſpergenſis ſententiam diſcedit. In contraria autem omnia currunt Surius, Baronius, Spondanus, & alii non pauci in an. Chr. CIↃ XIV. ubi Cunigundam non Henrico Nigro, Conradi filio, ſed Henrico ſancto, ſiue Claudo nupſiſſe affirmant. A quibus tamen in eo diſſentit autor uitae S. Godehardi epiſcopi Hildeshemenſis cap. IV. cum dicit: Cunigundam *Patherbronnae regalem coronam percepiſſe;* illi uero aiunt, Romae id factum eſſe. Cum autore anonymo citato facit Tangmarus presbyter in uita S. Bernwardi XIII. Hildesheimenſis epiſcopi, editionis Chriſtophori Broweri ieſuitae *p. 34.* & ſcriptor uitae S. Meinwerci *pag. 20. cap. XII.* Qui ſuffragatorem ſuum habent Adelboldum in actis Henrici imperat. Hi tamen omnes Cunigundae caſtitatem commendantes, eam Henrici ſancti, Othonis tertii ſucceſſoris, coniugem faciunt. Eandem ſententiam ſequuntur Paulus Langius Cygnaeus in chron. Citizenſi ad an. Chriſti CIↃ XIV. Weſtmonaſterienſis in an. Domini CIↃ XLI. Ioh. Auentin. *lib. V. annal. Boior. p. 309.* & Siffridus presbyter *lib. I.* epitomes in an. Ch. CIↃ II. cui loco hinc magnum lumen affulget. In caeteris, chronologiae fateor implicata heic eſt ſeries, & nominum propriorum confuſio maxima. Certum eſt, ſcriptores de eadem non loqui Cunigunda, id quod patet ex anonymo, de uita S. Meinwerci

werci *cap. XIV.* ubi Cunigundae fratrem aſſignat *Henricum*, quod ab hac noſtra alieniſſimum eſt. Deinde conſtat, Cunigundam Henrici ſancti coniugem non Canuti regis Daniae fuiſſe filiam, ſed Franconicae ſtirpis Palatinam, Sigfridi filiam, cognomento, ut Auentinus ſcribit, *Moſellanam von der Muſel.* Cui accedit, quod Cunigunda noſtra Henrico filium peperit *Magnum*, quem Saxo grammaticus autorem atque principem facit multarum familiarum in Germania. De quo tamen, mea quidem ſententia, recte dubitat Lyſchander *pag. 202.* Vt dubia dubiis augeantur, & tricis tricae addantur, non omittendum eſſe exiſtimo, quod exteri ſcriptores aliquot a noſtratibus heic quoque in eo diſſentiant: nuptias inter Gunnildam & Henricum tertium non factas eſſe ab ipſo Canuto Magno, ſed filio eius Canuto Duro, quem Malmesburienſis totius huius matrimonii putat fuiſſe autorem, non uero patrem ipſius, ut alii uolunt, Canutum Magnum: *Canutus Durus Gunhildam ſororem*, inquit, *ſpectatiſſimae ſpeciei puellam, a multis procis tempore patris ſuſpiratam, nec impetratam, Henrico imperatori Alemannorum nuptum miſit lib. II. cap.* XII. *pag.* 77. Adde Matth. Weſtmonaſterienſem in. an. Ch. CIↃ XLI. Arnoldum abbatem in continuatione chronici Slauorum Helmoldi *lib.* III. *cap.* II. *& cap.* XX. & incertum autorem continuationis hiſtor. eccleſiaſt. *lib.* II. *cap.* XX. Lucem haec, quae dicta ſunt, afferunt chronico Sigeberti in an. CIↃ XXXV. ubi per

per regem Anglorum intellige Canutum hunc regem Daniae.

CAP. IV.

AN. CH. CIↃXXXVII. KANVTVS, iſte filius ſuperioris, cognomento *Durus*, Dania & Norwagia contentus Angliam fratri ſuo conceſſit, Hic ſine prole obiit: *Sueuo* filius amitae ſuae in regno ſucceſſit.

Notae ad cap. IV.

Cognomento Durus. Hardeknut, pro quo male apud Ingulphum ſcribitur, *Hardetnutus.* In geſtis Guillelmi, ducis Normannorum & regis Anglorum, a Guillelmo Pictauienſi uocatur *Hardechunutus pag. 179.* In concilio uero Wintonienſi, quod Spelmannus edidit *pag. 534.* apud Hectorem Boëthium *lib.* XII. *Hardicanutus.* Et ab incerto continuat. Bedae autore, de geſtis Anglorum *lib.* II. *cap.* XX. *Hardacnutus.* In alio concilio apud eundem Spelmannum *pag. 570.* & in Britannia Camdeni *pag. 77.* nominatur *Canutus Audax;* ab archidiacono Huntindonienſi, *Hardecnut Munificus;* qui Huitfeldio ad an. Ch. CIↃXXXV. *Canutus Diues;* ab aliis *Aſper:* quod Encomiaſtes Emmae reginae interpretatur *uelox*, uel *fortis:* ſecundum alios, *malitioſus* & *ferox.* Ita etiam Saxo Haraldo Duri Norwagiae regis cognomentum exponit. Haec animi ferocitas, ſi qua in ipſo fuit, ita tandem in hoc noſtro Canuto deferbuit, ut *pacifici* cognomen ipſi datum ſit. Quare Norwagia non tam contentus

tentus fuit, ut autor noſter ſcribit, quam quod eam *Magno*, S. Olai filio lubens, pacis amore, conceſſerit. Quae de hoc Canuto refert Hector Boëthius *lib.* XII. *hiſtor. Stotic.* ut hiſtoricae ueritati contraria, ita ſunt falſa, immo anilibus fabulis, quam hiſtoricae relationi ſimiliora. Res geſtas, & tempora etiam miris modis permiſcet. Canuti cognomen quod attinet, Sueno Aggonis *cap.* v. hiſtor. reg. Daniae, memoriae prodidit, *Durum* fuiſſe nominatum, *non quod auſterus, uel crudelis extiterit; uerum inde, quod tale prouinciae nomen extiterit, ex qua natalem duxit originem.* Qui, ſi nomen atque locum prouinciae addidiſſet, operam certe non luſiſſet.

Angliam fratri. Non ipſe Angliam *Haraldo* fratri ſuo naturali conceſſit; ſed pater eius Canutus Magnus, tria regna ante inter filios diuiſerat: ut *Haraldus* natu maximus haberet Angliam, *Canutus* III. Daniam, & *Sueno* Noruagiam. E quibus duos in Angliae regno ſucceſſores habuit *Haraldum*, & *Canutum*, ut recte tradidit Camdenus, cuius mens non eſt, Canutum Magnum duos tantum habuiſſe filios. Neſcio, quid Hectori Boëthio *lib.* XII. *hiſtor. Scot.* in mentem uenerit, quando ſcripſit: tres hos reges Canuti Magni filios, Suenonem II. habuiſſe patrem. *Sueno is*, inquit, *qui primus ex gente Danicae regnum Angliae occupauit, tres habuit filios, Haraldum, Suenonem, & Canutum.* Sed falſus eſt Boëthius ignoratione hiſtoriae noſtrae, quae ipſum detruſit in alium

lium craſſum errorem, ut putaret, Canutum Magnum, Suenonis fuiſſe fratrem, & non filium. Neque Wolfgango Lazio hiſtoriarum ſtudioſi credant, qui *lib.* IX. de Marcomanis *pag.* 517. dicit: Canutum Magnum, *ex Gemilde Henrici quarti filia, progenuiſſe filios, Heraldum regem Angliae, Suenonem regem Norduegiae, & Canutum regem Daniae.* Diuiſionem illam, ut ad eam reuertar, contra fidem reginae Emmae, tum temporis Canuti Magni ſponſae a ſponſo ſuo datam, eſſe factam, anonymus, Encomii autor nobis fere perſuadet, apud quem Canutus addito iureiurando promittit: *nunquam alterius coniugis filium poſt ſe regnaturum, niſi Emmae; ſiforte illi* DEVS *ex eo coniugio filium dediſſet.* Non deſunt, qui arbitrantur, Haraldum non a ſuo patre, ſed poſt, eo defuncto, ab Angliae proceribus ad regnum fuiſſe uocatum: cum prius Angliae tantum, ſicut Sueno Norwagiae, proconſul a patre eſſet conſtitutus. Haraldum etiam a Danis in regem fuiſſe electum, Malmesburienſis *lib.* II. de geſtis regum Anglorum *cap.* XII. μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt. Quod uero autor noſter ſcribit, *Canutum Durum* Angliam fratri ſuo conceſſiſſe, de *Eduardo,* fratre eius uterino (& non germano, ut falſo referunt Malmesburienſis *lib. & cap.* laudato, & incertus autor continuation. Bedae de hiſtor. eccleſiaſtica gentis Anglor. *lib.* II. *cap.* XX.) ex Ethelredo, ſiue Edelrado Angliae olim rege &, Emma, ſiue Imma regina communi matre nato, accipiendum eſt. Angliam

gliam Canutum noſtrum ſimul cum Dania, poſt Haraldi obitum, poſſediſſe, conſtans hiſtoricorum affirmatio eſt.

Hic ſine prole obiit. Id ueriſſimum eſt &, e contrario falſum, quod Thomas Bozius *lib.* XXI. de ſignis eccleſiae DEI eum *Magni, Suenonisque parentem* facit. Et paulo poſt addit: *Magnus Canuti ſoboles.* Male: Magnus enim *Olai Noruagi*, ut mox dicetur, erat filius.

Obiit. Miſerabiliter inter uinum & pocula obiit mortem potentiſſimo rege, & quidem Chriſtiano indigniſſimam. Caueat ſibi ueritatis ſtudioſus a fabulis, quibus Hector Boëthius, annalibus omnibus reclamantibus, Canuti Duri ex hominibus exitum contumelioſiorem lectori reddere conatur *lib. XII. hiſtor. Scot.*

Cui Sueno filius amitae ſuae in regno ſucceſſit. Sueno hic fuit ſororis Canuti Magni filius, & non Suen-Othonis, ut nobiliſſimo dn. Huitfeldio in an. Chr. CIↃXLII. excidit, ſeu potius ſummi uiri amanuenſis locum deprauauit, quem ſanatum paulo poſt in an. Chr. CIↃXLVIII. uideo. Nam Suen-Othonis ſoror erat *Gunildis*, in laniena Anglica interfecta. Sueno uero ex *Eſtritha*, aliis *Margareta* cognomine *Eſtrith*, & *Vlfone*, Adamo Bremenſi *Wolf*, Angliae duce, uel ut aliis placet, comite, cognomento *Sprakeleg*, pro quo corrupte apud Rogerum & Wigornienſem legitur *Sprallingi*, & *Spraclingi*, genitus eſt. Vlfonem hunc Suenonis patrem fuiſſe Suecum, Saxonis, & aliorum autoritas com-

probat,

probat, a qua ſeceſſionem faciunt rex Ericus in hiſtor. reg. Daniae, & Adamus Bremenſis *lib. II. cap. XXXVII.* qui eum Angliae uindicant. Patrem uero eius a Suecis oriundum eſſe, omnes uno ore, quod dicitur, teſtantur. Quare apud Saxonem, ipſius Saxonis fide innixus, ueterem hanc ſcripturam retinendam eſſe prorſus mihi perſuadeo: *nam paternum inde genus traxerat.* Immo ex Suecia & non aliunde paternum genus traxit. A Saxone heic excidit Lyſchander *chron. reg. Daniae pag. 204.* Vide Huitfeld. *ad an. Ch.* CIↃ XLVIII. Suenonem noſtrum Vlfonis filium, quod attinet, cognominatus is eſt *Eſtreth*, ſiue *Eſtrithius*, quod nomen ad differentiam alterius Suenonis, Canuti magni filii, conſobrini ſui, ex matris nomine ipſi impoſitum fuit. Duos hos Suenones male confundit in unum Thomas Bozius loco iam dicto *pag. 191. & pag. 81. lib.* XX. Errore heic ſimili labitur etiam Ordericus Vitalis, Vticenſis monachus *lib.* IV. *eccleſiaſt. hiſtor. pag. 513. B.* ubi Suenonem Eſtrithium, quem *Suenum* uocat, Eduardi regis nepotem, & Hardecanuti filium dicit; & manus illa, quae ad marginem haec uerba appoſuit: *frater uterinus ex Emma*, cum Orderici mentem non perceperit, errorem errori addidit. Ordericus enim non uult, Eduardum Hardecanuti fuiſſe filium, ſed cauſam indicat, quare Sueno Eſtrithius Anglis ſuppetias adtulerit. Incitatum nimirum fuiſſe proxima cognatione (ita enim legendum eſt, pro *cognominatione*) ad regni cupi-

cupiditatem: *utpote*, inquit, *nepos Eduardi regis, Hardecanuti filius*. Id quod falſum eſt. Nam Sueno, ut ſupra diximus, Canuti Magni ſororis erat filius, & Hardecanuti conſobrinus: Suen-Othonis uero ex filia nepos & Haraldi pronepos, ut locus apud Adamum Bremenſem *lib.* II. *hiſtor. eccleſiaſt. cap.* XVIII. accipiendus. De hoc Suenone, & nonnullis Daniae regibus aliis *Ioh. Magnus*, infenſiſſimus iſte & hereditarius Danicae uirtutis hoſtis, pro libidine ſua, ut ſolet, ineptiſſima quaeque adfert: cuius mendaciis Petrus Paruus Roſaefontanus, eques Danus, ut decet, ex uero cordate it obuiam, pulcerrime edito libello, quem inſcripſit, *refutationem calumniarum cuiusdam Iohannis Magni.*

In regno ſucceſſit. Non continua ſerie. Nam *Magnus* Olai (quem anonymus hiſtor. archiepiſcop. Bremenſ. in uita Bezelini; Adamus Bremenſis, & alii uocant *Olaph*, a Rogerio autem corrupte nominatur *Olanus*) Noruagiae regis filius, Canuti III. ſiue Duri regnum, ex pacto ſucceſſorio, quod cum eo inierat, inuito Suenone Eſtrithio, intercepit. Et hunc Magnum cognomento *Bonum* autor noſter ſilentio praeterit: dubio procul, quod externus fuerit, & aduentitius, ſiue ut Saxo ait, *rex fortuna & uocabulo.* Qui ex ſcriptoris huius inſtituto rationeque non erat apponendus, ut in praefatione indicauimus.

CAP. V.

AN. CHR. CIↃ LI. SVEVO, iſte cognomento *Magnus*, potens ualde extitit, & glorioſus, & omnibus circumquaque nationibus formidabilis. In Chriſtiana religione multum deuotus. Qui licet plures filios haberet, de duobus tantum, ſcilicet *Erico*, & *Kanuto*, mentio fit.

Notae ad cap. V.

Sueuo, iſte cognomento Magnus. Iſtius nominis *tertius*, Huitfeldio ad annum Chriſti CIↃ XLVIII. *Secundus.* De hoc Suenone ſupra ſub finem capitis praecedentis quae diximus uide. Is ipſe eſt, ad quem extat fragmentum epiſtolae Alexandri II. pontificis Romani in *tom. VII. concil. general. pag. 270.* Et qui apud Scafnaburgenſem Henrico IV. imperatori ſuppetias aduerſus Saxones & Thuringos uenit *annal. pag. 488.* Cuius Baronius quoque mentionem facit in annum Chr. CIↃ LXII. Quae, & aliorum loca heic explicantur.

Formidabilis. Maxime uero *Eduardo* Angliae regi, quem una cum regno ſuo, cum rex eſſet Daniae ac Sueonum, ingenti claſſe parata, tributarium ſibi fecit. Idque tributum *Danigeld* fuiſſe dictum ſcribit Ingulphus hiſtoriae ſuae pag. 897. exactiones autem has ante quoque uocatas eſſe *Dangelt*, ſiue, uti eſt in legibus antiquis Anglicis *Danigeldum*, teſtatur Camdenus in Britannia ſua *pag. 76.* Caeteris ſuis uicinis non usque adeo fuit formido-

midoloſus. Nam, terga uicta dedit ſemel *Magno*, regi Noruagiae, bis *Haraldo*, S. Olai Noruagiae regis fratri. Sed a Vinnulorum quatuor populis, quando Slauorum principi *Godeſcalco*, genero ſuo, praeſidium tulit, ſpectabilem uictoriam reportauit. Quae ei ita profuit, ut omnibus circumquaque gentibus ex illo tempore, ad quod Anonymus noſter reſpicit, metum iniiceret.

Multum deuotus. Autor hiſtoriae compendioſae eum appellat *magnum religionis cultorem.* Secus, quam Anonymus hiſtoriae conditor archiepiſcoporum Bremenſium in *uita Alberti I.* ubi haec leguntur de noſtro rege, quem Danorum uocat *tyrannum*, & regem *ſuperbum : Eo tempore*, inquit, *cum rex iuuenis Suein tria pro lubitu ſuo regna, Danorum uidelicet, Nordmannorum, & Anglorum teneret, mox ſuccedentibus proſperis regis caeleſtis eſt oblitus.* Quae ad uerbum tranſcripta conſpiciuntur apud Albertum Stadenſem in an. Dom. CIↃL. pag. 124. Vera tamen ſunt. Non enim primis annis, ſed, poſtquam ſe importuniſſimis libidinibus exuerat, & uxorem *Gutham*, Sueciae regis filiam, conſanguineam ſuam epiſcoporum conſilio dimiſerat, animum ad pietatem ſerio applicuit, ſacroque cultu adeo ſe oblectauit, ut etiam Vandalorum irruptiones & latrocinia inulta relinqueret. Quod tamen pietatis ſtudium funeſtis procerum ſacris non parum contaminauit: licet poſtea inuſitata poenitentia honeſtare id ſtuduerit. De qua ita ex Saxone Henricus Spondanus

Baronii abbreuiator ad an. Ch. cIↃ LXXVII. §. *X.* *Mortuus eſt hoc anno rex Daniae Sueon, cum non longe antea edidiſſet egregium publicae poenitentiae exemplum; quo non ſolum priores chriſtianos reges imitatus eſſe, ſed etiam ſuperaſſe uiſus eſt. Narrat haec,* pergit, *pluribus Saxo grammaticus, egregiam poenitentiae uerae figuram uero eloquentiae penicillo colorans.*

Qui licet plures filios haberet. Legitimos habuit nullos: e concubinis uero XIII. alii numerant XIV. & duas filias. Quare etiam *regum pater* nominatus eſt. Sueno Aggonis filius *cap. V.*

De duobus tantum. Alias quinque Suenonis filiorum apud hiſtoricos mentio fit, qui, licet omnes nothi, regnum tamen ex patris uoluntate ordine tenuerunt; ita ut Helmoldus fruſtra miretur, quod Nicolaus, concubina natus, regnum obtinuerit. *lib. I. chron. Slau. cap. L.* & Pantaleo Candidus in annalib. ad an. Chr. cIↃ LXXIX. abſque ratione addat: *Haraldum fuiſſe Suenonis ſpurium*, quaſi Canutus & caeteri fratres non fuiſſent eiusdem farinae homines. Nomina eorum haec ſunt: *Haraldus, Canutus, Olaus, Ericus, Nicolaus.* Quorum hic quidem natu fuit minimus, non uero inter caeteros fratres: quomodo defendi & excuſari poſſunt Funcius in chronologia ad an. cIↃ CIV. & Wolgangus Lazius *lib. IX. de gent. migrat. p. 518. lin. 4.* De Olao imperite Lazius dicit, *filius ſeu frater Canuti lib. cit. pag. 518.* delenda igitur haec ſunt uerba: *filius ſeu.* Et non diſſimili errore ductus Pantaleo Candidus in annalibus d. loco, ſcri-

bit: *Olaus uel Nicolaus Canuti frater:* ac ſi unius hominis diuerſa fuiſſent nomina.

Erico & Kanuto. Horum meminit, quia gloria rei militaris caeteros fratres ſuperabant: quare non immerito *praecipuae patriae columina* appellabantur. Ab Alb. Crantzio uocantur: *maxima Daniae lumina, & ornamenta. lib. IV.* Daniae *cap. XXXII.* Et hi ſunt, de quibus Ordericus Vitalis *lib. IV. hiſtor. eccleſiaſt. pag. 513.* ſcribit: quod a patre cum magna claſſe in Angliam miſſi ſint. Cui ſcriptori, quod obiter notandum, in hiſtoria Danica nulla fides habenda: quia uera falſis ubique turpiter miſcet. Id quod abunde monſtrant, ut alia loca taceam, quae ab ipſo pagina citata, & pag. 518. referuntur.

CAP. VI.

AN. CHR. CIↃXCV. HERICVS, iſte filius ſuperioris, cognomento *Bonus*, dominicum ſepulcrum adiens multa præclara in itinere geſſit, & inde rediens apud Cyprum obiit: ubi regali ſepultura humatus eſt. Vnde *Cyprius* dictus eſt. Hic ex *Batilde* nobiliſſima totius Daniae *Kanutum Martyrem* genuit, qui apud *Kinoſtadium* abbatiam regalem quieſcit, ubi usque hodie miraculis claret.

Notae ad cap. VI.

HERICVS. Regum ordinem, & perſonarum nomina mire heic confundit autor noſter. Nam, *Ericus* ſiue *Hericus*, ut hic ſcriptor more ſui ſeculi, atque ſuae gentis (ſine dubio enim Gallus fuit: Galli autem quem nos

Ericum dicimus, Hericum, addita aſpiratione, nominare ſolent) eum uocat, e quinque fratribus, quos Sueno Eſtrithius regno deſtinauerat, quartus fuit in regum ordine, & penultimus: caeteros quatuor in ſerie hac ſua regum Daniae omittit, ob cauſſam, dubio procul, quam dedi ſupra in praefatione. Quod uero Anonymus noſter ſuperiore cap. dicit, *Erici* & *Canuti* tantum fieri mentionem, male de ſancto Canuto Erici fratre intelligi cupit: eum ita ſenſiſſe e capite ſequenti ſeptimo plus quam manifeſtum eſt, ubi *Canutum* ſuperioris, id eſt *Erici Boni* fratrem appellat. Qui error magnam hiſce fragmentis inducit obſcuritatem. Caeterum bono uiro memoria, & commune nomen ſiue cognomen impoſuit, quod Canutum *Suenonis Eſtrithii* filium, cum *Canuto*, Erici filio, Suenonis nepote, quem martyrem heic uocat, commiſcuerit. Vterque in catalogum ſanctorum relatus, uterque Canutus fuit appellatus. Error iſte, ne lectori incommodet, ita depellendus: *Sueno Eſtrithius* e tredecim filiis quinque proceribus Daniae, ut in ſolio poſt obitum ſuum conſtituerentur, commendauit. Cuius uoti etiam compos factus eſt. Nam *Haraldus* regnum adiit, & poſt eum *Canutus*, qui in epiſtola Gregorii papae mendoſe dicitur *Aconus*, pater Caroli Flandriae comitis, cuius Aimonius, *lib. V. hiſtoriae Francorum cap. I.* meminit, ſed *Canuti* nomen reticet: quod idem faciunt Huntindonienſis archidiaconus *lib. VI. hiſtor. pag. 371.* & Rogerus *pag. 460.* Quae loca hinc lucem

mutua-

mutuari debent. Canuto caeſo, ad *Olaum* parricidam fratris diadema peruenit: qui, cum ſibi ipſi mortem precaretur, a DEO exauditus publicam calamitatem a populo ſuo auertit, regnumque fratri *Erico Bono* reliquit. Huic Erico legitimus filius natus eſt ex *Botilda*, cui nomen *Canutus*, pater Waldemari I. cognomento *Poſthumus*, quia in uitam ingreſſus eſt, poſtquam impius *Magnus* filius *Nicolai* regis Daniae (qui fratri ſuo Erico, in ſancto itinere pereunti, in regno, contra fidem datam, loco Canuti, fratris ſui filii ſucceſſit) patri ipſius uitam nefarie, & per inſidias eripuit. Quod parricidium cum *Ericus* cognomine *Emund*, Beati Canuti huius interfecti frater conſanguineus, ſed illegitimus, acerbiſſime ferret, & Magnum, fratris ſui Canuti percuſſorem, acie caederet, patrem uero Magni *Nicolaum*, in filii ſcelus conſentientem ſaepe debellaret, donec is a ſutoribus Sleswicenſibus occiſus DEO ſoluebat iuſtiſſimas perfidiae poenas: delatum eſt ei a proceribus regnum, iuſtum aequitatis & miſericordiae praemium. Eo autem occiſo, ſororis filius *Ericus Lamb* dictus, imperium capeſſit. Hunc incertus autor chronic. Slauici cap. XXI. male omittit: apud quem notandum, Ericum illum, quem occiſum eſſe dicit, fuiſſe *Ericum Emundum*, de quo contra fidem hiſtoriae ſcribitur, quod poſt eum *tres perſonae regales de regno certarunt*; ſucceſſorem enim in regno habuit, ut iam dixi, ſororis filium *Ericum Agnum*, poſt cuius mortem demum Daniae regnum inter tres agna-

tos diuiſum eſt, *Suenonem IV.* Huitfeldio III. Erici Emundi filium, *Canutum IV.* Huitfeldio V. Nicolai regis ex Magno nepotem, & *Waldemarum*, Canuti martyris filium, qui collegis *Suenone* & *Canuto* interfectis, ſolus totum regnum obtinuit. Suenonem Otho Friſingenſis, ſeu potius imperatoris Friderici amanuenſis in geſtis Friderici I. hiſtoriae Danicae parum gnarus appellat *Petrum.* Qui error, quomodo Ictis, & potiſſimum iuris publici Romano-Germanici doctoribus impoſuerit, monſtrauit uir clariſ. *Petrus Spormand* amicus meus cariſſimus in *diſputat. ſua* §. *VIII.* Quod uero illorum fictus Petrus ſit Sueno, ex ipſo Friſingenſi epiſcopo ſiue abbreuiatore eius Radeuico probo, qui *lib. II. de geſtis Friderici imp. cap. V.* erratum hoc ita obtegere conatur: *Petrus qui & Suenus.* Canutum iidem Friſingenſes imperite admodum uocant *Guuotonem*, cum ſcribendum ſit: *Cnutonem.* Niſi culpam hanc in typographum conferre malimus: quod de ſimilibus a me notatis erroribus ſemper intellectum eſſe uolo, ne bonis uiris iniuria a me, quod ſerio nolo, fiat. Sic quoque Guntherus *Ligurini lib. 1. pag. 13. v. 42.* Suenonem appellat *Petrum*, & Canutum *Guidonem.* En ipſa uerba:

Huc etiam geminos, Petrum ſimul atque Guidonem,
Danorum proceres, quos inter ſanguine iunctos

Moue-

Mouerat eiuſdem regni diſſenſio litem
Euocat.

Atque ita ſe habet regum Daniae ſeries, ad quam nunc uerba Anonymi noſtri examinabimus; ſimulatque indicauerimus, in genealogia regum Daniae erraſſe quoque incertum autorem in annalibus circiter ann. Domini CIↃCCLXXXVIII. apud Lindenbrog. pag. 182. ubi haec habentur: *Nicolaus & Henricus* (immo Ericus) *frater. Nicolaus pater Magni & Kanuti* (male, fuit auus Canuti) *Ericus pater Kanuti & Waldemari*, (falſum hoc, Ericus enim non fuit Waldemari pater, ſed auus) *Waldemarus* (ſubaudi ſecundus, *pater occiſi Erici*, eius nominis ſexti.)

Iſte filius ſuperioris. Recte, fuit enim filius Suenonis III. licet inter eum & patrem tres reges fratres ipſius *Haraldus, S. Canutus, & Olaus* interceſſerint.

Cognomento Bonus. Eyegod. Mea ſententia bonus fuit dictus, pro *humano & miti:* quod etiam nobiliſſimo Huifeldio probatur in *an. Chr.* CIↃXCVII. Tanta enim huius regis fuit comitas atque affabilitas, quanta maieſtatem uix decuit. Alii tamen uolunt, *Bonum* inde fuiſſe appellatum; *quod, ut regnum accepiſſet, illico ubertas tanta rerum omnium ſit ſecuta, quanta caritas ſub Olao fratre pridem extitiſſet.* Quam opinionem ego nemini inuideo.

Dominicum ſepulcrum. In terram ſanctam profectus eſt, exemplo Suenonis praeſulis Roſchildenſis, qui in itinere Rhodi mortuus eſt, hic uero in Cypro diem obiit una

cum coniuge. *chronic. Hieroſolym. lib. VIII.* Huitfeldius ſtatuit, eam Hieroſolymis mortuam eſſe, & humatam in ualle Ioſaphati, in an. Chr. CIↃ C V. Caeterum cauſſa itineris fuit diuerſiſſima. Nam Sueno epiſcopus regno exceſſit, ut ſupplicium uitaret: quod uidebat duro populo imminere, ſeu potius iam inhaerere: Ericus contra ſanctum illud iter ſuſcepit, ut quatuor homicidia ex temeritate aliqua hiſtrionica perpetrata expiaret.

Obiit. De Erici obitu & fratre eius Suenone, uidi notatos errores a Nicolao Kaaſio, Daniae olim cancellario, uiro erudititiſſimo, in appendice Stadenſis a celeberrimo hiſtorico Reinero Reineccio edito *pag. 3. b.* & notas ad Saxonis *lib. XII. pag. 227. §. 12.* Stephanii noſtri.

Ex Batilde. Botildam hiſtorici appellant, Foemina mirae patientiae, quae incontinentiſſimo ſuo marito ipſa pellices ornauit, *exemplo*, Krantzius ait, *inimitabili. lib. V. Dan. cap. 1.*

Nobiliſſima totius Daciae. Huitfeldius fuiſſe natione Suecam ſcribit in anum Chriſti CIↃ XCVII.

Canutum martyrem. Et fratrem eius *Petrum*, ut alii narrant. Vide, ſi lubet, clar. domini collegae Stephanii notas ad Saxonis grammatici *lib. XIII. pag. 240. §. 43.* Alios quidem habuit fratres, *Haraldum* & *Ericum*, ſed conſanguineos & nothos, quorum ille natus fuit ex concubina, hic uero ex adultera.

Qui apud Kinoſtadiam. Ad ueritatem hiſtoriae noſtrae reſcribendum eſt: *Ringſtadiam.*

diam. Quod peccatum facile naſci potuit ex confuſione K. & R. atque ex abſentia caudae, o affigendae, quae duo coniuncta conſtituunt g. Quae emendatio, & id genus aliae, licet ſatis ſint certae, religio tamen mihi eſt, quicquam apud ſcriptores immutare. Sufficere enim arbitror, lectorem de eiusmodi erratis admonere, eorumque emendationes harum rerum peritis cenſoribus examinandas committere: ne ſtudium noſtrum in cauſſa ſit, ut ueteres ſcriptores ſibi in dies fiant diſſimiliores.

CAP. VI.

AN. CH. CIↃCX. KANVTIVS, iſte ſuperioris frater non fuit rex Daciae, ſed dux, poſtea rex Slauorum, quos non haereditate, ſed armis potenter obtinuit. Hic duxit uxorem filiam *Iuzillani* regis Rutinorum, & *Chriſtinae* reginae, nomine *Engelburges*, de qua genuit *Waldemarum.* Chriſtina uero praedicta auia Waldemari, filia fuit *Ingonis* regis Sueuorum, & *Helenae* reginae. Soror uero Chriſtinae *Ingelburgis* nupſit regi Hungarorum, quae genuit *Belam*, glorioſum regem eorum. Vnde conſtat, Waldemarum, regem Dacorum, & Belam, regem Hungarorum fuiſſe conſobrinos. Sed & *Kanutus*, rex Sueciae, & *Liuardus*, rex Norwagiae in ſecundo conſanguinitatis gradu eis erant propinqui. Fratres uero *Sophiae* reginae, quae fuit ſoror

Ingel-

Ingelburgis, matris Waldemari, usque hodie in Ruſcia regnant glorioſe.

Notae ad cap. VII.

Superioris frater. Id eſt, *Erici Boni*, ſiue IV. Quo certe nihil a uero magis alienum dici potuit. Errat autor in nomine. Non enim hic *Canutus*, dux Slesuici, frater fuit *Erici*; ſed *Canutus*, *Sanctus* dictus, qui Othoniae, in aede D. Albani, una cum fratre *Benedicto*, ab inſana plebe trucidabatur. Hic uero *Canutus dux* Erico ex Botilda natus eſt.

Sed dux. Scilicet *Slesuicenſis* & non Daniae, uti inter alios errat cardinalis Baronius in notis ad VII. Ianuar. *martyrolog. Roman.* iuſſu Gregorii XIII. editi.

Armis potenter obtinuit. Non tam armis, quam *Henrici*, regis Vandalorum, ſiue Obotritorum ultima uoluntate. Helmoldus *lib. I. cap. L.* & ex eo Albertus Stadenſis in an. Ch. CIↃ C XXXIII. *p. 158.* b. aliique nonnulli uolunt, pecunia imperatori Lothario numerata. Quorum opinioni ſingulari prorſus atque rara ſummi principis pietas & prudentia refragantur.

Iuzillani regis Rutinorum. Lege: *Iarislai*, ſiue *Iarizlaui regis Rutinorum.* Ab Antonio Bonfinio *Decad. II. lib. VI. rer.* Vngaricarum uocatur *Minoslaus Rutinorum princeps.* De Ruthenis, ſiue Rutenis uide *lib. I. Flandric. annal.* Iacobi Meyeri *pag. 1. & ſeq.*

Engelburges. Filia haec *Iarislai* regis Ruſſorum, & *Canuti ducis* uxor ab hiſtoricis nominari

minari ſolet *Ingeburga*, de cuius nominis mira uariatione capite ſequenti dicemus.

De qua genuit Waldemarum. Cognomine *Poſthumum* dictum.

Auia Waldemari. Subaudi, materna; paterna erat *Botilda.*

Ingonis regis Sueuorum. Cum Sueci Sueuorum ſint ἀπόγονοι, exigua nominis mutatione, *Sueui* a medii aeui ſcriptoribus nonnunquam appellantur. Similem nominum confuſionem in *Dani*, & *Daci* uocibus ſupra ad cap. III. notauimus.

Et Helenae reginae. Anonymus noſter in genealogia *Ingeburga* prorſus ſibi non conſtat: in cuius errores ne imperiti inducantur, hoc ſchema cognationum ex ipſius uerbis eruam, & poſtea, ubi opus, emendabo.

Ingo rex Sueuorum genuit
ex *Helena*.

Chriſtinam, quae nupſit *Iuzillano* regi Rutenorum. | *Ingelburgem*, quam uxorem duxit *rex Hungariae*.

Engelburges uxor *Canuti* ducis. | *Bela*.

Waldemarus.

In quo ſchemate bis peccatur ab autore noſtro. *Chriſtina* enim non fuit *Helenae*, ſed *Raguildae* filia. Et *Belae*, regis Vngariae, mater non fuit Chriſtinae ſoror, ſed filia, nata ex rege Rutinorum. Nam, ſi ſoror fuiſſet,

ſet, male ab anonymo hoc diceretur: *Waldemarum* & *Belam* eſſe conſobrinos, hoc eſt, ut cum ueteribus Ictis loquitur imperator in §. *Quarto gradu. 4. inſtit. de gradib. cognat. quaſi conſororinos*, ex duobus ſororibus progeneratos. Alius *incertus autor* ea de re rectius ſenſit, cuius duo cognationum & affinitatum ſchemata, quae huic & ſequentibus capitibus magnam afferunt lucem, mecum communicauit uir eruditiſſimus Stephanus Iohannis Stephanius. Sunt autem iſta:

Genealogia Ingeburgis e cod. Mſ.

Ingo rex Sueciae genuit ex

- *Raguilda*
  - *Chriſtinam*, quae nupſerat.
    - I. S. *Erico*.
    - II. *Iariſlauo*, ſiue *Valdemaro* Rutenorum regi.
      - *Ingeburgis*, quae nupſerat S. *Canuto* duci.
        - *Waldemarus I.* qui ex *Sophia*, Canuti regis ſorore, & filia *Volodomiri* Rutenorum regis genuit
          - *Ingeburgin*, quae nupſerat *Philippo Galliae regi.*
      - N.
        - *Bela* rex Vngariae, qui duxit ſororem *Philippi Auguſti*.
- *Helena*
  - *Margaretam* quae nupſerat *Nicolao* regi Daniae.
    - *Magnus*, qui S. Canutum interfecit.
  - *Regnold*
    - *Ingrita*, quæ nupſerat *Henrico Skatteleder*.

Sueno

Sueno Eſtrithius.

- *Ericus Eiegod*
  - S. *Canutus* dux ex filia *Iariſlai* Rutenici *Ingeburga*, genuit
    - *Waldemarum* I. qui ex *Sophia* genuit
      - *Canutum VI.*
      - *Valdemarum.*
      - *Ingeburgam* nuptam *Philippo Auguſto.*
- *Nicolaus*, qui ex *Margareta* Ingonis filia genuit
  - *Magnum*, qui ex filia Boleslai Polonici genuit
    - *Canutum* Roſchildiae interfectum.
    - NB. *Sophia* uero *Valdemaro* nupta priuigna ipſius erat. Ea namque patrem habuit *Volodomirum* Rutenorum regem.
      - *Ingeburgis.*

Soror uero Chriſtinae, Ingelburgis. Hoc falſum. Scribendum igitur: *Soror uero Ingelburgis nupſit regi Hungarorum* Geyſae nimirum ſecundo. De quo uide Anton. Bonfinii rerum Vngaricar. *decad. II. lib. VI. pag. 264.*

Quae genuit Belam. Nominis iſtius tertium, *Stephani tertii* fratrem. Ille enim *Geyſae ſecundi* fuit filius & *Waldemari primi*, ſiue *Magni*, conſobrinus, pro quo, ſeu potius filiae dote, *Bela* aliquando fidem apud imperatorem *Fridericum Barboroſſam* interpone-

ponebat. Et hic *Bela* eſt, quem Saxo *lib.* xv. *Vngariae regem* appellat. *Sed Waldemarus,* inquit, *maiorem ſummam ſuis opibus imparem arbitratus, minorem, Vngariae regis, arcta ſibi propinquitate coniuncti, fiducia pollicetur.*

Et Liuardus. Lege: *Siuardus.* Ordericus Vitalis, quod apud alios Pontanus ſe non reperiſſe ſcribit, refert: *Siuardum* hunc in reditu ex Hieroſolymis Ruſſiam pertranſiſſe, & ibi regis filiam *Malfredam* uxorem duxiſſe.

Fratres uero Sophiae reginae. Anonymus noſter heic tranſilit ante pedes poſita, &, quae ἀπεϱσδιόνυσα, iis aſſuit, quae in uita *Waldemari* erant dicenda. Nam *Sophia,* cuius mentionem iniicit, *Waldemari primi* fuit uxor, & *Canuti Roſchildenſis,* Daniae regis ſoror uterina, non uero germana, ut a Saxone diſcedens opinatur Sueno Aggonis *cap. IX.* In quam opinionem diſcedit Alb. Krantzius *lib. V. Daniae cap. XXXIV.* Vide ſup. genealogiam incerti autoris ſecundam, & caput ſequens noſtri huius ſcriptoris, ubi idem affirmat.

CAP. VIII.

AN. CH. CIƆCLIII. WALDEMARVS, iſte glorioſus, & potens in diebus ſuis, ex *Sophia,* filia Walderdae, regis Rutinorum, genuit *Kanutum* regem Dacorum, uirum religioſum. Genuit etiam ſororem eius *Ingelburgem,* quae nupſit *Philippo,* regi Francorum. Nec moueue debet, quod dictum eſt de filia Walerdae

lerdae, quam duxit Waldemarus. Habentur enim in Roſia reges plurimi. *Kanutus* uero frater *Erici*, pater *Waldemari*, innocens a nocentibus pro iuſtitia occiſus, in eccleſia Othenenſi rex & martyr quieſcit. Qui, quanti apud DEVM ſit meritis, teſtantur crebra miracula, quae ibidem fiunt. Hic *Kanutus* duxit *Adalam* uxorem, filiam *Roberti*, comitis Flandriae, cognomento Friſonis, ex qua genuit *Carolum*, poſtea Flandriae comitem: quia, interfecto Kanuto, Adala, cum Carolo adhuc paruulo, ad patrem ſuum eſt reuerſa. Carolus poſtea comes Flandriae factus, a proditoribus pro iuſtitia interfectus ſine liberis deceſſit. Cui conſobrinus ſuus *Theodoricus* de Alſatia ſucceſſit. Hic genuit *Philippum* poſtea comitem Flandriae, & *Margaretam*, comitiſſam Hannoniae, de qua orta eſt *Yſabel*, quae nupſit *Philippo*, regi Franciae. Fratres vero Yſabel, *Balduinus* & *Henricus* imperatores fuerunt Conſtantinopolitani.

Notae ad cap. VIII.

Waldemarus, iſte glorioſus & potens. Eius nominis primus, & cognomento *Magnus*. A Suenone Aggonis uocatur, *glorioſus Victor*. *cap. VIII.* ab incerto autore chron. Slau. cap. XXVI. *Pacificus*.

Ex Sophia filia Walerdae. In genealogia Mſ. ſupra legitur *Volodomiri*, Huitfeldio ad

 an.

an. Chr. CIↃ CLVII. regis *Magni* filia; alii apud eundem, Suercum regem Sueciae genitorem eius fuiſſe uolunt.

Ingelburgem. Ita quoque legunt annales belgici Aegidii de Roya in an. Chr. CIↃ CC XIII. Alii ſcriptores, *Ingeburgem*. Papirio Maſſonio in *annal. Francorum lib. III. pag. 256. Isburgis, forma, pietate & pudicitia ſingulari*. Paulus Aemylius *lib. VI. De rebus Francorum*, &. Iohan. Tylius *in chronico de regibus Francorum*, aliique ſcriptores Gallici nominant *Gelbergam*. In annalibus epiſcop. Slesuicenſium uocatur *Iſemberga*. Pro qua corruptiſſime apud Rogerum, parte poſteriore annal. legitur *Botilda*, qui locus, ne imperitos decipiat, emendandus. Autor noſter, quando dicit, Waldemarum genuiſſe etiam ſororem Canuti Ingelburgem, id non accipi debet, ac ſi non plures habuiſſet filias; pater enim erat VI. filiarum, & non quatuor, ut uir ſummus Iohan. Meurſius autumat, neque quinque ut luculentiſſimus hiſtoriae Danicae ſcriptor Claudius Lyſchander *pag. 223. chron.* putat. Prima enim, nominata *Rigitza*, ſiue *Richſa* nupſit regi Sueciae *Erico*, Canuti filio, Erici ſancti ſororis filio; ita, ut ab illo non ſatis caute dicatur: *incertum eſſe, cui uiro elocata*. Secundam Waldemari filiam *Helenam*, ſiue *Ellen*, aliis *Adelhedam* dictam, uxorem duxit *Wilhelmus*, Henrici Leonis filius. Tertiam, nominatam *Ingeburgem*, ſiue *Ingeborgam*, matrimonio tenuit *Philippus* Auguſtus, rex Galliae. Quartam clariſ. Meurſius uocat *Chriſtinam*, (annales autem noſtri

nomen

nomen eius non exprimunt) eam *Cunrado*, Sueuiae duci, in matrimonium fuiſſe traditam, perſuaderi mihi non patior, cum melius edoctus ſciam, deſponſatam fuiſſe *Henrico VI.* cognomine, Aſpero, Friderici imperatoris filio, apud quem eandem paſſa eſt ignomiam, qua ſororem eius *Ingeborgam* affecit Philippus,& *Ingardem* Sigefredus. Mendum igitur apud Meurſium in uita Canuti vi. *pag.* 2. quod ego amanuenſi aſſcribo, tollendum, & pro *Cunrado*, omnino ſcribendum eſt, *Henrico*. Quinta fuit *Walburgis*, Bugislai i. Pomeraniae ducis coniunx. Sexta *Ingardis*, ſiue *Ingertha*, quae nupſit *Sigefrido*, aliis *Sigismundo*, Thuringiae Landgrauio an. Chr. CIↃLXXXI. Qui eam pridem ductam, in Friderici imperatoris gratiam domo expulit. Atque ita filiae pleraeque omnes eandem, quam mater Sophia poſt obitum Waldemari, expertae ſunt fortunam: cui Ludouicus, Thuringiae marchio repudium quoque miſit. Vide chron. contin. Helmoldi ab Arnoldo abbate *lib. III. cap. XX.*

Nec mouere debet, quod dictum eſt de filia Walerdae, quam duxit Waldemarus. Hoc addit propter Canutum ducem, Waldemari patrem, qui uxorem habebat Iarislai, Ruthinorum regis filiam.

In eccleſia Othenenſi. Autorem huius templi Othonem primum non recte faciunt Crantzius, & Anonymus apud Theodoricum de Niem in Sylloge hiſtorico-politico-eccleſiaſtica Simonis Schardii icti pag. 266. *Dictus vero*, inquit, *Auguſtus in Putia, quae*

eſt prima prouincia regni Daniae, prope ipſam nouam Saxoniam, venerabilem cathedralem eccleſiam Othonienſem de nouo ad honorem DEI *fundauit.* Vbi inter caeteros errores hic notandus, quod *Putia* ſcripſerit, pro *Iutia.* Sunt enim nonnulli, qui male putant, S. Canutum regem a Iudlandis fuiſſe occiſum: e quorum numero etiam eſſe Lazium, haec eius produnt uerba: *interficitur poſtremo a Iudlandis.* Qui locus corrigendus, exſtat *lib. IX. de migrat. gent. pag. 516. lin. 59.* Errat quoque *Ioh. Peterſen* in chron. Holſat. part. 1. pag. x. qui *Fioniam* ab Othonis nomine hodie appellari *Ottoniam* & fretum, quo e Iutia in Fioniam tranſitur, nominari *Ottenſundt*, dicit. E quibus, bonum hunc uirum, ut & caeteros, non ſatis hiſtoriam Danicam attendiſſe, apparet.

Kanutus uero frater Erici. Memoria heic, ut ſolet, Anonymo noſtro fraudi fuit. Non enim Canutus dux, pater Waldemari, ſed Canutus, Suenonis Eſtrithii filius, Waldemari patruus magnus a populo Othoniae occiſus eſt, ibidemque terrae mandatus, (unde etiam *Othonienſis* dicitur) non uero *Ringſtadii*, ut apud Lyſchandrum mendoſe, pro *Othoniae*, legitur. Meyerus *in annal. Flandr. lib. II.* ad an. Chr. CIↃLXXXVIII. cum de loco dubitaret, ita ſcribit: *in aede quadam diui Albani a Danis interficitur.* Sanctus hic Canutus in Martyrologio Vſuardi *X. Iulii,* & in fragmento incerti autoris apud clariſ. uirum D. Olaum Wormium *lib. I. faſtor. Danicor. cap. IX. pag. 29.* & apud Aelnothum in uita S. Canuti

Canuti *cap. XXIX.* uocatur *protomartyr Danorum.* Quod, ſi ad reges Daniae referas, uerum eſt. In Martyrologio Romano VII. Ianuarii *rex & martyr* appellatur.

Hic Canutus. Error errorem excipit. Nihil enim, quae heic dicuntur, ad Waldemari patrem; ſed de Canuto ſancto, Waldemari primi patruo magno ueriſſime dicuntur: qui *Ethelam*, ſiue, ut autor noſter ſcribit, *Adalam*, id eſt, ut Aelnothus cap. VIII. in uita S. Canuti, & alii interpretantur, *nobilem*, *Germanice*, *edel*, Flandriae comitis filiam in matrimonio habebat. Atque haec, marito occiſo, una cum Carolo filio, in Flandriam, ad Robertum patrem ſe contulit. Deinde Rogerio, Apuliae duci nupſit, ſcribente Aelnotho cap. XXXIV.

Cognomento Friſonis. Ita in annalibus belgicis Aegidii de Roya ad an. Chr. CIↃCXI. *Robertus comes Flandriae cognomento Friſo iunior.* Incertus autor (qui Huitfeldio eſt Aelnothus monachus Anglicus in an. Chr. CIↃCXXIV.) de uita S. Caroli, Canuti filii *cap. II.* iuniorem quoque appellat. Qui tamen in eo mihi errare uidetur, immo errat, quod Carolum hunc, S. Canuti filium, matre Franca, Ludouici regis Francorum ſorore genitum, contra fidem hiſtoriae affirmet. Melius cum aliis Sigebertus ad an. Chr. CIↃCXIX. *Carolus Roberti* (ſubaudi iunioris) *ex ſorore nepos, conſobrinus Balduini defuncti, & Canuti,* ſancti, *Danorum regis filius, comes ſubſtituitur.* Alius error de hoc Carolo occurrit apud Wolfgan-

gum Lazium in chronol. Auſtriaca pag. 165. ubi eum corrupte uocat *Danielem*.

Pro iuſtitia interfectus. Brugis in aede Donatiani crudeliter mactatum eſſe, refert Papirius Maſſonus *lib. III. annal. Franc. in Ludouico Craſſo pag. 230.* Anonymus de paſſione S. Caroli cap. ult. quem dixi eſſe Aelnothum, ſcribit: *Anno incarnationis dominicae* CIƆCXXIV. *indictione quinta factam eſſe hanc caedem beati comitis Caroli, in ſolario eccleſiae beati Donatiani, confeſſoris Rhemenſis*, ut recte emendat clariſ. Meurſius in notis ad d. cap. ult., *pontificis, ſexto nonas Martii. Sed horrenda*, addit Sigebertus in an. Chriſti CIƆCXXVII. *animaduerſione is ipſe Carolus uindicatus eſt.* Plura de innocentiſſimo & optimo hoc principe, qui apud Aegidium de Roya uocatur *Carolus de Dacia*, in an. Chr. CIƆLXXIII. & CIƆCXI. & in annalib. Flandr. lib. IV. Meyeri ad an. Chr. CIƆCXIX. *Carolus Bonus*, lectu dignisſima uide, quae annotarunt Gualterus Taruanenſis, & Galbertus Brugenſis in uita huius ſancti Caroli, & apud Meyerum loco citato. Ioh. Molanus ita, ut autor noſter, de Carolo dicit in Indiculo ſanctorum belgii; quod *pro iuſtitia occubuerit.* De Carolo autem peculiariter hoc ſcribi coniecturo, quod admonitus, ut ſibi ad aduerſariis ſuis caueret, reſpondit: *Difficile eſt, ubique cauere:* DEO *protegente, ſecuri agemus. Quod ſi pro iuſtitia, ac ueritate occumbere contingat, quid ea morte glorioſius?* Quae eadem uerba in annal. Flandr. libr. IV. Iacobi Meyeri ad an. Chr. CIƆCXXVI. pag. 45. quoque leguntur.

Cui

Cui conſobrinus ſuus Theodoricus de Alſatia ſucceſſit. Flandriam ad *Arnulphum*, Danum Caroli ſororis filium, ſiue, ut Tacitus loquitur, ſororis nepotem, iure pertinuiſſe, docet clariſſ. Pontanus in uita S. Canuti; forte ex annalib. Meyeri loc. iam dicto *pag.* 47. Qui Guilelmum, Normanniae ducem, Caroli nominat ſucceſſorem, poſt cuius obitum Theodoricus demum rem Flandricam ſuſcepit. Adde Iacobum Marchantium *de rebus Flandriae memorabilib. ad annum Chriſti* CIↃ LXVIII. *pag.* 73.

De qua. Et Balduino, Hannoniae comite. Papirius Maſſonus lib. III. annal. Franc. in uita Philippi Auguſti.

Orta eſt Yſabel. Iſabella. Comitis de Hanou, ait Rogerus part. annal. poſt. pag. 731. In annal. Francor. & annal. Belgicis uocatur *Eliſabeta*, ſiue *Eliſabeth*, a Paulo Aemilio, *Eliza:* ex qua Philippus II. rex Galliae, *Ludouicum*, cognomento *Leonem* ſuſcepit. Iſabella mortua, Philippus nuptias celebrauit cum *Ingeburga*, Canuti, regis Daniae ſorore, Waldemari I. filia: easque in nuptias Canutum, patre defuncto, optimatum ſuorum conſilio, conſenſiſſe, memoriae prodidit Neubrigenſis. *Poſtridie uero nuptiarum*, loquor cum Papirio, *rex quaſi pertaeſus facti, & maleficorum artibus ab uxore auerſus*, *ut Rigordus ait*, *improbe aliam appetere uiſus eſt.* Cauſam diuortii idem reddit hanc: *regem & reginam eſſe conſanguineos.* Alia non magni momenti huius diuortii praetexta leguntur apud Neubrigenſem lib. IV. Vt uero Philip-

pus ſanguinis propinquitatem, quam praetexebat, probaret, Galliae epiſcopos, aliosque regni proceres conuocauit. Qui imperitiſſime pronunciarunt: *non tantum a parte regis Vngariae Belae, qui Philippi ſororem duxerat, uerum etiam prioris coniugis Iſabellae, e Flandris oriundae reſpectu, nuptias iſtas conſtare non poſſe.* Quam tamen ſententiam Caeleſtinus, pontifex Romanus, contra ueritatem, & iuris ordinem prolatam, rege Canuto id urgente, reſcidit. Pars aduerſa non deſinebat falſo inniti fundamento, patrociniumque quaerere in Caroli, Flandriae comitis, & Ingeborgae ſanguinis neceſſitudine: quo craſſiſſimo errore autorem etiam noſtrum inuolutum eſſe ſupra monſtrauimus, ubi Canutum ducem, & S. Canutum confundit. Vnde omnis hic error emanauit, qui poſtea Paulo Aemilio, aliisque hiſtoricis impoſuit. Et haec controuerſia, ut mihi quidem uidetur, Anonymum noſtrum ad ſcribendum impulit. Vide ſchemata genealogica ſupra cap. VII. a nobis allata, iisque adde, quod dedit Pontanus in Canuto VI. pag. 289.

Balduinus & Henricus imperatores Conſtantinopolitani. Anno enim Chriſti CIↃ CC IV. cum Latini Byzantium iterum caperent, Alexiumque expellerent, *Balduinus*, Flandriæ comes, imperator conſtitutus eſt, cui in imperio ſucceſſit *Henricus* frater, qui ab aliis vocatur *Ericus*, a Nicephoro Gregora *lib. IV.* Byzantinæ hiſtor. Ἐῤῥῆς ab *Eric* dicitur.

CAP.

CAP. IX.

AN. CH. CIƆCLXXX. KANVTVS, iſte filius Waldemari, uir deuotus, ſororem ſuam Philippo, regi Franciae, dedit uxorem. Quam, quia quorundam peruerſorum conſilio repudiauit, & aliam de Alemannia ſuperduxit, totum regnum Francorum aliquandiu interdicto ſubiacuit.

Kanutus. Eius nominis ſextus, quem imperite admodum Robertus Ganguinus *lib.* VI. *compendii de Francorum geſtis*, uocat *Caynum, Dalmatarum regem:* eadem ueritate, qua Ingeburga, ſiue, ut a Ganguino appellatur, Ingeberga ibidem in margine, Canuti dicitur filia, quae ſoror eſt.

Vir deuotus. De Canuti deuotione ita Arnoldus, abbas Lubecenſis in continuato chronico Slauorum Helmoldi *lib. III. cap. V.* Canutus *inter miſſarum ſolemnia non, ut quibusdam moris eſt, ſuſurrationibus aut placitationibus intendebat, ſed codices pſalmorum, aut aliarum orationum habens prae oculis, orationi* DEVOTVS *incumbebat.*

Quorundam peruerſorum conſilio. Guilielmi Cardinalis, Philippi, Bellouacorum pontificis, & Carnuti epiſcopi, aliorumque epiſcoporum, ac iudicum improbitate. Paulus Aemilius *lib. V. in Philippo Auguſto;* Wilelmus Neubrigenſis *lib. cit. IV.* rerum Anglic. *cap. XXIV. pag. 465.* & ex eo Papirius Maſſonius *in uita Philippi Auguſti.* Paulo aliter haec narrantur a Rogero *in parte*

te annal. poſter. pag. 731. qua cum coniunge *pag. 813. & ſeq.*

Aliam de Alemannia ſuperduxit. Mariam, Rogero adulteram, ducis Boëmiae, Morauiaeque (*comitis palatini de Rheno*, addit Rogerus) filiam, Ingeborga adhuc uiuente, uxorem duxit. A Lyſchandro noſtro nominatur *Agnes*, Bartholdi IV. Dalmatiae ducis filia; ſed mendoſe, & contra fidem annalium. Iohan. Tilius in chronico de regibus Franc. ad an. Ch. CIↃ CXCVI. eam appellat *Agnem*, ducis Morauiae filiam: aeque male, niſi binominis fuerit, & uocata, *Agnes Maria.*

Aliquandiu. Vsque donec Ingeborga in regiam reduceretur. Vnde Maria tantum cepit dolorem, ut ex eo mortem obiret.

Interdicto ſubiacuit. Quando tam Philippo regi, quam ſubditis eius Galliae incolis papa ſacrificiis interdixit, Synodo Diuione habita a Petro Capuenſi, Vide Guagninum, ſiue, ut alii legunt, Ganguinum, & Papir. Maſſon. *lib. III.* annal. geſt. Franc. utrumque in Philippo Auguſto. Quibus recte addes Roger. part. poſterior. annal. *pag. 810. pag. 813.* & ſeq. ubi hiſtoriam hanc ſtudioſe accurateque pertractat.

LIB.

LIB. V.

DIPLOMATARIVM MISCELLVM.

NVM. I.

INNOCENTII II. *papae priuilegia* POMERANIAE *epiſcopatui indulta in ciuitate* WOLLINENSI, *enarratis, illi acceſſoriis, donationibus ſigillatim an. 1140.*

INNOCENTIVS *ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei uenerabili fratri Alberto* POMERANORVM EPISCOPO, eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum ex commiſſo nobis a DEO apoſtolatus officio fratribus noſtris tam uicinis, quam longe poſitis, paterna nos conueuit prouiſione conſulere & eccleſiis, in quibus domino militare noſcuntur, ſuam iuſtitiam conſeruare; ut quemadmodum, diſponente domino, PATRES uocamur in *nomine*, ita nihilominus comprobemur in *opere*. Huius rei gratia uenerabilis frater ALBERTE epiſcope tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & commiſſam tibi POMERANIAM eccleſiam ſub beati, *Petri & noſtra protectione* ſuſcipimus & praeſentis ſcripti *priuilegio* communimus, ſtatuentes ut in ciuitate WOLLINENSI in eccleſia *beati Alberti* epiſcopalis ſedes perpetuis temporibus habeatur; praeterea quaecunque bona, quascunque poſſeſſiones, eadem eccleſia impraeſentiarum iuſte & legitime poſſidet,

ſidet, aut in futurum conceſſione *pontificum* largitione *regum* uel *principum* oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis uidelicet ciuitatem ipſam WOLLIN cum *foro*, & *taberna* & ſuis omnibus appendiciis, caſtra haec, ſcil. DYMIN, TREBOSES, CHOZEL, WOLGAST, HVZNOME, CROSSIVIN, PIRIS, STARGARD, cum uillis & eorum appendiciis omnibus, SETTIN, CAMMIN, cum *taberna*, & *foro* in illis & omnibus eorum appendiciis, COLBERG cum tugurio SALIS, & THELONIO, foro, taberna, & omnibus ſuis pertinentiis, de tota POMERANIA, usque ad LEBAM fluuium, de unoquoque *arante* duas *menſuras* annonae, & quinque *denarios* decimam fori, quod dicitur SITHEN. Decernimus igitur, ut nec *regi*, nec *duci*, ſeu alteri, omnino hominum liceat praefatam eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſionem auferre, uel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibusque fatigare moleſtiis, ſed omnia integra conſeruentur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omni modis profutura. Si qua in poſterum ſane eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtrae *conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire tentauerit*, ſecundo tertioue communita, niſi reatum ſuum congrua *ſatisfactione* correxerit, poteſtatis honorisque ſui particulam patiatur, reamque ſe *diuino iudicio* exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſanctiſſimo

mo corpore & *ſanguine Dei* ac *Domini redemptoris* noſtri IESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ſubiaceat ultioni, cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Amen.

Ego INNOCENTIVS *catholicae eccleſiae epiſcopus.*

Ego Conradus *Sabinenſis* epiſcopus.

Ego Gregorius diaconus card. St. *Sergii* & Bachi.

Noſter + Adiuua
Sanct. Sanct.
salutaris PETRVS. PAVLVS. nos
Innocentius
papa II.
Deus

Ego Conradus presbiter card. tituli ſancti crucis in Irlin.

Ego Anſelmus presbiter card. eu. ſancti Laurentii in Zutana.

Ego Gnydo ſanctae Romanae eccleſiae indignus ſacerdos.

Ego Goyzo presbiter card. tit. ſanctae Ceciliae.

Ego Hubaldus diaconus ſanctae Mariae inuiolatae.

Ego Gerardus diaconus card. ſanctae Mariae.

Ego Gnydo ſanctae Romanae eccleſiae diaconus card.

Datum trans Tyberim per manum Ximerici ſanctae Romanae eccleſiae diaconum cardinalem & cancellarium ſecundo Idus Octobris indictione quarta, incarnationis diuinae anno milleſimo centeſimo quadrageſimo, pontificatus uero domini Innocentii Papae ſecundi anno undecimo.

NVM.

NVM. II.

CASIMIRI *ducis* Pomeraniae *indulgentia priuilegiorum* STOLPENSI *ciuitati facta & a ſe & a deceſſoribus* 1372.

NOuerint quibus expedit, tenore praeſentium uniuerſi, quod nos CASIMIRVS *Dei gratia dux Stettinnenſium* terrarum, promittimus bona fide & abſque dolo cuiuslibet fraudis omnia iura, libertates & gratias ſeu donationes omnium perſonarum primo *ſpiritualium* domus diuinae diſpoſitionis omnium *nobilium* ſeu *uaſallorum* ac etiam *conſulum* & totius uniuerſitatis ciuitatis & TERRAE *noſtrae* STOLPENSIS domi continentiam PRIVILEGIORVM iurium & gratiarum ſereniſſimorum *principum dominorum* BOGISLAI *genitoris* noſtri praedilecti nec non BARNIM & WARTISLAI principum STETTINENSIVM fratrum Germanorum ipſius *genitoris noſtri patruorum* noſtrorum clariſſimorum ipſis data & conceſſa tenere obſeruarique inuiolabiliter & inconcuſſim nec eo tempore uiolare aut mouere quouis modo quae priuilegiis iuribus praedictorum *dominorum* uidelicet BVGISLAI, *Barnim* & WARTISLAI & ſuorum anteceſſorum coram nobis edocere potuerunt, dum terram & ciuitatem STOLPENSEM aſſecuti fuerimus, diuino nobis praeſidio ad hoc ſpecialiter operante. Datum in STOLPE ciuitate noſtra ipſo die ſancti *Matthiae* apoſtoli & euangeliſtae, ſub anno domini 1372.

NVM.

NVM. III.

Nobilium de BREDOV *priuilegium* CREMENSI *ciuitati indultum, in iuribus* nundinarum; molendinorum; lignandi; uectigalium, *ſaluo* canone, *debito coenobiis an.* 1572.

WIr BERND CHRISTOPH *der* COMPTER *zu* SVPPLENBVRG, *Ioachim Magdeburgiſcher* OBER-HOFFMEISTER, *Chriſtoph, Hans, Achim, Frantz, Gürgen und Hans gebrüdere und vettern, alle die von* BREDAV *auf* CREMMEN *erbſeſſen,* bekennen und bezeugen vor unſs unſere erben und ſonſt vor jedermänniglich, daſs die ehrſamen burgemeiſter und *rathmann* WERCK, und gantze gemeinde der ſtadt CREMMEN vor uns erſchienen ſeynd, und eine rechte *erbhuldigung* gethan, und uns fleiſsig gebeten haben, ihre alte *priuilegien, freyheit und rechtigkeit* confirmiren und beſtettigen. Daſs haben wir ihre bitte billig und gleich angeſehen und erkanndt, *confirmiren* und *beſtättigen* vor uns, und alle unſere *nachkommen*, deren von BREDAV zu dem erſten der *durchlauchtigen, hochgebohrnen fürſten und herrn, herrn* OTTO CONRAD HEINRICVS und IOHANNES *marggrafen zu* BRANDENBVRG &c. &c. unſern gnädigſten herrn ſeeliger gedæchtniſs, nach laut ihrer fürſtl. gnade, *briefe* STADT-RECHT immaſſen wie hernach folget mit *dreyen freyen* IAHRMAERCKTEN, auch mit drey freyen WIND-

MVHLEN,

MVHLEN, und einer freyen *roſs- mühlen*, ſo ſie dieſelbe bauen werden, freye *holtzung*, freye *graſung*, freye *maſt* in denſelben ihren hœltzern, die ſie im gebrauch und gewehr haben; Der *wagen-zoll* und vom *viehe* gehœret der ſtadt, und der *pferde-zoll* gehœret *St.* NICOLAVS, dazu ihre *hütten*, *horſte*, *æcker*, *gærten* und *wieſen*, ſich zugebrauchende, wie ſie von alters her gethan haben, vor unſs und unſere erben und ſonſten jedermænniglich ungehindert. Hiermit ſollen ſie die ſtadt in guter wehrung haben, MAVREN, GRABEN, STEINWEGEN und DAEMME zur beſſerung halten. Hiervon ſollen ſie uns und unſern lehns-erben alle jahr geben auf *Walpurges neun märckſche ſchock*, und auf Martini *neun ſchock* zur *uhrbede*, ſie ſollen ſolches von unſern erben, ſo offt es ihnen noth und behueff ſeyn wird, entfangen nehmen und beſtættigen laſſen, auch vvollen vvir ſie bey *macht* behalten des *Sees halben*, nemlich frey zu *rohren*, *flachs* zu *röthende*, *ſchaff* zu vvaſchende, ſonder einigerley vviederſprechen der *hytzer*. Solches alles, wie in dieſem unſern *offenen briefe*, wir obgenanndten von BREDAV, ausgedrucket iſt, *leihen* und *confirmiren* unſerm vornehmſten ehrſamen BVRGEMEISTERN, RATHMANN *und* BVRGERN der ſtadt *Cremmen* ſich zu ewigen zeiten zugebrauchende in krafft und macht dieſes *offenen briefes*, daſs dieſe ſtücken, punčten und articuln feſt und unverbrochen ſollen gehalten werden, haben vvir obgemeldten von BREDAV vor unſs, unſere erben

ben und erbnehmen, unſere *angebohrne* SIEGEL ein jeglicher unten an dieſen unſern offenen briefe laſſen hangen. Der gegeben und geſchrieben iſt zu Cremmen nach der geburth Chriſti unſers Herrn im *funffzehn hundert* und *zwey* und *ſiebenzigſten* jahre.

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

NVM. IV.

CASIMIRI *ducis Pomeraniae priuilegia indulta ciuitati* RVGENWALDAE *an. 1374.*

I*Nn dem nahmen der heiligen und der undelicken Drivaldichkeit Amen.* Wy CASIMIR von Gottes gnaden, thu STETTIN, thu DÖBRIN, thu *der* BRABACH, der WENDE, der CASSVBEN, der POMMERN hertzoge und vœrſte tho RVGEN. Allen chriſtlichen lüden, die deſſe ſchrifft ſeen, oder hören heit, an dem de en *Seeligmacher* is aller *lüde.* Wente de diengk, de dar ſcheen in der thyd, de ſyn *virgänglich* mit der *thyd*, id ſie denne dat ſe mit zugeſelen der vœrſten und mit levendigen *tüghen* geſtettiget vverden, thu ener evvigen dechtniſſe derjenen, de *wy ſyn* und noch na *tho kamende* ſyn, hierumme iſs dat vvy hebben angeſehen mengerley *truwen ſtædten* deneſt unſer trüen rathmanne und ſtadt tho RÜGENVVALDE, den ſie unſeme VADER herr BOGISLAVV, deme Gott gnädig ſye, und uns dicke vlietehens gethan habbe mit goden vvillen, alſo dat vvy vulborden alle *ehre vryheit*, *rechtigkeit* und *eigen*, vvo oder in welcher wieſe dat mit breven oder

wie ſie dat mit levendigen lüden bewieſen mögen, alſo dat wy ſey annahmen und *ſtedigen* in GOTTES *nahmen*, in deſer ſchrifft na lude unde *holdunge* der breve, de unſe vader vorbenamet den von *Rügenwald* und darthu unſen meyen landen, alſs *Pomerenen* und unſen landen uppe deſe *ſyd* der *ſwine* gegeven heft. TÜGE deſer *ding* ſyn unſe leve truwen *batghenen* und de herr *Bernard abbat* thu *Belbugk*, herr Henning *Belaw* ritter, Kunecke van der *Kalve*, *Ghünter* van Erich, Lüdecke *Maſſow knechte*, meiſter Heinrich *Damerow* und Vlrich *Dabow* unſe *Hoveſtrin* und mehr erbare lüde, de eren wert ſyn unde thu ener openbahren betüchniſſe ſo hebbe wy unſe *inngeſegel* vor deſen *brieu* heten hengen, de gegeven und geſchreven is tho TREPTOW na Gottes bort *dryttehn hundert* jar darna in dem *vier* und *ſeventigeſten* jahre, des ſonnabends bynnen den achte tagen des hiligen lichnams tage.

NVM. V.

SIXTVS V. *papa ad inſtantiam Erneſti & Alberti* ducum SAXONIAE *committit epiſcopo* Merſeburgenſi *ut, adhibitis epiſcopo &c. & capitulo eccleſiae* Miſnenſis, *examinet*; num *praedictis* ducibus competat ius nominandi, praeſentandi perſonas idoneas ad PRAEPOSITVRAM,

DECA-

DECANATVM &c. *& alias dignitates atque officia eccleſiae* Misnenſis, *anno 1476.*

SIxtvs *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei uenerabili fratri epiſcopo* MERSEBVRGENSI ſalutem & apoſtolicam benedictionem, apoſtolice nobis deſuper iniuncte ſeruitutis officium mentem noſtram excitat & inducit, ut eciam ea, que per cathedralium eccleſiarum ac in illis altiſſimo famulantium nec non nobis & ſedi apoſtolice deuotarum & praeſertim illuſtrium perſonarum paci & tranquillitati profutura conſpicimus, operoſis iugiter ſtudiis intendamus, ut ipſarum illuſtrium perſonarum petitiones, quas ob id nobis porrigi contingit, ad exaudicionis gratiam fauorabiliter admittamus: ſane pro parte dilectorum filiorum nobilium uirorum Erneſti ſacri Romani imperii principis electoris ac Alberti ducum Saxonie nobis nuper exhibita peticio continebat, quod cum eccleſia Misnenſis in eorum temporali dominio & intra caſtrum ſeu fortalicium Miſnenſis illius principatus inſigne, quod pleno iure ad ipſos duces ſpectare dinoſcitur, conſtituta exiſtat, ac cum aliquando accidat, quod in ea ad prepoſituram, que in ibi, dignitates ac perſonatus adminiſtratores uel officia ipſius eccleſie perſone aſſumuntur ipſis ducibus ſuſpecte & minus grate habeantque perſone ipſe plerumque domos ſeu habitationes in ipſo caſtro ſitas, ex quo maior ipſis ducibus ſuſpicio ac pericula maxima exoriri poſſunt. Quare

Tt 2 ut

ut inter ipſos duces eorumque ſucceſſores ac eccleſiam & illius perſonas perpetua pax & tranquillitas uigeat omnisque ſuſpicionis tollatur occaſio ipſaque eciam ex hoc felicia ſuſcipere poſſit incrementa, pro parte ipſorum ducum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ut de cetero ad prepoſituram, decanatum, archidiaconatus ac alias dignitates perſonatus adminiſtrationes & officia eccleſie predicte perſone grate ducibus & minus ſuſpecte aſſumantur, ducibus ipſis eorumque ſucceſſoribus plenumque ius nominandi ac patronatus & preſentandi perſonas ydoneas ad prepoſituram, decanatum, archidiaconatus aliasque dignitates perſonatus adminiſtraciones & officia eccleſie huiusmodi, que prima vice & quociens illos illas uel illa ſimul uel ſucceſſiue uacare contigerit, de conſenſu uenerabilis fratris noſtri moderni epiſcopi Miſnenſis & dilectorum filiorum prepoſiti decani & capituli ipſius eccleſie perpetuo reſeruare & concedere aliasque in premiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur, nos ducum eccleſie & perſonarum huiusmodi paci & tranquillitati quantum cum Deo poſſumus conſulere uolentes, de premiſſis certam noticiam non habentes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus uocatis epiſcopo prepoſito decano & capitulo predictis & aliis, qui fuerint euocandi, ſi & poſtquam tibi de premiſſis lacius conſtiterit ac epiſcopi prepoſiti decani & capituli predictorum ad id

acce-

accedat aſſenſus, Erneſto ac Alberto Saxonie ducibus predictis eorumque ſucceſſoribus plenum ius nominandi ac patronatus & preſentandi epiſcopo & capitulo prefatis perſonas ydoneas ad prepoſituram decanatum archidiaconatus aliasque dignitates perſonatus adminiſtraciones & officia ipſius eccleſie pro prima uice & quocies illos illas uel illa ſimul uel ſucceſſiue uacare contigerit, ut prefertur, perpetuo auctoritate noſtra reſerues & concedas conſtitucionibus & ordinacionibus apoſtolicis ſtatutis quoque & conſuetudinibus eccleſie predicte iuramento confirmacione apoſtolica uel quauis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem quod ſi reſeruaciones & conceſſiones huiusmodi per te uigore preſentium, ut praefertur, fieri contingat, quod preſentati ſeu nominati ad prepoſituram decanatum archidiaconatus aliasque dignitates perſonatus adminiſtraciones uel officia huiusmodi de prepoſitura & ſi alias de decanatu archidiaconatibus aliisque dignitatibus perſonatibus adminiſtracionibus & officiis huiusmodi occurrere illorum uacationem ex alternorum menſibus ſiue alias camere apoſtolice annate ſeu medii fructus deberentur eciam de decanatus aliarumque dignitatum perſonatuumque adminiſtracionum & officiorum huiusmodi fructibus reditibus & prouentibus annatas ſeu medios fructus ipſi camere ſeu eius gentibus in preſentibus illis deputatis pro tempore, priusquam corporalem poſſeſſionem

 prepo-

prepoſiture decanatus aliarumque dignitatum perſonatuum adminiſtracionum & officiorum eiusmodi apprehendant, ſoluere omnino debeant & teneantur, alioquin preſentes litere huiusmodi nullius ſint roboris uel momenti. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnacionis dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto 5. Id. Iunii pontificatus noſtri anno quinto.

NVM. VI.

SIXTVS V. papa *ordinat, ne quis inpoſterum in* MISNENSI, MERSEBVRGENSI & NVMBVRGENSI *eccleſiis cathedralibus &c. In* CANONICVM *recipiatur, nec ad* PRAEBENDAM *ibi admittatur, niſi ſit* NOBILIS *de militari genere ex utroque parente & de legitimo matrimonio procreatus, aut* DOCTOR *uel* LICENTIATVS. *anno 1476.*

SIXTVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.* In ſupreme militantis eccleſie ſpecula meritis licet inſufficientibus a domino conſtituti inter curas multiplices, quibus rerum negociorumque occurrentium uarietate diſtrahimur, illam libenter amplectimur, per quam noſtre prouiſionis ope ſingularum potiſſime cathedralium eccleſiarum decor & uenuſtas procuretur: ſane pro parte dictorum filiorum nobi-

nobilium uirorum Erneſti ſacri Romani imperii principis electoris ac Wilhelmi & Alberti ducum Saxonie nobis nuper exhibita peticio continebat, quod in territoriis & dominiis eorum inter alias Alamanie cathedrales eccleſias ſunt etiam Miſnenſis, Numburgenſis & Merſeburgenſis inſignes cathedrales eccleſie, in quibus & earum ſingulis ſi ſtatueretur & ordinaretur, prout in plurimis aliis eccleſiis Alamanie ſtatutum eſt & ordinatum ac obſeruatur, quod nullus inibi in canonicum reciperetur ac ad prebendas dignitates perſonatus adminiſtraciones uel officia in eisdem admitteretur, niſi nobilis de militari genere ex utroque parente & de legitimo matrimonio procreatus aut in theologia utroque uel altero iurium doctor ſeu licentiatus uel medicine magiſter exſtiterit: ex hoc ipſarum eccleſiarum decor & uenuſtas plurimum creſceret eccleſieque ipſe quanto magis egregiis perſonis compte & ornate eſſent, qui eccleſias ipſas in iuribus & bonis ſuis tueri poſſent, tanto magis in temporalibus & ſpiritualibus ſuis incrementa ſuſciperent. Quare pro parte ipſorum ducum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſarum eccleſiarum uenuſtati & decori ac illarum eciam utilitati conſulere & alias in premiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ex paſtorali officio nobis credito decorem & uenuſtatem ac iura & bona eccleſiarum quarumlibet conſeruari & quantum cum Deo poſſumus augeri procurare debemus, huiusmodi ſupplicationibus

inclinati hac irrefragabili conſtitutione auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia tenore preſentium perpetuo ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps nullus in eccleſiis predictis ſeu aliarum aliqua in canonicum recipiatur ac ad prebendam ſeu dignitatem perſonatum adminſtracionem uel officium in eiſdem admittatur ſeu admitti poſſit & ualeat, niſi nobilis de militari genere ex utroque parente & de legitimo matrimonio procreatus aut in theologia utroque uel altero iurium doctor uel licentiatus uel medicine magiſter exiſtat, & nihilominus autoritate & ſciencia ſimilibus eciam decernimus & declaramus, quod deinceps quarumcunque expectatiuarum ſpecialium reſeruacionum ſeu aliarum graciarum aut conceſſionum uel literarum apoſtolicarum quatumcunque etiam motu proprio & ſciencia ſimili a nobis uel ſede apoſtolica hactenus emanatarum uel in poſterum emanandarum uigore, nulla ex prebendis dignitatibus perſonatibus adminiſtracionibus uel officiis eccleſiarum earundem qualitercunque uacaturis acceptari & per quempiam niſi ut prefertur qualificatum obtineri ualeat, quodque expectatiue ſpeciales reſeruaciones ſeu gracie & litere huiusmodi nec non prouiſiones apoſtolice ac uniones mandataque de prouidendo, uniendo, nec non nominandi conferendi uel uniendi facultates ſeu quecunque alie conceſſiones per nos ſeu ſedem predictam quibusuis perſonis cuiuscunque dignitatis ſtatus gradus uel condicionis fuerint aliis quam ut prefer-

prefertur qualificatis ſub quacunque uerborum forma & quibusuis eciam derogatoriarum derogatoriis & aliis inſolitis clauſulis ac decretis irritantibus eciam motu & ſcientia predictis facte uel faciende, quorum omnium tenores & effectus, ac ſi de uerbo ad uerbum preſentibus inſerti forent, pro expreſſis, & in quantum ſtatuto ordinacionis decreto & declarationi premiſſis preiudicare poſſent, pro infectis habentes ad eccleſiarum predictarum canonicatus & prebendas ac dignitates perſonatus adminiſtraciones uel officia nullatenus ſe extendant ſeu extendere poſſint & debeant, niſi in ipſis expectatiuis, graciis, reſeruacionibus, conceſſionibus & literis de toto tenore preſentium, ſpecialis ſpecifica & expreſſa ac de uerbo ad uerbum non autem per clauſulas generales mencio habeatur ac illis de ipſorum ducum ac dilectorum filiorum eccleſiarum predictarum capitulorum conſenſu motu & ſcientia derogetur, decernentes Miſnenſem, Numburgenſem ac Merſeburgenſem pro tempore exiſtentes epiſcopos ac capitula huiusmodi ad recipiendum aliquem contra ſtatutum ordinationis decretum & declaracionem huiusmodi non teneri nec ob id excommunicari ſuſpendi uel interdici ſeu aliqua alia eccleſiaſtica cenſura ſeu pena innodari poſſe, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quocunque quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus premiſſis ac conſtitucionibus & ordinacionibus apoſtolicis nec non aliis ſtatutis &

conſuetudinibus eccleſiarum predictarum iuramento confirmacione apoſtolica uel quauis firmitate alia roboratis ceteriſque graciis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis conſtitutionis declaracionis & decreti infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignacionem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnacionis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, 5. Id. Iunii pontificatus noſtri anno quinto.

NVM. VII.

THEODERICVS, *comes in* SOMMERSENBVRG, *uendit eccleſiae Cellenſi, Miſnenſis dioeceſis, uillam ſuam, dictam* antiquam RANSTEDE.

anno 1190.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* THEODORICVS *Dei gracia comes in* SVMESBVRG. Cum omnium, que ſub ſole fiunt, *memoriam* obruere ſoleat *obliuio:* ea etiam que ad hominum utilitatem racionabiliter efficiuntur *citius peribunt* ab eorum noticia & uergent in periculum, que facta ſunt ad commodum: Si non ob *refricandam memoriam* aliquo certitudinis adſtringantur uinclo. Huius rei gratia tam preſentis quam futuri eui hominibus notum eſſe cupimus, quod uillam

lam noſtre proprietatis, ANTIQVAM RANSTEDE cum omnibus atinentiis ſuis *Cellenſis eccleſie monachis Miſnenſis* dioeceſis *Ceſtercienſis* ordinis pro ccccis *marcis puri* & *examinati* argenti uendidimus &, hanc pecunie ſummam in LIPZ nobis in preſentia multorum honeſtorum uirorum fideliter perſoluerunt. Verum quoniam ex illuſtri *coniuge* noſtra IVTTA nomine necdum DEVS FILIOS nobis aut filias contulerat, omnibus heredibus noſtris uidelicet fratre noſtro *Cunrado orientali marchione* de LANDESBERG. & conſanguineis noſtris illuſtri Alberto marchione MISNENSI, & fratre ipſius Theodorico comite de WIZENVELS & comite Vlrico de VVITIN, & Friderico comite de BREN, BONO & animo uolenti conſentientibus, & quicquid iuris in uilla predicta RANSTEDE uidebantur habere, una nobiſcum *Celenſi monaſterio* pleniſſime reſignauerunt. Igitur ne iam ſepe dictis *monachis Cellenſibus* impoſterum pro tam *ſolemnii* contractu quiſpiam *caluminas* ſtruere moliatur, preſentem exinde paginam ſigilli noſtri impreſſione communimus, & idoneorum adſtipulatione uirorum, quorum ſubter exarata ſunt nomina roboramus. Bertholdus *Nuemburgenſis* epiſcopus. Euerhardus *Merſburgenſis* epiſcopus. Theodoricus *Miſnenſis* epiſcopus. Albertus *Miſnenſis* marchio. & frater eius Theodoricus comes de *Wizenuels*. Cunradus *orientalis marchio* de *Landesberg* frater noſter. Vlricus comes de *Witin*. Fridericus comes de *Bren*. Sifrid abbas de *Pigowia*. Warmundus abbas de *Porta*. Heinricus

ricus aduocatus de *Scudiz*. Albertus de *Drozic*. Bertramus & Luderus canonici de *Miſna*. Petrus de *Hagene*. & frater eius *Berc* de *Cleberg*. Otto de *Puch*. Bernhardus de *Trebecin*. Otto *Pincerna* de *Groiz*. Heinricus de *Chorum*. Wolterus de *Peſſene*. Guntherus de *Rohrberge*. Rudolphus de *Bunowe*. Albertus de *Groiz*. & alii multi. Acta ſunt hec in LIPZ anno gracie MCXC. indictione XIII. ſub abbate Matheo. regnante *Heinrico imperatore* inuictiſſimo feliciter Amen.

NVM. VIII.

CAROLVS IV. *committit* Wilhelmo *archiepiſcopo* COLONIENSI, *ut controuerſiam, de comitatu* Loſenſi *inter epiſcopum* Leodicenſem Engelberdum *ex una, & ultimi comitis* Loſenſis *Theodorici conſanguineos ex altera parte motam, coram* PARIBVS Leodicenſis curiae *examinet & dein decidat* imperiali autoritate *anno 1361.*

KAROLVS *quartus Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ rex* uenerabili Wilhelmo archiepiſcopo *Colonienſi* gratiam ſuam & omne bonum. Princeps dilecte, relatione uenerabilis Engelberti epiſcopi *Leodienſis* principis & conſanguinei noſtri cariſſimi noſtra recepit ſerenitas, quod COMITATVS LOSENSIS ex *collatione*

tione imperiali a diuis Romanorum imperatoribus & regibus praedeceſſoribus noſtris *eccleſiae* LEODIENSI legitime facta, ab eadem eccleſia & eius epiſcopo exiſtenti pro tempore absque medio teneat in *feudum*, & Leodienſes epiſcopi dictum comitatum cum certis eccleſie temporalibus ab *imperio* in *feudum* huc-usque tenuerunt, & adhuc teneant & tenere debeant perpetuo in futurum, & quod-dictus comitatus poſt obitum ſpectabilis *Theodorici* olim comitis LOSENSIS & ultimi poſſeſſoris eiusdem, qui eundem comitatum a *Leodienſi* epiſcopo ab ipſius eccleſia in feudum dicitur tenuiſſe, ad dictum epiſcopum & eius eccleſiam ex eo, quod idem quidem *Theodericus ſine liberis* deceſſit, ſit *legitime* DEVOLVTVS, cuius comitatus poſſeſſionem prefatus noſter conſanguineus *Leodienſis* epiſcopus pro nonnulla eius parte ut aſſerit eſt adeptus & conatur ſuadente iuſticia plenius adipiſci, licet quidem CONSANGVINEI ipſius olim Theodorici queſtionem & difficultatem ingerentes & praefatum *comitatum* ad *ſe ſpectare* praetendentes ipſum uenditare contendunt, petentes ſe de ipſo per eundem Leodienſem *epiſcopum inueſtiri*, ac eis iuſticiam ſuper eo miniſtrari, coram PARIBVS CVRIE LEODIENSIS & coram HOMINIBVS FEVDALIBVS epiſcopi ante dicti, & quia cauſe MAIORVM FEVDORVM IMPERIALIVM ſiue ab imperio dependentium tam de *conſuetudine* legitima quam de iure ſcripto alibi quam *cauſe feudorum inferiorum* ſunt & maturius pertractande, deuotioni tue plenam libe-

liberam & omnimodam poteſtatem tenore praeſencium concedimus : quod tu *uice* & *auctoritate noſtra* dictas partes & alios quorum intereſſe cognoueris coram te uocare & earum rationes motiua allegationes probationes *inſtrumenta literas* & cuncta, que partes predicte uoluerint, audire & ea diligenter rimari ac etiam partibus, coram te praeſente legitime uocatis, & eorum iuribus rationibus allegationibus & probationibus auditis, SENTENTIAS INTERLOCVTIONES & DIFFINITIVAS iuxta ea, que inueneris, AVCTORITATE IMPERIALI rite promulgare cauſam finire & decidere & omnia & ſingula pro expeditione dicte cauſe & pertinenciarum ad eam neceſſariarum uel quolibet optima facere poſſis & debeas, que noſtra MAIESTAS agere poſſet, ſi ipſa cauſa *in noſtra preſentia* tractaretur, damus etiam tibi omnimodam facultatem, ut tu dictis PARIBVS CVRIE Leodicenſis & HOMINIBVS FEVDALIBVS BVRGENSIBVS CIVIBVS ac aliis ſubiectis Leodienſis epiſcopi auctoritate *imperiali* diſtricte ſub certa etiam pena pecuniaria & mulcta & alia quauis *iuris pena* prout diſcretioni tue expedire uidebitur, poſſis & debeas inhibere, ut indicta cauſa quam tue imo potius *imperiali diſcretioni* reſeruamus, iudicare & actus iudiciarios exercere omnino, ac etiam ut in dicta cauſa nil penitus ſtatuere aut *attemptare* preſumant. Inhibentes etiam id ipſum auctoritate CESAREA ſub pena *proſcriptionis*, ne quispiam auſu temerario aliquid contra praemiſſa attemptare praeſumat, & ſi dicti pares *feudales*,

dales, *Burgenſes*, *ciues*, aut ſubiecti alii *Leodienſis* epiſcopi contra praemiſſa iam quicquam attemptaſſent aut in poſterum attemtarent, huiusmodi attemptata de *plenitudine imperialis poteſtatis* ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, caſſamus, irritamus tollimus reuocamus imo potius caſſa irrita facere decernimus ac nullius roboris eſſe uolumus uel momenti. Datum NVRENBERG anno LXI. indict. XIV. ibid. April.

NVM. IX.

CAROLI IV. *imperatoris literae* protectionis & *defenſionis monaſterii in* compoſtolis Herbipolenſis *dioeceſis conceſſae anno 1661.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* KAROLVS *diuina fauente clemencia Romanorum rex ſemper Auguſtus & Bohemie rex* &c. Cum deuotus *Ordo* CYSTERCIENSIS ex quibusdam ſpecialibus ſuis priuilegiis ſeu graciis hactenus obſeruatis *ſolius imperialis protectionis* ſeu tuicionis exiſtat, eundem ordinem ſingularibus gratiis uolenter ac diuorum *imperatorum* & regum *Romanorum* praedeceſſorum noſtrorum inſtanter inherendo ueſtigiis diuine etiam retributionis intuitu ac ad *religioſarum abbatiſſe* & conuentus *monaſterii ſanctimonialium* in *compoſtolis* ordinis *Cyſtercienſis Herbipolenſis* deuotarum noſtrarum dilectarum ſupplicationis inſtantia ipſos & dictum ipſorum monaſterium cum perſonis

rebus

rebus prerogatiuis ceteris ſacris ordinibus *anteferri* & poſſeſſionibus ipſorum uniuerſis in ſpecialem noſtre MAIESTATIS & IMPERII PROTECTIONEM & DEFENSIONEM, ut eo feruentius Deo deſeruire ualeant in diuinis, recepimus ac recipimus de ſingulari noſtra gratia praecipientes, inhibentes & ualitura lege ſeruari mandantes, ne ullus *princeps, dux* &c. occaſione ſeu praetextu ſui *officii* nulla denique perſona cuiuscunque eminencie condicionis ſeu ſtatus exiſtat, in dictarum abbatiſſe & conuentus ſeu monaſterii GRANGIIS CVRIIS prediis uillis *manſionibus bonis* ac poſſeſſionibus perſonis aut rebus, *ius aduocatie* praeſumat quolibet exercere, ut occaſione huius exactionis aut *ſtewrae pullos* aut *auenam* a bonorum eiusdem monaſterii acolis & incolis extorquere, aut etiam dicti monaſterii *pauperes* aut *ruſticos* ad iudicium, quod uſitato nomine *Demto* - dicitur, exceptis duntaxat IIII. CASIBVS, *homicidio, furto, ſtupro*, quod uulgo *notunſt* dicitur, & pro *letali uulnere*, audeat euocare. Etiamſi ab antiquo ad ea conſueuerint vocari, praeterea decreuimus & imperiali benignitate concedimus, ut quaecunque perſona *miniſterialis* uel *libera*, uel cuiuscunque alterius conditionis dicto monaſterio, de bonis ſuis aut profeſſionibus pro remedio anime ſue, *legare* uel *donare* uoluit, *legationis* ſiue *donationis* huiusdem liberam habeat poteſtatem, que etiam bona *legata* ſeu *donata*, ut praemittitur, praedicto *monaſterio* libera prout alia ſua bona approbamus & facimus per praeſentes, & ut omnis

omnis malignandi occaſio penitus obſtruatur, & praedictum monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis hominibus bonis & poſſeſſionibus, ab *omni aduocatie poteſtate* omnique *exactione* & *teloniis* ac aliis quibuscunque exactionibus ſecularibus liberum ſemper & abſolutum ſemper permaneat auctoritate imperialis munificentie, ſub obtentu noſtre gratie inhibemus ne quisquam idem monaſterium huiusmodi ſollicitationibus ſeu exactionibus quibuslibet audeat perturbare. Decernimus etiam & volumus ne aliqua perſona cuiuscunque ſtatus ſit dictum monaſterium, perſonas, bona uel poſſeſſiones eorum ad IVDICIVM SECVLARE qualecunque praeterquam ad NOSTRE MAIESTATIS IVDICIVM trahere audeat uel praeſumat, quodſi contrarium factum fuerit aut alique ſententie late, quod abſit, fuerint, tales ſententias cenſemus *irritas* & inanes. Ad amplius etiam cautele praeſidium praefate *abbatiſſe* nec non conuentui ac dicto ipſarum monaſterio in *Sanenuelt* uniuerſa & ſingula priuilegia literas & gracias iura libertates &c. confirmamus &c. Datum NÜRENBERG anno LXI. indict. XIV. XII. kalend. Februar.

NVM. X.

LVTOLFVS, NVENBVRGENSIS *epiſcopus, cum conſenſu ſui capituli uendit Heinrico*, Miſnenſi *& orientali marchioni, caſtrum* TYFENOWE. *anno* 1284.

IN *nomine Domini Amen.* LVTOLFVS *Dei gratia* NVEBVRGENSIS *epiſcopus omnibus in perpetuum.* Cum nec multitudini rerum nec longitudini temporum ſic ſufficiat humana memoria, ut que multa ſunt tenaciter apprehendere uel que longeua ſunt certa ualeat retinere, datum eſt fragilitati ipſius per prouidentiam conditoris, ut eius inſufficientia ſcripturarum aminiculis adiuuetur. Ea propter ad noticiam tam preſencium, quam futurorum uolumus peruenire, quod nos bona inferius anotata, ſecundum formam infra ſcriptam *illuſtri* PRINCIPI *ac domino Henrico* MYSNENSI & *orientali marchioni* uendidimus iuſto interueniente emptionis & uenditionis titulo de *totius eccleſie noſtre* CAPITVLI VOLVNTATE unanimi & conſenſu, uendidimus ſiquidem prelibato domino Henrico caſtrum TYFENOWE cum ſiluis ſeu nemoribus & attinentibus IEZENE - - - & ſilua *Frawenhayn* & mille marcas argenti *Vribergenſis,* inſuper quodlibet *talentum denariorum* ſeu marcam quamlibet uel quod eidem principi in Villis annotatis inferius in annuo *cenſu* aſſignare potuerimus, uendidimus pro dictis marcis argenti ſuperius iam predicti, unde nos aſſignamus memorato principi in uilla *Vrowenhayn decem* & *nouem manſos* & dimidium, ex quibus manſis duodecim & dimidius quilibet ſoluit unum FERTONEM argenti, reliquorum ſeptem manſorum quilibet ſoluit quatuor SOLIDOS DENARIOS, quorum quilibet iam dictorum decem manſorum & dimidius ſoluit duos *modios* auene menſure *Hainen-*

Hainenſis, in duabus uero *tabernis* ibidem tria talenta in *curia epiſcopali* ibidem *decem ſolidos*, inſuper in duabus areis ibidem unum *ſolidum*, praeterea in *molendino* etiam ibidem quatuor *maldas ſigilinis* menſure *Zecelens*. Item in *Hibotundorf* decem & ſeptem manſos, quorum quilibet ſoluit tres ſolidos. Item in *Radene* nouem manſos, quorum quilibet ſoluit quinque ſolidos denariorum & unum modium auene menſure *Hainenſis*, unum *pullum*, & ibidem in molendino unum *maldrum* ſiliginis iam dicte menſure, praeterea in *Bele* uiginti tres manſos, quorum quilibet ſoluit unum *fertonem* & unum pullum. Item in *Lichtenſe* undecim manſos, quorum quilibet ſoluit unum fertonem - - - & unum pullum & decem oua, praeterea in *Nuenwalde* decem & octo manſos, quorum quilibet ſoluit I. fertonem & duos modios auene menſurae Ztrelenſis & I. pullum, inſuper in *Spansbungge* decem & nouem manſos & dimidium, quorum quilibet ſoluit I. *fertonem* & I. *pullum*, & in *molendino* ibidem I. *fertonem* & 5. modios & dimidium ſiliginis menſure *Ztrelenſis*, & in tabernis ibidem 3. *fertones* & dimidium. Item in *Nyskow* 15. manſos quorum quilibet ſoluit I. fertonem & I. pullum & 10. oua & in tabernis ibidem I. fertonem. Item ALLODIVM TYFENOW eſtimatum eſt ad *tres marcas* annuatim, hec inquam bona uniuerſa & ſingula ſeriatim ſuperius enarrata & quoque iam in dictis uillis in preſenti contractu cum prelibato *principe* inito habemus & ad nos & ad noſtram eccleſiam pertinent ſiue

ſit *indefeudatum* ſiue uacet *libere*, ita quod iura PATRONATVS eccleſiarum in ipſis uillis ſitarum cum uniuerſitate eorundem bonorum transeat cum ſiluis ſeu memoribus predictis uirgultis pratis paſcuis piſcationibus VENATIONIBVS aquis aquarum decurſibus uiis & inuiis cultis & incultis nec non cum omni utilitate que eisdem bonis in preſenti ineſt uel in futurum ineſſe poterit & cum iudicio reali & perſonali nec non cum omni iure quo eadem bona eccleſia noſtra poſſidet in preſenti, ſepe dicto principi uendidimus prout ſuperius continetur & eadem bona FREDERICO *filio* eiusdem principis & cuicunque eidem principes uoluerint conferemus tuenda & poſſidenda iuſto titulo feodali &c. *Datum* DRESDAE 1284. 3. kalend. Decembr. *pontificatus noſtri* anno *quarto* preſentibus dominis Bothone de *Ilburg* Bodone de *Turgowe* conſanguineis noſtris dilectis, Ottone de *Witin* Arnoldo de *Iberichow* &c.

NVM. XI.

IOHANNES *rex Bohemiae, tanquam* VICARIVS *S. imperii citra montes, confirmat compoſitionem, initam inter* Henricum VII. *regem Rom. &* Fridericum marchionem Miſniae *de* LANGRAVIATV *Thuringiae & Marchionatu* Miſniae. *anno 1310.*

Nos

NOs IOHANNES *Dei gratia*, BOHEMIAE, POLONIAE *rex*, *ſacri imperii*, CITRA MONTES, VICARIVS *generalis*, *ac* LVTZELEMBVRGENSIS *comes*. Ad uniuerſorum noticiam uolumus peruenire, quod nos compoſitionis formam, ordinationis & unionis concordiam, per uenerabilem in Chriſto patrem Dominum Petrum archiepiſcopum *Moguntinenſem*, & nobilem uirum Bertholdum comitem de *Hennemberg*, mandatum a sereniſſimo domino & *genitore* noſtro cariſſimo domino HEINRICO rege Romanorum habentes, cum *magnifico* principe, domino FRIDERICO marchione *Miſnenſi*, ſuper LANTGRAVIATV THVRINGIAE, & MARCHIONATV MISNENSI, dominiis & uniuerſis eorum *pertinentiis*, factam & initam, tanquam VICARIVS SACRI IMPERII CITRA MONTES generalis, ratam & gratam habentes, eam tenore praeſencium approbamus, promittentes eandem *concordiam*, poſtquam *coronati* fuimus, noſtro *ſigillo regio* confirmare. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſecretum ſigillum praeſentibus eſt appenſum. Datum PRAGAE, XIIII. kalend. Ianuarii, anno Domini *milleſimo treceuteſimo decimo*.

NVM. XII.

WOLDEMARVS & IOHANNES *marchiones* BRANDENBVRG. & LVSATIAE *incolas oppidorum* Misne & Friberg *ab homagio ſibi antea praeſtito abſoluunt*, & *ut pareant in-*

poſterum Friderico marchioni MISNENSI *uolunt. an.* 1317.

WOLDEMARVS & IOHANNES *Dei gratia Brandeburgenſes & Luſatiae* marchiones, uniuerſis *nobilibus*, *militibus*, *Armigeris*, *Burgenſibus*, *ciuibus*, de cuiuscunque generis hominibus, in caſtris & ciuitatibus MISNAE & VRIBERG ac territoriis earundem reſidentibus. Sincerae uoluntatis affectum cum ſalute. Ad ueſtrae fidelitatis deducimus noticiam, quod *caſtra*, *ciuitates*, cum *territoriis* ad ipſum ſpectantibus, dimiſimus inclito *principi* noſtro amico kariſſimo domino Frederico marchioni MISNENSI & bona dimittimus uoluntate, uolentes ac mandantes uobis uniuerſis & ſingulis, quatenus ſibi tanquam *ueſtro* DOMINO in quibuslibet obediatis de cetero, praeſtantes ſibi fidelitatis homagium, quod nobis praeſtitis, a quo uos abſoluimus per praeſentes inueſtituras pheodorum, & alias ſolemnitates conſuetas, quas a nobis tenuiſtis, poſtulantes ab ipſo. Datum ſub noſtris *ſigillis*, in praemiſſarum teſtimonium, anno Domini *milleſimo trecenteſimo* XVII. uigilia ſancti Gregorii in TANGERMVNDA.

NVM. XIII.

LVDOVICI IV. *imperatoris mandatum ad* Fridericum, *marchionem Miſnenſem*, *ne* LANDGRAVIATVM THVRINGIAE *ad Heinricum* HASSIAE

Land-

Landgrauium, ſed potius in Ludouicum, *marchionem* BRANDENBVRGENSEM *transferat anno* 1329.

LVDOVICVS *Dei gratia, Romanorum imperator, ſemper Auguſtus.* Illuſtri FRIDERICO marchioni MISNENSI principi ac *genero ſuo* kariſſimo graciam ſuam & omne bonum. Licet ſuper ſpecula proni ſimus, *ad regendum uniuerſum mundum*, & ad *reddendum ius ſuum* unicuique, prout ex profeſſione utriusque iuris tam *diuini*, quam *humani* nos recognoſcimus regulatos. Ex eodem tamen ordine principaliter noſtris heredibus in ſuis factis & iuribus conſulere debemus, & *indempnitatibus* eorum cuilibet ſalubriter praecauere. Intelleximus ſiquidem, quod tu cum illuſtre HEINRICO *Lantgrauio* HASSIAE, principe ac ſororio noſtro & imperii fideli dilecto tractatus quosdam ſpeciales habeas de ſubiacendo ſibi LANTGRAVIATVM THVRINGIAE per fidelium eiusdem principatus *omagia*, & ſuae fidelitatis *ſacramenta.* Cum id itaque in praeiudicium & manifeſtum grauamen, diſpendium & iacturam *illuſtris* LVDOVICI *marchionis* BRANDENBVRGENSIS, principis ac nati noſtri kariſſimi apperte uergere dinoſcatur, ideo ſinceritati tuae praeſentibus *iniungimus* & *mandamus*, & inhibendo praecipimus & uetamus. Quatenus praedictum LANDGRAVIATVM THVRINGIAE, nec ſororio noſtro, land-

grauio HASSIAE, nec alicui alteri, quam praedicto *Ludowico, filio noſtro*, marchioni BRANDENBVRGENSI, ſororio tuo ſubiicias quoquo modo. Volumus enim, quod *liga*, quae inter *te* & eundem *ſororium filium* noſtrum, de MARCHIONATV BRANDENBVRGENSI & MARCHIONATV MISENENSI facta eſt, & per nos confirmata, ad LANDGRAVIATVM THVRINGIAE ſub eisdem punctis & nexibus effectualiter extendatur, & quod de eo, ſicut & de aliis tuis terris & principatibus, iidem ueſtri tractatus plenarie intelligantur. Datum PAPIAE XXIII. die Iunii anno Domini *milleſimo treceteſimo uiceſimo nono*, regni noſtri anno &c. quinto decimo imperii uero ſecundo.

NVM. XIV.

LVDOVICVS IV. imperator *permittit* ciuibus & oppidanis *in terris atque principatibus Friderici marchionis* Miſniae, *ut abhinc poſſint acquirere* feuda nobilia.

anno 1329.

LVDOVICVS *quartus Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus.* Ad uniuerſorum ſacri Romani imperii fidelium uolumus notitiam preſentibus peruenire. Cum nos qui SVPRA LEGEM ſumus, & poſſumus uelut *legislator iura condere* & *interpretari*, nonnulla quae *conſtitutionibus* & *conſuetudinibus* generalibus nobis notis obuiant, ualeamus *rationabiliter mutare* & aliud parue concedere, ac de *gratia indulgere.* Et ad

ad inſtantem ſupplicationem & peticionem ſupplicem *illuſtris* FRIDERICI *marchionis* MISENENSIS *principis* ac generi noſtri cariſſimi uniuerſis ciuibus ac opidanis per *principatus*, *terras* & *ciuitates ſuas*, quas nunc poſſidet & poſſederit in futuro, inhabitantes, hanc *graciam* facimus ſpecialem, quod ipſi *bona feudalia* quae *quiritibus* proprie debentur, emere uel quouis alterius contractus titulo recuperare ualeant. *Nobilitantes* praefatos *ciues* ac *opidanos* uniuerſos ad *quaelibet* bona *feudalia* undecunque, uel a quocunque deſcendentia, ſuplentes auctoritate noſtra per preſentes in eis omnem defectum, quem a *iure* uel *conſuetudine* poſſent habere, uel pati aliqualiter uiderentur. Sic quod de eis ac eorum *prouentibus libere* gaudere poſſint, & ea cum omnibus ſuis iuribus tanquam *priores naturales uaſalli*, ex noſtra permiſſione, praeſentibus eis conceſſa & gratioſius indulta, queant abhinc in antea liberaliter poſſidere, *lege*, *ſtatuto* aut *conſuetudine* patriae aliqualiter *non obſtante*, quibus omnibus auctoritate & de *plenitudine noſtrae poteſtatis*, praeſentibus penitus derogamus. Decernentes eas omnino in antea quoad hoc *abolitas mortuas* & *exſtinctas*. In cuius rei teſtimonium praeſentes conſcribi, & MAIESTATIS NOSTRAE ſigillo iuſſimus communiri. Datum PAPIAE, uiceſima quarta die menſis Iunii, anno *milleſimo*, *trecenteſimo uiceſimo nono*, duodecima indictione, regni noſtri anno quinto decimo, imperii uero ſecundo.

NVM. XV.

Ludewig, biſchoff zu Brandenburg, verkaufft an hertzog Rudolfen zu Sachſen Elbenau und Gotau vor 1000. marck ſilbers. anno 1343.

WY LVDEWIG *von der gnade Gotes, byſchop tu Brandenburch, bekennen in deſſem breve*, dat vvy mit vvyllen und vulvvort, unſers *capitels* verkofft hebben, ELBENNOVVE und GOTOVVE, de hus, mit alle deme, dat dartu hort, an *graſe*, an *holce*, an viſcherye, an aobere, unde mit aller nuz, alſo vvy, unde unſe vorovarne ſe hebben gehat, unde de *len over* RONYS mit alle deme dat dartu hort, deme achber vorſten, unſerm herren *herzohge* RVDOLVE *von* SASSEN, unde ſinen erven vor *duſen marck brandeburghes ſilvers* und *wychtes* de he unſs beret heft, unde lyende vorbenanneden huſs *Elvennove*, unde *Gotowe*, mit allen nuz, alſo hievorn beſcreven ſteyt, unſeme vorbenomenden herren, *herzoghen* RVDOLVE und ſynen erven to rechteme *lene*, vve vvyſſen ok, *Hanſe* von RONIS unde ſyne brüdere mit deme huſe tu RONISS, mit alle deme dat dartu hort an unſen vorgeſcreven herren *herzoghen* RVDOLVEN und ſyne erven, vve möghen oh de vorbenamden huſe *Elvonowe* und *Gothowe* mit alle deme dat dartu hort, wederkoffen vor de vorbenomeden *duſent marck brandeburghes ſilvers* und *wichtes* twyſchen

ſchen hir und alſo hude over *dre jar*, und wanne wy oder unſe nakomelinge dat dun wyllen unde moghen binnen diſſer vorebenomeden tyt, ſo ſcole wyet unſene vorbenomeden herren *hercoghen* RVDOLVE oder ſynen erven ver wocken tu voren vveten laten, unde ſcolen dat ghelt bereden tu *Beltytz*, entginge en de veſten tu *Beltytz*, ſo ſcolde wy dat *ghelt* bereden in der negheſten *veſten*, de ſe darby hetten, were ok dat vve oder unſe nachkomelinge de HVS nicht WEDER KOFFTEN bynnen deſſen DREN IAREN, ſo ſcal den ſe unſes vorbenomeden herren *hercoghen* RVDOLVES und ſyne erven rechte *len* ſyn, met alle deme dat dartu hört. De hus de *ſcalme* ok beteren an *dacke*, an *venſtern*, an *doren* an *brughen*, unde wure des not is, unde, wat dat koſtet, dat ſcole we oder unſe nakomelinge weder gheven, mit den vorbenomeden *duſent marcken*, alſo twen unſes vorbenometen herren hercoghen RVDOLVES mannen, unde twen unſen mannen duncket redelick ſyn, were ok dat uns der *huſen* oder *beyde* afghingen von unrechter walt, binnen diſſen dren jaren, des Gott nicht envville, ſo ſcole vve en truvvelicken behulpen ſyn, dat en erghelt, und uns unſe *hus weder werden*: dat diſſe dedinge ſtede unde ghans bliven, ſo hebbe vvy *unſe* und unſes *capitels inſighele*, an diſſen brief gehenget, und wy Dyderick proveſt, Wylhelm prior, unde dat gantce capitel tu Brandeburch de vorbenomeden, hebben unſes *capitels inſeghel* an deſſen brief gehenget, tu

euer

euer bekentnüſſe unſes vorbenomeden *wylle* unde *vulbort*, dit is geſcen unde diſſe bref is gegheven tu Beyeze, na Gotes ghebort *drettyn hundert* jar, an deme *dre* und *vertkigheſten* jare, in deme taghe Sinte Baſtianes und Fabïanes der merterere.

NVM. XVI.

Bekentniſs verſchiedener biſchöffe, graven und herren, daſs ſie ſelbſt mit zugegen geweſen wæren, als landgraf Friedrich in Thuringen die grafen daſelbſt zu lehn-recht erſtanden und ſie beliehen hatte. an. 1358.

WIr RVDOKFF *von Gots gnaden*, *biſchoff zu Nuwinburg*, und *wir Friedrich von* derſelben gnaden biſchoff zu *Merſeburgk*; vvir *Hermann* grave von *Orlamunde*, *Dietrich* grafe von *Honſtein*, und Heinrich ſein bruder, thum-probſt zu *Northuſen*, vvir Bernhard, grave von *Reinſtein*, und Conrad grave von *Werningerode*, Heinrich, grave von *Bycheilingen*, und Heinrich, grave von *Stolberg*, Ernſt grave von *Glichen*, und Gebehart grafe von *Querinuorte*, Otto burggrafe von *Lieſsnig*, und Herrmann burggrafe von *Kirchberg*, und Herrmann burggrafe von *Golzſin*, Gunther und Cunrad, herren von *Thamirode*, Heinrich Rueſſe genant, *voyt* von *Plauen*, Heinrich der jungere voyt von *Wyda*, Thime der eltere herr von

von *Koldiz*, und Friedrich von *Schonneburg*, herr zu *Gluchow*, bekennen œffentlich an dieſem gegenvvertigen briefe, und thun kunt deme *allerdurchleuchtigen*, unſern lieben gnedigen herrn, herrn CARLN *Römiſchen keyſer*, zu allen zeiten mehrer des reiches und könige zu Böhmen, darnach allen furſten, grafen, freyen und *herren* rittern und *knechten* und gemeiniglich allen den, die dieſen brief immer geſehen oder leſen, daſs vvir dabey gevveſt ſeyn und geſehen und gehœrt haben: daſs der hochgeborne furſte, landgrafe *Friedrich* von *Düringen* und marggrafe zu *Meyſſen*, unſer lieber gnediger herre zu LEHN rechte geſeſſen hat, zu deme *dritten tage*, am donnerſtage vor ſant Sixti tage, das iſt am andern tage des monden Auguſtus, graffen *Gunthern*, und graven *Gunthern* von *Schwarzburg*, herren zu *Sondershauſen*, als *lehnrecht* iſt. Da kumen die burger von *Erforth* und *mütten geleits* den von *Schwarzburg*, vor *lieb*, vor *gut* und *ehre* dar und dannen zu *rythinn*, da frayte unſer herre der vorgenante *grafe Cunrad* von *Werningerode*, vvi her ſie *geleyten* ſolte, der teylte vor recht, daſs unſer herr der egenante ſie ſolte geleyten vor unrechter gevvalt als *leben rechtens recht* vveere, darnach quam ein burger von *Molhuſen* und ſprach, her were ein *bothe* der von *Schwärtzburgk*, und wolte ir vormunde ſeyn, alſo verre als her von rechte mœchte. Darzu antwortte ihm unſer obgenanter herre, er vvolte ihm geſtatten alles das er von *rechte* ſolte, und

frayte

frayte eines *urtels*, ſind die von *Schwarzburgk über ein* und *zwentzig jar* kommen weren, unde unter *ſechzig* jahren vveren, und vveder ſich noch lam vveren, ob ſie keinen vormunden haben ſolten. Da vvird geteidet vor recht; daſs ſie *keinen vormunden gehaben* mœchten, vvenne ſie ny vorquamen, noch ihn ny gekorn hatten, als recht iſt, derſelbe der ſich ihn zu vormunden rath, der vvare *dingflüchtig* ane alle noth. Darnach gezeugete der mehrgenante unſer herr ſinen erſten tag, den andern tag, den dritten tag, izlichen mit zvven ſunderlichen ſinen *gebulten mannen.* Darnach vvard den mehr genanten von *Schwarzburgk* vortheilt ſo gethan gut, da ihn unſer herr *landgrafe Friedrich* umme dar getedinget hatte zu *leben-rechte*, das iſt *Franckenhuſen*, heuſern und ſtæde mit allen ihren zugehörungen, *Lodeburg* das haus mit aller ſeiner zugehörunge, und ſunderlich die *manſchafft*, die um *Lodeburg* gelegen iſt, die von *alter* von der *landgraveſchafft* zu *Düringen* zu *leben* gegangen hat, und hat der vorgeſchriebene landgraffe *Friederich* unſer lieber gnediger herre alle ſeine rechte zu *lehnrechte* genden von *Schwarzburg*, *grafen* HEINRICHE und grafen *Günthere*, herren zu *Sundershuſen*, erfordert, als ihm urtheil und recht gegeben haben. Dabey ſind vvir gevveſt, und haben das geſehen und gehœrt, und zu bekentnüſſe aller dieſer vorgeſchriebenen rede haben vvir vorgeſchriebenen unſer *ingeſiegele* alle an dieſen gegenvvertigen brieff laſſen hengen, geſchehen, und

und gegeben nach Chriſtus geburth, tauſend jar, *dreyhundert* jar, darnah in deme *achten* und *funffzigiſten* jare, an deme vorgeſchriebenen dienſtage, vor ſante Sixti tage des heiligen märtyrers, das iſt an deme andern tage des monden, der da geheiſſen iſt, Auguſtus.

NVM. XVII.

CAROLVS IV. imperator Rudolfo, *Friderico*, Alberto & Leopoldo *ducibus* AVSTRIAE *ducatus* AVSTRIAE, STIRIAE & CARINTHIAE, *item dominia* CARNIOLAE, *marchiae* & PORTVS NAONIS *cum reliquis in* SVEVIA & ALSATIA *ad eosdem pertinentibus bonis in* FEVDVM *concedit. anno* 1360.

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter Amen. KAROLVS QVARTVS *diuina fauente clemencia Romanorum imperator ſemper Auguſtus & Bohemie rex* notum facimus quod pure fidei & preclare deuocionis inſignia, quibus illuſtris *Rudolfus* AVSTRIE STIRIE ac KARINTHIE dux princeps & gener noſter dilectus nos & ſacrum Romanum imperium ſincerius ueneratur & obſequia fructuoſa, que nobis & eidem imperio exhibuit & que ipſe *Ruldolfus* nec non illuſtris *Fridericus*, *Albertus* & *Leupoldus* duces eius fratres & ipſorum heredes in futurum impendere poterunt & debebunt, clare noſtre mentis

mentis intuitu limpidius intuentes ipſi RVDOLFO duci *Auſtrie Stirie* & *Karinthie* ac FRATRIBVS ſuis *Friderico Alberto* & *Leupoldo* ducibus predictis ceteriſque eorum heredibus PRESENTIBVS & *futuris* DVCATVS AVSTRIE STIRIE & KARINTHIE cum omnibus & ſingulis comitatibus ADVOCATIIS & DOMINIIS nec non iudiciis MVTIS, THELONEIS, *monetis*, *nemoribus* & *ſiluis* & omnibus iuribus ac BONIS FEVDALIBVS ad eosdem *ducatus* AVSTRIE STIRIE KARINTHIE pertinentibus, quocunque nomine cenſeantur nec non dominia CARNIOLE, MARCHIE & PORTVS NAONIS, & omnes comitatus & dominia, cum omnibus eorum iuribus & *bonis feudalibus* omniaque feuda iura & libertates, quas uel que ipſi *duces Rudolfus*, *Fridericus Albertus* & *Leupoldus* habuerunt uel *adhuc habent*, ac ſingula que de Romanorum imperatoribus ſeu regibus actenus tenuerunt & poſſederunt uniuerſaque dominia *comitatus* & *ciuitates* cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis ſuper quibus a diuis imperatoribus ſeu regibus Romanis duces predicti habent teſtimonium literale, omniaque & ſingula *feuda* que iam dicti duces ipſorumque progenitores in SVEVIA ALSACIA & alibi ab imperio actenus tenuerunt & poſſederunt, uelut Romanorum *imperator* nomine & VICE SACRI ROMANI IMPERII contulimus & contulimus & conferimus cum omnibus iuribus predictis libertatibus conſuetudinibus ac pertinentiis uniuerſis, prout ab antiquis temporibus & *modernis* hucusque *deuolutum* fore dignoſcitur & deductum, nec non *uniuerſa feuda* que felicis

felicis recordationis *illuſtris dux* ALBERTVS genitor ipſorum & OTTO quondam dux frater ipſius ab olim *Ludowico* de BAVVARIA, qui ſe IMPERATOREM NOMINAVIT, tenuerunt & poſſederunt per omnia iuxta ſuarum tenorem & continenciam literarum, cum eiusdem *Ludowici infeodationis litere* ſint & fuerint INVALIDE & NVLLIVS VIGORIS penitus uel momenti, predictis Rudolfo duci nec non Friderico Alberto & Leupoldo fratribus ipſius & ipſorum heredibus de NOVO contulimus & conferimus de LIBERALITATE CESAREA & *gracia ſpeciali*, ac eundem Rudolfum ducem ſuo & predictorum Friderici Alberti & Leupoldi fratrum ſuorum ac heredum eorundem nomine atque uice SCEPTRO NOSTRO IMPERIALI INVESTIVIMVS & inueſtimus de feudis ſupradictis, adhibitis *ſolemnitatibus* debitis & conſuetis, condicione tali, quod illuſtres *Fridericus Albertus* & *Leupoldus duces fratres Rudolfi ducis preſcripti* ceterique ipſorum heredes ducatus principatus dominia & terras predictas cum omnibus ſuis pertinenciis, prout ſuperius ſunt expreſſa, a nobis *in feudum debebunt accipere*, modo debito & conſueto, quando ad ipſos *hereditas* fuerit *deuoluta*. Nos quoque promittimus & ſpondemus, quod in caſu predicto ducatus principatus dominia & terras eaſdem cum omnibus ſuis pertinenciis predictis Friderico Alberto & Leupoldo ducibus & eorum *heredibus conferre uolumus & tenemur*, quolibet recuſationis & dilationis diffugio precermiſſo, quam primum ad ipſos uel eorum heredes

ut premittitur iure hereditario fuerint deuoluta. DAT. anno LX. indict. XIII. XII. kalend. Iun. regnorum noſtrorum anno 14. imperii 6.

NVM. XVIII.

Idem CAROLVS IV. componit litem, *hucusque inter* Galeazios *uice-comites* Mediolanenſes *ab una*, *&* Iohannem marchionem Montis-ferrati *ab altera parte*, *de ciuitate* AST *cum territorio eius*, *item terra & caſtro* KONE *&c. agitatam*, *anno 1360.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter Amen. KAROLVS *quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator ſemper auguſtus & Bohemiae rex.* Nobilibus GALEAZ & Iohanni GALEAZ nato ipſius *uicecomitibus Mediolani*, pro ſacra *maieſtate imperiali Mediolani Papiè* & in ceteris quibusdam aliis locis VICARIIS qualibet fidelibus ſuis dilectis gratiam &c. Licet poſt multarum diſſenſionum diſcrimina & damnoſe contencionis diſturbium, que inter illuſtrem Iohannem marchionem MONTIFFERATI pro ſacra maieſtate noſtra tunc PAPIE VICARIVM principem & conſanguineum noſtrum ab una, & nobilem *Barnabam* ac *te* & *heredes ueſtros* pro te ab alia non absque graui diſpendio ſubditorum longis temporibus durarunt, inter alia, que per modum concordie ſuper litibus huiusmodi ſopiendis pro bono pacis & tranquil-

litate

litate *pauperum* inter uos utrobique hinc inde tractata fuerunt, certa quedam *capitla noſtre maieſtati diffinienda* interpretanda & declaranda concordi uoluntate duxeritis remittenda, quibus intellectis & in examen prouide diſcuſſionis adductis pro bono ſtatu predictarum precum, & ut chriſtianus populus grata pacis amenitate quieſceret ſub grato regimine principis generoſi animo deliberato & SANO ELECTORVM & *aliorum* PRINCIPVM, BARONVM *&* PROCERVM *ſacri imperii & noſtrorum fidelium accedente conſilio*, in opido noſtro imperiali dicto ROTEMBVRG declarauimus, quod ciuitas AST cum eius *territorio* & *terra* & caſtrum CONE cum eius territorio & quecunque alia caſtra terre & loca ablata tibi GALEAZ tempore controuerſiarum huiusmodi, deberent reſtitui ac prefatus marchio *Montisferati* in poſſeſſionem caſtrorum, terrarum & locorum territorii *Papienſis* reduci deberent ſub eo modo, ſicut predicta utrobilibet ante controuerſiam prefatam VICARIATVS nomine & titulo tenuiſtis cum cunctis aliis punctis & clauſulis, que in literis declarationis prefate plenius & diſtinctius continentur, & quamuis hac pronunciatione ſic facta de nobilis *Sdizlai* de *Weytenmul* familiaris & fidelis noſtri dilecti fide & circumſpectionis induſtria praeſumtionem indultam obtinentis ipſum ad partes easdem transmiſimus, data & conceſſa ſibi libera & omnimoda poteſtate, quod ſe nomine ac uice noſtre maieſtatis de omnibus ad conſumationem talis noſtre declarationis ſpectantibus intromitteret,

& omnium talium rerum poſſeſſionem acciperet & uobis utrobique ea, que cuililibet, iuxta formam declarationis noſtre, competerent protinus aſſignaret & declarationem noſtram ſub omnibus formis modis & condicionibus, prout in noſtris imperialibus literis inueniebatur expreſſum effectui & conſummationi debite deſtinaret, ſicut de omnibus predictis & eorum quolibet & aliis ab eis dependentibus, que ad prefatam conſumationem talium utilia neceſſaria uel optima quolibet uidebantur, etiamſi mandatum exigerent ſpeciale, predictus *Sdizlaus* cum clauſula ratihabitionis a noſtra maieſtate plenam acceperit poteſtatem, teque ac dictum marchionem noſtro nomine requiſierint, quod noſtre *imperiali diffinitioni* parere & in omnibus eius iuxta formam declarationis noſtre reſignare & ponere uelletis, ea que in noſtro declarationis litera tenebantur, & quanquam *tu* prefatus *Galeaz* & *Barnabas* frater tuus uos ad parendum imperialibus mandatis noſtris, prout antedicti *Sdizlai* tenebat *aſſercio, offereti* & *parati* eſſetis diffinicionis & ordinacionis noſtre ordinem, quantum ad uos ſpectabat, absque impedimento quolibet conſumare, tamen dictus *marchio Montisferati* tunc *Papie* uicarius quibusdam occaſionibus pretenſis noſtre declarationi non pareat neque parere uoluit, ſicut de his omnibus fide digna relatione dicti *Sdizlai* ſumus plenius informati, & quia dicti marchionis *Montisferati* inobediencia, qua noſtre declaracioni parere contempſit, tibi *Galeaz* predicto, qui

qui ad recuperandas terras, que de commiſſo tibi VICARIATV ſublate fuerant, nitebaris pro uiribus iuſte quidem & notorie tribuit materiam litigandi ac ciuitas *Papienſis* & eius territorium, quam & quidem pendentibus gwerris acquiſiuiſſe dinoſceris, ſe tuo regimini uoluntarie ſubdiderunt, ſicut de hoc dictorum ciuium & uniuerſitatis accepimus literas ſpeciales: nos igitur, cuius humeris ex attributo nobis diuinitus ceſaree dignitatis officio rite cenſetur incumbere, ut ſubditis nobis fidelibus ſub felici noſtro regimine grate quietis commoda preparemus, habito reſpectu ad natam *inobedienciam marchionis* predicti, ne propter hoc fideles noſtri luant diſpendium, ſed pocius de noſtre protectionis preſidio gratis fauoribus ſubleuentur multis eciam fidelibus & probatis obſequiis, quibus progenitores tui uidelicet GALEAZ antedicti ad honorem celebris ac recolende memorie diui *Henrici* quondam Romanorum *imperatoris aui* noſtri kariſſimi deuota crebro ſollicitudine claruerunt, quorum eciam tu inherens ueſtigiis te ſemper in noſtris & imperii ſacri prouinciis operoſe diligencie ſtudio facis ydoneum reperiri, in noſtre mentis acie generoſe deliberacionis aſpectibus multoties reuolutis animo deliberato & *ſano principum baronum* & *procerum noſtrorum accedente* CONSILIO te predictum *Galeaz*, nec non Iohannem *Galeaz* tuum filium quem alio tempore felicis coronacionis noſtre *Mediolanenſis* decorauimus CINGVLO MILITARI & heredes ueſtros per MASCVLINAM

 lineam

lineam legitime deſcendentes a uobis & ueſtrum quemlibet in ſolidum facimus conſtituimus creamus & ordinamus pro ſacra maieſtate noſtra imperiali noſtros & ſacri imperii VICARIOS GENERALES irreuocabiles & duraturos per tempora *uite noſtre* & *poſt obitum* noſtrum propitio Deo felicem tam diu, donec per *ſucceſſores* noſtros *imperatores* uel reges Romanorum expreſſe reuocati fueritis, dum tamen in noſtra & ſacri imperii fide & obedientia perſiſtatis, in ciuitate *papie* territorio & diſtrictu & eorum pertinenciis nec non ſuper comitibus de *Lomello*, quantum ad terras caſtra poſſeſſiones uillas & bona ipſorum, que in territorio papienſi conſiſtere dinoſcuntur tam in terra quam in aqua & per terram & aquam & tam in monte quam in plano concedentes uobis & in uos de imperialis poteſtatis plenitudine & ex certa ſciencia transferentes in predictis ciuitate comitatu territorio & diſtrictu & eorum prouinciis & iuribus nec non in rebus & perſonis quibuslibet eorundem cuiuscunque ſtatus dignitatis aut condicionis exiſtant, in quibus poteſtas nobis eſt talia exercendi plenamque & liberam poteſtatem predicta & infra ſcripta per uos alium aut alios *officiales* & *miniſtros* ueſtros ad hoc a uobis deputatos ſiue eciam deputandos licite faciendi & animaduertendi in *facinoroſos* homines & cohercitionem qualiter quantumcunque magnam uel modicam mediante iuſticia exercendi, ut omnino cenſeamini atque ſitis quoad omnia & ſingula, que dici & appellari poſſunt ſeu ſicut

de

de mero *mixto* & *abſoluto imperiis* ac *iuriſdictione* qualibet generaliter quoad omnia & ſpecialiter quoad ſingula, que in huius *iuriſdictionibus* & *imperiis* includuntur, generaliter & ſpecialiter VICARII, CAPITANEI, IVDICES, ADMINISTRATORES, POTESTATES & RECTORES ORDINARII generales & ſpeciales autoritate noſtra imperatoria irreuocabiliter ut premittitur conſtituti, excipimus eciam & in preſenti VICARIATV includi nolumus ciuitates terras caſtra *fortalicia* diſtrictus & dominia ſancte *Romane eccleſie*, de quibus adminiſtrationem uobis non permittimus titulo *uicariali* ſeu alio noſtro quocunque, damus inſuper & uobis concedimus & in uos transferimus pleno iure omnem autoritatem licentiam & poteſtatem generalem & ſpecialem *Gabellas*, *collectas* & *Dacia* conſueta necnon omnes *cenſus* redditus ac omnia iura commoditates utilitates prouentus *gaudimenta* & *intratas* dicte ciuitatis & diſtrictus & territorii ac *comitum* predictorum, ut premittitur nunc & in futurum ſpectantes & pertinentes ad nos & ad ſacrum imperium recipiendi, *imponendi* penas, *augmentandi diminuendi* & *remittendi* eaſdem, *multas* imponendi recipiendi & remittendi in cauſis & negociis contingentibus, *gladii cobercitionem* qualibet exercendi, ita quod in ciuitate comitatu & territorio & diſtrictu ac pertinenciis ante dictis, omnem uice noſtra autoritatem & poteſtatem obtineatis & *iuriſdictionem* latiſſimam & *imperia* a uobis uelud a lege & a nobis uelud a lege ordinata in terris pleno iure commiſſa

& generaliter & ſpecialiter demandata, & ut eciam apud uos & coram uobis & ueſtrum quolibet poſſunt tam *contencioſa*, quam *uoluntaria iudicia* exerceri ubique in quibuscunque locis ciuitatis comitatus territorii, & diſtrictus atque pertinenciarum predictarum & etiam extra ea de rebus duntaxat contractis uel quaſi contractis ſeu de maleficiis criminibus & delictis uel quaſi commiſſis & perpetratis inter ſubditos & incolas predictorum locorum uel etiam per non ſubditos ut incolas ſed in predictis locis contractis uel perpetratis, uolentes & eciam concedentes, quod omnia & ſingula predicta & infra ſcripta exercere poſſitis per uos ipſos & per alios iudices a uobis et ueſtrorum alteris uel altero generaliter *conſtitutos* et ſpecialiter *delegatos*, ita quod omnino habeatis ſpecialiter et expreſſe ſimpliciter uel de plano et cum cauſe cognitione *iudices dandi* licenciam ſemel et ſepius et etiam remouendi, datum et alium uel alios cum cauſa uel ſine cauſa, quociens uobis uiſum fuerit expediens, ſubrogandi et dandi et datos declarandi tutores et curatores non ſolum perſonis, ſed etiam rebus et bonis, poſſeſſionem bonorum concedendi et in ipſam ex quacunque cauſa quantumcunque maxima uel magna mittendi cauſas quascunque *capitales*, *criminales* uel *ciuiles* maximas, magnas uel minimas, etiamſi bonorum omnium uel maioris partis aut ſtatus cuiuslibet ſeu libertatis uel ſeruitutis perſonarum *ſentenciam* et *cognicionem* requirant per uos ipſos uel alios aut alium quos ad hoc conſti-

tueri-

tueritis, audiendi decidendi et etiam que deciſa et iudicata fuerint exequendi, fugitiuos inquirendi inſequendi et puniendi LAQVEANDI FVRES et ſuſpendendi membris *truncandi* in facie *bullandi fuſtibus* et *ictibus uerberandi* de patria propria temporaliter et perpetuo *confiniandi* ſeu *relegandi*, forum *interdicendi*, ad *beſtias* et *culeum damnandi*, *igne cremandi*, in toto corpore uel in parte debilitandi et quamlibet aliam uite *condemnationem ademtionem relegationem* temporalem et perpetuam imponendi, limites tuendi, *bona publicandi*, *officiales conſtituendi* et de omnibus criminibus ordinariis et extraordinariis, publicis et priuatis, enormibus et facilibus *cognoſcendi* et *decidendi* cognitionemque et deciſionem huiusmodi committendi in integrum, reſtituendi abolicionem quamlibet in iudicio uel extra exercendi et diſponendi et de cauſis *appellationum* ſiue ſint *criminales* ſiue *ciuiles* enormes uel faciles eciamſi nominatim et expreſſe ad noſtre MAIESTATIS AVDIENCIAM fuerint interpoſite tanquam iudices et commiſſarii a nobis ſpecialiter et generaliter delegati ſeu deputati *per uos alium* uel *alios cognoſcendi examinandi diffiniendi* et eciam *decidendi* DECRETA primum & ſecundum interponendi dominia *directa* uel *utilia* uel alia quecunque iura uel ſeruitutes per uos uel alios declarandi, MONETAS eciam que *pondere* & *caractere* non fraudentur, inſtituendi, FERIAS *imponendi*, NVNDINAS indicendi, conſuetudines laudabiles & *iura municipalia* ſtabiliendi, firmandi reuocandi *officia* & be-

 neficia

neficia conferendi ſiue ad illa legitime prouocandi, REBELLES IMPERII ſi qui ſunt uel fuerint & etiam aliarum urbium inſequendi & puniendi & generaliter omnia & ſingula *imperialia* & quecunque alia que ex lege conſtitutione edicto conſuetudine aut alias qualiterque nobis & ſacro imperio competere dinoſcuntur, etiamſi *ſpecialem* de his neceſſe foret in preſentibus literis fieri mentionem, per uos noſtros *uicarios* aut per alios noſtro nomine faciendi, non obſtante quod predicta ſeu aliquod predictorum dicerentur damnoſa fore fiſco uel iuri contraria & non obſtante quod ſecunda iuſſio diceretur non interceſſiſſe & non obſtante quod de aliquibus debuiſſet fieri mencio ſpecialis & omnibus aliis legibus, iuribus uel conſuetudinibus generalibus uel ſpecialibus, que poſſent predictis in aliquo obuiare, non obſtantibus quibuscunque quibus omnibus & ſingulis inquantum preſentibus obuiare ſeu contraire uiderentur, de noſtre poteſtatis plenitudine ſpecialiter & expreſſe de certa ſcientia derogamus & ipſo iure derogatum eſſe per preſentes uolumus & iubemus, *ſalua* tamen in premiſſis *eccleſiaſtica libertate*, nulli ergo hominum liceat hanc noſtre maieſtatis paginam infringere, aut ei auſu temerario quomodolibet contraire. Siquis autem contrarium attemptare preſumſerit preter id quod attemptata quelibet eo ipſo uiribus carere decernimus, indignationem noſtram & penam centum marcarum auri puri toties, quocies contra factum extiterit, ſe nouerit irremiſſibiliter

biliter incurſurum. TESTES huius rei ſunt Iohannes *Olamucenſis*, Theodoricus *Nuenenſis*, Iohannes *Luchmenſis* ſacre imperialis aule cancellarius, Maurus *Corbanienſis* eccleſiarum epiſcopi &c. Illuſtres Wencezslaus Rupertus & Heinricus *Lignicenſis*, Rydakerus *Brunſwicenſis* & Kazymirus *Stetinenſis* duces, ſpectabiles Burghardus *Burggrauius Magdeburgenſis imperialis curie noſtre*, Iohannes & Burghardus de *Retz*, comites & nobiles *Czenco* de *Lypa* ſupremus *mareſcallus* & *camerarius* regni Boemie Petrus Vlricus & Iohannes de *Roſemberg* Lutoldus & Ogerius de *Landſtein*, Vlricus & Heinricus de *Noua Domo* Hasko de *Swetiz* & Busko de *Wilbartiz* magiſter imperialis noſtre camere, & alii quam plures, ſub BVLLA AVREO *typario* noſtre *maieſtatis* impreſſa teſtimonio literarum. *Datum* PRAGE anno LX. indict. XIII. XI. kalend. Februar. Regnorum noſtrorum anno quarto decimo imperii uero quinto.

NVM. XIX.

CAROLVS IV. *mandat ciuitati* Papiae; *ut in poſterum pareat* GALEAZIIS uice-comitibus Mediolanenſibus *tanquam* VICARIIS, *ſuo & imperii nomine, conſtitutis. anno 1360.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter amen. KAROLVS *quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator ſemper Auguſtus & Bohemie rex &c.* Nobilibus

bus *poteſtate capitaneis ſapientibus* conſilio & communi ciuitati PAPIE ſuis & imperii ſacri *fidelibus* dilectis gratiam ſuam & omne bonum, quia pridem illuſtris Iohannis *marchio* MANTISFERATI princeps & conſaguineus noſter certis declarationibus quas ad ſopiendum guerrarum *diſturbia*, que inter ipſum ab una & noblem Galeaz uice-comitem *Mediolani* ibidem nec non papie & in locis aliis pro ſacra maieſtate noſtra imperiali generalem uicarium parte ab alia uiguiſſe de *conſilio eccleſiaſticorum* & aliorum *principum* ac *procerum ſacri imperii deliberato* animo & de certa ſciencia noſtra promulgauit *ſerenitas*, *obedire* contempſit, & ex huiusmodi ſua *contumacia* tribuit prefato *Galeaz*, qui ablata ſibi iura *uicariatus* ipſius reintegrare uidebatur, pro uiribus materiam litigandi donec pendentibus guerrarum diſſidiis predictus *Galeaz* uos *ciuitatem ueſtram* & *comitatum* ac pertinentias ſue ſubditi dicioni, idcirco inobedientia & contemptu dicti *marchionis* nec non grata obedientia dicti *Galeaz*, qui ſe talibus noſtris declarationibus pariturum ſemper exhibuit, in noſtre mentis acie diſtinctius reuolutis penſatis etiam claris meritis antedicti Galeaz, quibus ipſe & felices progenitores ſui recolende memorie DIVO HEINRICO quondam Romano imperatori ſemper Auguſto auo & predeceſſori noſtro fideliſſimis crebro ſtudiis & obſequiis placuerunt, dictum *Galeaz* & Iohannem *Galeaz* eius filium & heredes eorum per maſculinam lineam ab ipſis legitime deſcendentes noſtros & *im-*

perii

perii ſacri uicarios ad tempora uite noſtre irreuocabiles utique conſtituimus, fecimus & ordinauimus ſub certis modis condicionibus & declaracionibus, ſicut in literis deſuper editis expreſſius continetur, fidelitati ueſtre mandantes precipientes & iniungentes preſentibus ſerioſe, quatenus prefato Galeaz & Iohanni Galeaz nato ipſius & eorum heredibus, ut premittitur, tanquam *legitimis uicariis noſtris* noſtro & imperii ſacri nomine iuxta literarum noſtrarum tenorem & plenam continentiam ſine difficultate aut contradictione qualibet debeatis in omnibus firmiter obedire, nullam in hoc ſub pene grauiſſime indignationis noſtre nec non ſub omnibus penis in *literis uicariatus* expreſſis negligentiam commiſſuri preſentium &c. Datum PRAGE anno LX. XI. kalend. Februar.

NVM. XX.

Literae CAROLI IV. *imperatoris, quibus praepoſito & conuentui* monaſterii Sderatzienſis *nunciat, ſe* ianitori *ſuo, Ditwino, prouiſionem & praebendam conuentualem in praedicto monaſterio ad uitae tempus aſſignaſſe anno 1360.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter amen. KAROLVS *quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator ſemper Auguſtus & Bohemie rex &c.* Honorabili-

rabilibus & religioſis prepoſito uice-prepoſito totique conuentui monaſterii *Sderatzienſis* deuotis ſuis dilectis gratiam &c. Cum dilectus nobis *Ditwinus* IANITOR & OSTIARIVS *curie & camere noſtre* ac *familiaris* noſter *domeſticus* oſtenſor preſencium debilitate & *ſenio corporis* adeo grauatus exiſtat, quod ulterius cottidianis noſtris obſequiis intendere commode nequeat quouis modo, cui de aliquo *ſtatu comodoſo*, ubi dierum ſuarum *reſiduum* in pacis *tranquillitate* & ad *anime ſue ſalutem finiat* & expendat, in remuneracionem ſeruiciorum ſuorum prout dignum noſtra iudicat & decernit ſerenitas, generoſius proinde diſponentes ſibi *apud uos* & *ueſtrum monaſterium prouiſionem* & *prebendam conuentualem temporibus uite ſue* habendam autoritate *regia* ordinamus deputamus & uirtute preſencium aſſignamus mandantes ſerioſe uolentes nihilominus deuocionem ueſtram attento ſtudio requirentes, quatenus predicto *Ditwino* noſtro *hoſtiario* infra *ſepta monaſterii* ueſtri de aliquo ſingulari comodo ad habitandum in *ſeculari habitu* nec non de *prebenda conuentuali*, que fratribus & dominis conuentualibus miniſtrari & dari ſolet *in uictu* & *amictu* nihil excludendo et ſpecialiter de *duabus tunicis* in anno ſaltim *aeſtiuali* et *hyemali* - *mantello* ſeu *pallio* ac *calceamento, lineis, ueſtibus* aliisque neceſſariis in omnibus et per omnia ſicut fratribus conuentualibus ad tempora uite ſue prouidere et miniſtrare absque diminucione et condictione qualibet debeatis, nullam ſibi in hoc difficultatem

tem ingerendo ipſumque benignis ac *caritatiuis affectibus* tanquam alios fratres ueſtros conuentuales pertractetis, pro quo *imperialis* noſtra *maieſtas* in cunctis ueſtris negotiis ſingularibus graciis et fauoribus perſequetur. Datum PRAGE anno LX. die XXIIX. Ianuar.

NVM. XXI.

CAROLVS IV. *infeudat* Vbertum, *marchionem de* PALAVICINIS, *cum marchionatu* de Palauicinis, *caſtro & uilla* Rauerani, *domo* Saluaticorum & *aliis terris atque praediis in* Italia, *anno 1360.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis feliciter amen. KAROLVS *quartus* diuina fauente clemencia *Romanorum imperator ſemper Auguſtus & Bohemie rex.* Ad perpetuam rei memoriam imperatorie maieſtatis generoſa ſublimitas licet cunctorum generaliter ſaluti dignetur et tranquillitati proſpicere, eo quod ſolii imperialis decorem equitas cuſtodita magnificat et uirtutem extollunt opera in ſubiectis, illorum tamen uotis digne et libenter annuere ſolet uberius, quod in ſacri imperii *fide* pariter et *deuotione* iugiter perſiſtentes propenſioribus uirtutum ſtudiis ac indefeſſis laboribus in eius obſequiis pre ceteris deſudarunt. Porrecta ſiquidem noſtro culmini pro parte nobilis *Vberti marchionis* PALAVICINI fidelis noſtri dilecti ſupplex petitio continebat ut, cum progenitores

nitores & predeceſſores ſui quondam *marchiones* BALLAVICINI ſuis temporibus ac ipſe poſt illos propter parcium illarum gwerras & mutationes aſſiduas nonnulla priuilegia, que a diuis noſtris predeceſſoribus regibus & imperatoribus Romanis ſuper infra ſcriptis *marchionatu* bonis & poſſeſſionibus habuerunt, imo plura & multa de bonis ipſis ſucceſſiue *per aduerſos ſucceſſus amiſerint*, ſaltem illa, que ipſe adhuc rite & ſine iniuria ſeu condictione cuiuſcunque poſſidet, ſibi & ſuis heredibus confirmare, cum eorum iuribus honoribus honorantiis utilitatibus & iuriſdictionibus autoritate ceſarea dignaremur, nos igitur predicti VBERTI *precibus* utpote iuſtis & racionabilibus fauorabiliter inclinati prefatum *marchionatum* de PALAVICINIS cum caſtro *Rauerani* & eius *curia* ac *domo* cum *hominibus* ibidem habitantibus, uillam de *Rauerano* & *territorium* dicte uille cum hominibus habitantibus in eadem, domum SALVATICORVM & eius *territorium* cum habitantibus in eodem, *Caxulam* & *territorium Caxule* cum hominibus habitantibus in eadem, caſtrum & territorium *Caſſii* cum hominibus habitantibus in eodem, item caſtrum *Solignam* & pertinentias eius, terram & territorium de *Soligniaco* cum hominibus habitantibus in eadem, terram de Vgiaticha & terrenum *Vgiatiche* cum homnibus habitantibus in eadem, terram de FOXIO & terrenum de *foxio* cum hominibus habitantibus in eodem. Item caſtrum BOSSETI, & terram & curias ipſius caſtri ac uillas eorum ſubſcriptas uide-

uidelicet terram *Poſſeti* & territorium eiuſdem cum hominibus habitantibus in eadem, terram de ROVCHORIS & territorium eius cum hominibus habitantibus in eadem, terram SOARCIE & territorium eius cum hominibus habitantibus in eadem nec non terram FRASCAROLI & territorium eius cum hominibus habitantibus in eadem cum uniuerſis & ſingulis dictorum *marchionatuum*, *caſtrorum*, *terrarum*, *curiarum*, *domorum*, *uillarum*, *bonorum*, *poſſeſſionum* & *territoriorum* ſiue *terrenorum* iuribus, limitibus, fructibus, utilitatibus, pertinentiis, honoribus, obuentionibus, *honorancijs*, debitis & conſuetis, ac nominatim & expreſſe cum *mero* & *mixto imperio* & *iurisdictione* ac exercitiis eorundem in omnibus antedictis locis, & quolibet eorundem, prout idem VBERTVS ea & eorum quodlibet iuſte *poſſidet*, eidem Vberto & ſuis heredibus per lineam *maſculini ſexus* ab eo legitime deſcendentibus imo ipſum & eoſdem heredes ad eundem *marchionatum* et alia iam expreſſa, ſicut digne poſſumus, *autoritate imperiali* tenore preſentium confirmamus, ipſosque de predictis et eorum quolibet *inueſtimus* de plenitudine imperatorie poteſtatis. Eadem autoritate de certa ſcientia hoc preſenti edicto Ceſareo decernentes, ut memoratus *Vbertus* et eius heredes iam dicti *marchiones Palauicini* eisdem marchionatu caſtris terris curiis domibus uillis bonis poſſeſſionibus territoriis et terrenis, eorumque iuribus iurisdictionibus fructibus utilitatibus pertinentiis, nec non libertatibus

indultis et gratiis uniuerſis, quibus per ſuos progenitores *Palauicinos* hactenus rite et rationabiliter ſunt poſſeſſe ſiue poſſeſſa ac ſicuti in preſenciarum per eundem Vbertum legitime poſſidentem, deinceps poſſideant et eorum poſſeſſione pacifica iugiter gaudeant et fruantur. *Nulli* igitur *hominum liceat* hanc noſtre *maieſtatis paginam* infringere, aut ei auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium facere preſumpſerit, indignationem noſtram et penam *quinquaginta marcarum auri puri* tocies quocies contrafactum fuerit, eo ipſo ſe nouerit irremiſſibiliter incurſurum, quorum medietatem imperialis noſtri Erarii, reliqua uero Leſorum uſibus facimus applicandam. TESTES huius rei ſunt illuſtris Rudolphus dux *Saxonie* ſacri Romani imperii archi-mareſchallus, uenerabilis Iohannes Luchomienſis *ſacre imperialis aule cancellarius*, Theodericus *Mindenſis* et Maurus *Corbanienſis* eccleſiarum epiſcopi, illuſtres Bolko *Swidnicenſis*, Bolko *Opau Lignicenſis* duces, ſpectabiles Burkardus & Iohannes de *Retz* comites, nobiles Leupoldus de *Nortemberg* imperialis *curie Coquine* magiſter, Otto de *Ochſenſtein*, Krafto de *Hohenloch*, Wilhelmus de *Rechperg*, Ieſko de *Wartenberg*, dominus de *Weſſel* purcgrauius *Pragenſis*, Heinricus de *Noua domo*. Swinko de *Haſimburg* et Busko de *Wilhartic*, nec non alii quam plures noſtri et imperii ſacri *principes comites nobiles* et *fideles*. Dat. PRAGE anno LX. indict. XIII. II. non. Iun. Regnorum noſtrorum 14. imperii ſexto.

NVM.

NVM. XXII.

ACTA LEGATIONIS, *quam Wilhelmus dux* Saxoniae *ad* Carolum VII. *regem* Galliae *deputauit anno 1459.*

IN *nomine Domini Amen.* CHRISTIANISSIME *rex* et potentiſſime princeps, poſt ſinceram recommendacionem paratiſſimum animum in ſingulis obſequendi nouiſſime inter alia regie celſitudini ueſtre ſcripſi, quatenus *nunttios* et *oratores meos* ad eandem mittere curarem ſcriptis iſtis ſatisfaciendo, uenerabilem et egregium dominum Petrum KNORREN decretorum doctorem prepoſitum Wetzslarienſem etc. nobilem et ſtrenuum Iohannem SCHENKEN de SVMEN militem capitaneum meum caſtri et diſtrictus Konigſperg et ſpectatum Iohannem SIFRIDI cancellarium conſiliarios et ſecretarios meos cariſſimos preſencium exhibitores - - - regie celſitudini ueſtre ſinceriter ſupplicantes, quatenus illis ipſis et cuilibet eorum in ſolidum in hiis, que ea uice in meis negociis& cauſis referent, aurem CREDITIVAM et in requeſtis, quas mea pro parte offerent, ſe exorabilem prebere dignetur, in quo graciam et beneuolentiam mihi exhibebit ſingularem. altiſſimus celſitudinem ueſtram feliciter et longeue felicem et incolumem conſeruare dignetur mihi in refugium ſingulare, ex caſtro Wymarienſi ſexta menſis Ianuarii anno LIX.

Veſtre celſitudinis totus deditus
Wilhelmus dux Saxonie

Lantgrauius Thuringie
& marchio Mieſſene.

Illuſtriſſimo principi & *excellentiſſimo domino domino* KAROLO Francorum regi *Chriſtianiſſimo*, domino & conſanguineo meo obſeruandiſſimo.

Sequentia coram Chriſtianiſſimo rege Francie per AMBAXIATORES illuſtriſſimi ducis *Wilhelmi* Saxonie &c. perorata ſunt tertia die menſis Marcii anno domini *milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono.*

Poſt planctum *regii obitus* geſta poſt regis obitum cum declaracione iuris ſuccedendi illuſtriſſimi ducis WILHELMI Saxonie & eius sereniſſime CONTHORALIS aperiuntur, conſolatos ſe dicunt per *miſſionem Chriſtianiſſimi regis* ad ſe factam, querulantes de DVCE BVRGVNDIE, quia eos de facto DVCATV LVZEMBVRGENSI & comitatu CHINENSI, quos ipſi & ueri heredes ultra annum pacifice poſſederunt, pro maiori parte deſtituit & reliquum, quod ſupereſt ſibi, ſubiugare contendit, referunt regi gracias pro *beneficiis acceptis* & preſertim quod *uiolenciam ducis* ſupra dicti hucusque per *gwardiam* quam fidelibus LVZENBVRGENSIBVS habet, perrehibuit, ſupplicant ut *gwardiam* continuet, & ſuos conſanguineos in ſuis neceſſitatibus tam contra BOHEMVM, quam contra ducem BVRGVNDIE predictam gwardiam continuando iuuet; reddunt cauſas, proter quas Chriſtianiſſimus rex hoc facere debeat, & quantum hoc Chriſtianiſſime maieſtati ad potenciam ſuam ampliandam conducere poſſit demonſtrant & ſic concludunt.

Poten-

Potentiſſime rex & Chriſtianiſſime princeps, illuſtris dominus noſter dux WILHELMVS SAXONIE DVX landgrauius Thuringie & marchio Miſſene & ſereniſſima domina ANNA *regina* BOHEMIE eius conſors conſanguinei tui, celſitudini tue ſinceriter recommittunt & ſe & ſua offerunt ad tua beneplacita pariter & mandata. dum ampliſſiorem maieſtatem tuam intuear, Chriſtianiſſime rex, intelligo, quia in dicendo te coram breuem me eſſe decret, dum autem in mente reuoluo, de quibus iuxta commiſſa neceſſitatem dicendi habeo, ſatis attonitum me reperio & neſcio, ſi medium reperire poſſim, ut ita me in dicendo comparem, quod tibi faſtidio non ueniam. inter hec mihi fiduciam preſtant, quia humaniſſimus in audiendo ad te uenientes predicaris, & quod illuſtriſſimum dominum meum conſanguineos tuos, quorum ſerui ſumus, diligis, ita, ut ſi eciam res ocioſa & minus neceſſaria, que eas contingeret, coram te diceretur, eam libenter audires, ideo te eciam michi in re ſua admodum neceſſaria, quam tibi aperire habemus, deficere non dubito, ea propter ad eam dicendam ego fiducialiter aggredior, & celſitudini tue inprimis ARTICVLATIM breuiter aperiam, de quibus dicturus ſim, deinceps ea breuius, quo potero, continuabo.

Preterea miſiſti nuper nobilem Theodericum de LENONCOVRT *Baliuum* tuum in *Vitriaco* ad illuſtrem dominum noſtrum conſanguineos tuos & mortem incliti regis LADISLAI coram eis plangere iuſſiſti. miſſi fuimus

 mus

mus ab ipſis ut primo *dolorem*, quem ipſi ex morte predicti regis receperunt & quam ſinceriter tibi compatiantur, tecum conferre.

Secundo, ut ea, que per eos cum aduerſario BOHEMO poſt mortem regis predicti geſta ſunt cum declaracione iuris eorum, quod eis tanquam ueris & proximioribus heredibus ad CORONAM BOHEMIE cum ſuis attinentiis & ad omnes & ſingulos ducatus & principatus per inclitum regem LADISLAVM relictos competit, tibi referre.

Tertio ut cum debita graciarum actione de *ampliſſima gracia*, quam Chriſtianiſſima maieſtas eis hucusque impendit, certas petitiones ſuas tibi offerre debeamus.

Et de PRIMO quia nobilis Baliuus tuus predictus, dum coram predictis tuis conſanguineis eſſet *lacrimoſus, uultus, geſtus triſtes* & uoces luguberrimas, quibus & propter mortem predicti regis & quia tibi compatiebantur, irremediabiliter redundabant, uidit & audiuit, ideo teſtimonium eum de his ueriſſimum potuiſſe dare & dediſſe non dubitamus; & quia quantum ſibi doleant & tibi compatiantur ſeries infra dicendorum in quibusdam locis detegere uidetur, idcirco de primo conclamatum eſſe & ſecundum aggredi uolumus. Sciat igitur regia celſitudo tua, quod poſtquam deflenda mors prefati regis per illuſtrem dominum noſtrum luguberrime deplancta eſt, & Chriſtiano more regales per uniuerſa dominia ſua EXEQVIE SOLEMNITER & deuote ut decuit peracte fuiſſent, transmiſit *illuſtris* dominus noſter ſolemnes

nuncios

nuncios & *oratores* ſuos ad gubernatores & proceres REGNI BOHEMIE eo tempore in urbe PRAGENSI pro diſpoſitione FVTVRI REGIS congregatos, quibus coram poſt regii obitus planctum IVS SVCCESSIONIS SERENISSIME CONSORTIS SVE aperire fecit, quod quidem non ſolum in antiqua laudabili & legitime preſcripta *conſuetudine* a tanto tempore & per tantum *tempus*, cuius *inicium* uel contrarium in hominum memoria non exiſtit, inconcuſſe obſeruata reſidet, uerum etiam in *diuorum ſacri Romani imperii*, cuius REGNVM BOHEMIE INSIGNE MEMBRVM exiſtit, imperatorum *ordinationibus*, *conſtitutionibus*, *declaracionibus* & *confirmationibus* ſolidiſſime fundatum demonſtrauit, prout hoc eciam paulo poſt tue celſitudini aperiemus, quo iure coram eis liquidato fuerunt gubernator & proceres predicti, pro parte illuſtriſſime CONSORTIS SVE tanquam eius legittimum maritum & curatorem ad poſſeſſionem predicti REGNI & attinenciarum, cuius uelud legittimum & indubitatum heredem admittere & ſe ſibi ſubdere dignarentur, quibus intellectis gubernator una cum cetu congregato deliberare ſe uelle ait, & *oratores* ac *nuncios* ad hoſpicia ſua diuerti poſcebat, quorum uoto nuncii annuentes & in hoſpicio gratum reſponſum expectantes, idem *gubernator* eodem die poſt prandium ſua machinatione in regem taliter qualiter ſe eligi practicauit, ELECTIONEM denique ſuam CAMPANIS & TVBIS proclamare & in templum *Roſani magiſtri* ſui ſolemniter introducere procurauit & ſic per

contrarium factum mere de facto ſua callidițate congeſtum oratorum & nunciorum deſiderium oſtendit totaliter refutatum.

Preterea ut regia celſitudo tua clarius intelligere poterit, quam inique quamque iniuſte *contra* illam *iuſticiam* illuſtriſſimi domini noſtri in *electione* predicta attemptatum ſit, et quam ſubdole tua celſitudo ſit deluſa, in eo quod tibi perſuaſum intelleximus, quia ROHEMI *liberam electionem* habeant, libeat parrumper *fundamenta iuris ſuccedendi*, quae illuſtriſſimo domino noſtro duci *Wilhelmo* ex parte sereniſſime *conſortis pie competere* haut dubium eſt, intelligere. Pro cuius ſuccincta introductione ſciat ſereniſſima maieſtas tua ex antiqua laudabili et legitime preſcripta *conſuetudine* a tanto tempore et per tantum tempus, cuius inicium uel contrarium in hominum memoriam non exiſtit, inconcuſſe obſeruatum reperiri, quod *feminea proles* in *regno Bohemie* et eius *attinenciis iure hereditario* ſemper ſucceſſit, prout hoc luce clarius aurialor et hiſtorias primum ducatus dehinc regni Bohemie reuoluenti occurrit, quas propter eorum diſpendium et ne celſitudinem tuam per narrationem eorum, que tibi haut cunctanter notiſſima ſunt, aliquatenus grauare poſſemus ſacius omittere quam explicare decreuimus, et preſertim ex eo quod conſuetudinem huiusmodi diuorum *ſacri Romani imperii imperatorum* ordinaciones & confirmaciones iuuare uidentur, quantum tibi copiam unam glorioſiſſimi KAROLI diui Romanorum imperatoris oſtendere

re poſſumus, que & PHILIPPI Romanorum regis & diui FRIDERICI imperatoris eorundem ordinaciones in ſe continet cuius tenor ſequitur & eſt talis. (*Hic legitur copia*) Ex quibus quidem ordinacionibus conſtitucionibus declaracionibus & confirmacionibus clariſſime conſtat, quod *de regia Bohemorum ſtirpe feminea* prole ſuperſtite *Bohemis* liberam *electionem minime* competere, ſed quod heres ſeu proles huiusmodi tam de *iure* quam de *conſuetudine* in *regno Bohemie* cum ſuis attinentiis ſuccedere debeat. Eſt eciam pre manibus ordinacio ſeu conuencio una facta inter *reges Bohemie* & *duces Auſtriae* de *ſucceſſione* tam *regni* quam *ducatus* predictorum, quam excellentiam tuam etiam pro lucidiori intellectu & firmiori fundamento attendere ſupplicamus, & cum ſeries ipſius ordinationis in noſtro uulgari contexta ſit, & tue celſitudini tedium generare poſſet, ſi iſta legi & poſtea transferri deberet, ideo eius *ſummarium celſitudo tua* ſub breuibus ita habeat: inter dominum KAROLVM Romanorum imperatorem & illuſtriſſimum WENTZELAVM eius filium Bohemie regem ac illuſtriſſimum Iohannem *marchionem Morauie* Karoli fratrem ex una et illuſtres *Rudolffum Albertum Leopoldum duces Auſtrie* ac unam *ſororem ſuam* partibus ex altera, de ſucceſſione *tam regni Bohemie*, quam omnium et ſingulorum *ducatuum* & *principatuum* ipſorum ita pactum et conuentum eſt; quod linea una tam in *maſculina*, quam *feminea* prole dificiente de *alia linea* ſuperſtites huiusmodi deficientium

 tium

tium regnum et ducatus hereditario iure adire deberent, interea autem quo de *vtraque linea* proles ſiue *maſculina* ſiue *feminea* ſupereſſet, hemorum eſt progenita, de quo etiam ſanguine idem dominus rex ex uno latere originem ſumpſit, adeo quod in eisdem ducatu et comitatibus ex caſuali facti accidentia legittime ſuccedere poſſet, attendentes etiam ipſi ambaxiatores et procuratores nominibus predictis antiquiſſimas laudabilesque confederaciones ligas et amicitias per maiores progenitoresque et alios predeceſſores ipſorum domini ducis et domine duciſſe cum eodem domino rege & ſuis predeceſſoribus Francorum regibus contractas & fideliter ab annis quam pluribus nunc usque obſeruatas, ſperantes inſuper iidem dominus dux & domina duciſſa, ut aſſerunt dicti eorum ambaxiatores & procuratores, quod promiſſorum omnium & ſequentium contemplatione idem chriſtianiſſimus rex prefatos dominum ducem & dominam duciſſam ac ſuos impoſterum heredes ſucceſſores beneuolosque & confederatos in eisdem conſeruabit ligis confederationibus & amiciciis & ipſos eorumque dominia atque negotia in maiori recommendatione habebit pariter & amore. Ex hiis igitur cauſis & aliis quam pluribus eosdem dominum ducem & dominam duciſſam ut dicunt & aſſerunt dicti ambaxiatores & procuratores iuſte mouentibus nominibus predictis, illud plus quodcunque ſit aut fuerit in futurum dant donant cedunt & concedunt ipſi domino regi & ſuis predi-

ctis

ctis ſucceſſoribus donacione irreuocabili inter uiuos, ac etiam tanquam inter principes facta perpetuo iure nedum regali ſed etiam imperiali ualitura & nunquam reuocanda quacunque occaſione ſeu cauſa, ac eis modo & forma melioribus quibus poſſunt & debent ad ſanum & bonum intellectum commodumque & utilitatem perpetuam predicti domini regis & ſuorum predictorum, confitentes & recognoſcentes ipſi ambaxiatores & procuratores dictis nominibus, quod prefati dominus Wilhelmus & domina Anna tenent & poſſident tenebuntur & poſſidebunt dictos ducatum & dominatus cum dictis ſuis pertinentiis ut ſupra uenditis uice nomineque precario & ad opus eiusdem domini regis & ſuorum heredum & ſucceſſorum cauſamque ab eodem habentium & habiturorum, donec et quousque prefatus dominus rex aut ſui predicti realem poſſeſſionem & actualem huiusmodi conſecuti fuerint pacificam et quietam, ad quod faciendum dant et concedunt ipſi ambaxiatores et procuratores dictis nominibus eidem domino regi et ſuis predictis ac deputandis ab eodem plenum poſſe mandatumque ſpeciale ſine alio mandato ſuper hoc queſito, & inſuper ipſi ambaxiatores et procuratores eisdem nominibus promiſerunt et promittunt bona fide teneri et euictione ipſi domino regi et ſuis ratione dictorum ducatus et comitatuum modo et forma inferius ſequentibus nec non realem poſſeſſionem uillarum caſtrorum et aliorum dominiorum atque rerum et iurium que habent

habent ipſi dominus Wilhelmus et domina Anna in ſua poteſtate per ſe aut ſuas gentes quascunque tradere et expedire gentibus ad hoc per ipſum dominum regem deputatis uel deputandis quam cito contigerit, eundem dominum regem et ſuos heredes illuc mittere uel deſtinare et etiam procurare et cogere comites barones milites uaſallos nobiles ciues et incolas dictorum ducatus et comitatuum ad preſtandam fidem homagium et ſubiectionem debitam atque obedientiam ipſi domino regi tanquam eorum uero domino iuxta preſentis contractus et aduiſatorum in eo continenciam et tenorem, quibus preſtitis ipſi ambaxiatores et procuratores dictis nominibus ex nunc prout et tunc ex tunc prout ex nunc quittant eosdem comites barones et alios ſupra nominatos de ipſis fide homagio et aliis iuribus ob hoc dictis ducatui et comitatibus debitis ac penitus abſoluuntur, nec non etiam tradere promittunt ipſi ambaxiatores et procuratores dictis nominibus eidem domino regi aut ſuis predictis deputatis uel deputandis dominis literas et inſtrumenta aliaque documenta in eorum poteſtate conſiſtentes et conſiſtentia ad opus et exonerationem dictorum ducatus et comitatuum facientes et facientia, et hoc in fine dicti biennii ſeu quando ipſi recipient ſolutionem dictorum quadraginta milium ſcutorum auri ad ſoluendum de dicto precio reſtantium, prouiſo tamen quod poſt ſolucionem dictorum 10000. ſcutorum auri ipſi domini dux & ducissa tenebuntur

&

&debebunt tradere & edere ipſi domino regi & ſuis heredibus ac eorum gentibus ad hec deputandis tranſſumpta ſeu uidimus autentice facta de eisdem literis inſtrumentis & documentis ac eciam ſi opus eſſet originalia in iudicio uel alibi ubi expediret ad opus eiusdem domini regis & ſuorum heredum oſtendere & accommodare pro defenſione iurium predictorum ducatus & comitatuum ut ſupra uenditorum, caſu uero contingenti, quod aliquis ducatum & comitatus huiusmodi ut ſupra uenditos proprietatis aut donacionis ſeu ſucceſſionis hereditatisue iure aut cauſa pretenderet ſibi pertinere, ad hoc dictum dominum regem uel ſuos uia iuris uel iuſticie coram iudice competenti inquietaret uel euinceret, in quo tamen caſu dominus rex & ſui predicti cum conſilio ducis & duciſſe prefatorum hoc defendere debebunt, quod eciam conſilium ipſi dominus dux & domina duciſſa praeſtare tenebuntur, tunc dicti dominus Wilhelmus & domina Anna tenebuntur reſtituere ipſi domino regi uel ſuis predictis ſummam auri, quam ob hoc receperunt ſine contradictione quacunque & hoc mediante in caſu predicto idem dominus rex & ſui eciam tenebuntur quittare ſupra dictos uaſallos ciues & incolas et alios ſubditos de predictis fide homagio et aliis iuribus ſibi preſtitis ſaluo dicto domino regi et ſuis heredibus iure recuperandi expenſas dampna et intereſſe per ipſum dominum regem et ſuos heredes occaſione huiusmodi ſuſtentatus et ſuſtinendus contra quemcunque

que euincentem et alios quoscunque ius in dictis ducatu & comitatibus pretendentes, exceptis tamen dictis duce et duciſſa, et inſuper dicti ambaxiatores et procuratores nominibus quibus ſupra promittunt ut ſupra, quod dicti dominus Wilhelmus et domina Anna habent et habebunt omnia et ſingula premiſſa et infraſcripta rata grata et firma illaque obſeruabunt perpetuo cum effectu et ulterius quam cicius redierint ad propria, quod facient et procurabunt illa per eosdem dominum Wilhelmum et dominam Annam ſolenniter ratificari et approbari, indeque literas confici autenticas et ad chriſtianiſſimum dominum regem prefatum breuius ut poterunt tradi et remitti diligenter et ſine fraude, nobis publicis notariis infra ſcriptis, propter hoc more publicarum perſonarum ſolenniter ad opus dictarum parcium et cuiuslibet ipſarum omniumque aliorum et ſingulorum quorum intereſt uel intereſſe poterit in futurum ſtipulantibus fide eciam ſuper hoc preſtita corporali ab eisdem pro his aut omnibus et ſingulis tenendis et inuiolabiliter obſeruandis de punctis ad punctum, absque in contrarium ueniendo quouis modo, ſupra dicte partes dictis nominibus hinc inde et quelibet ipſarum prout eam concernit ſecundum predicta obligarunt et obligant dictos eorum dominos et patronos ipſorum heredes cauſamue habentes et habituros ab eisdem hypothecarunt et hypothecant bona eorum mobilia et iura ubique ſituata reſpectiue renunciarunt quoad hec exceptioni doli

doli mali fraudis leſionis circumuentionis et deceptionis cuiuscunque iuridicenti, quod contractus uendicionis eſt reſcindendus pretextu minus iuſti dimidii precii ac iuridicenti, quod donacio ob merita pretenſa facta non ualet niſi de meritis doceatur, et eciam quod ceſſio facta in potentiorem non ualet, legi Iulie de fundo dotali de non alienando omnique alii iuri ſcripto & non ſcripto conſuetudinarioque et ſtilo patrie ſuper hoc ad ueniendum contra premiſſa introductis uel introducendis, omnibus diſpenſacionibus et graciis impetratis uel impetrandis obtentis uel obtinendis et generaliter omnibus & ſingulis que contra premiſſa aut aliqua eorundem fieri poſſent dici uel obiici in totum ſeu partem, & preſertim iuri dicenti generalem renunciacionem non ualere niſi preceſſerit ſpecialis, de & ſuper quibus premiſſis omnibus & ſingulis predicti conſiliarii chriſtianiſſimi domini regis & eciam dicti ambaxiatores & procuratores ſupra dictorum domini ducis & domine duciſſe eisdem nominibus pecierunt & requiſierunt a nobis notariis publicis infra nominatis ſibi fieri inſtrumentum publicum unum uel plura, acta fuerunt hec in clauſtro magno ſancti Martini Turonenſis uidelicet in domo reſidente reuerendiſſimi domini cardinalis ſub anno die menſe indictione & pontificatu quibus ſupra preſentibus nobilibus egregiiſque uiris dominis Iohanne Leborſier, domino de Sternay generali francie, Guillerino Conſmoti Bailliuo Rothomagenſi

ſi militibus, & magiſtro Petro Balorini legum doctore, conſiliariis regiis teſtibus ad hec aſtantibus uocatisque & rogatis

NVM. XXIII.

Inſtrumentum publicum confectum ſuper contractu emtionis uenditionis, inter CAROLI VII. *regis Galliar. legatos ab una, & Wilhelmi ducis Saxon. eiusque coniugis* ANNAE *legatos ab altera parte in clauſtro Magno S. Martini Turonenſis de ducatu Lucelburgenſi & comitatibus Chinenſi & de Rupe celebrato, quae omnia Wilhelmus & Anna, duces Sax. laudato Carolo, regi, pro ſumma 50000. ſcutorum auri tradiderunt.*

anno 1458.

IN *nomine Domini Amen.* Nouerint uniuerſi preſens inſtrumentum publicum inſpecturi, quod anno eiusdem Domini *milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo* more GALLICIO indictione ſeptima die uero uiceſima menſis *Marcii* ante Paſcha, *pontificatus* ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini PII diuina prouidentia pape *ſecundi* anno primo reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus dominus RICHARDVS miſeracione diuina tituli ſancti Euſebii presby-

presbyter CARDINALIS Conſtantin. uulgariter nuncupatus nobilis & potens uir dominus Iohannes de *Eſtonteuille* dominus de *Thoren* & de *Blainuille*, & uir egregius magiſter Petrus *Doriole* GENERALIS FRANCIE, conſiliarii *ſereniſſimi illuſtriſque* ac *chriſtianiſſimi* domini KAROLI Dei gracia *Francorum regis* ad infra ſcripta ſpecialiter ab eodem domino rege *deputati* ex una, prout conſtat tenore *literarum* eiusdem *domini regis* ſuper hoc confectarum inferius inſertarum, & egregius decretorum doctor dominus Petrus KNORRE prepoſitus *Wetzlarienſis* dyoceſis, nobilis ac ſtrenuus Iohannes SCHENCK de SVMEN miles capitaneus caſtri & diſtrictus Konigsberg ac ſpectatus uir Iohannes SYFRIDI cancellarius Layci Herbipolenſis & Moguntinae dyoceſium, AMBAXIATORES illuſtriſſimi domini domini WILHELMI ducis SAXONIE Langrauii Thuringie marchionis Miſnie ducis *Lucelburgenſis* & comitis *Chimenſis* & de *Rupe* in *Ardana*, nec non ſereniſſime domine ANNE diui *Alberti Romanorum Hungarie* & *Bohemie regis*, ac etiam domine ELIZABETH filie glorioſiſſimi SIGISMVNDI imperatoris *Romanorum* nec non *Hungarie* & *Bohemie* regis ducis *Lucelburgenſis* & comitis *Chymenſis* & de *Rupe* in *Ardana* ac ipſius domini ALBERTI regis legitime *Contboralis* primogenite & antefati domini ducis WILHELMI conſortis legitime ipſorumque domini & domine conſortum coniugum *procuratores generales* & nuncii ſpeciales ad omnia infra ſcripta ſpecialiter & cum poteſtate ſufficienti deſtinati & deputati, una cum literis eorundem *domini* & *domine coniugum*, quarum tenor etiam inferius eſt ſcriptus & inſertus preſentibus ex alia perſonaliter conſtituti, in preſencia noſtrorum publicorum *notariorum* & *teſtium* infra ſcriptorum ſcienter & prudenter dixerunt & ueraciter aſſeruerunt dicuntque & aſſerunt *pacta, conuentiones, uendiciones* & *donaciones* ſe

dictis nominibus feciſſe & facere infra deſignatur uidelicet ſupra dictorum *chriſtianiſſimi* REGIS *ac illuſtriſſimi domini* WILHELMI ducis & comitis & domine ANNE eius conſortis nominibus reſpectiue *ſubmittentes* ſe ac omnes ſuos heredes atque *bona* ipſorum mobilia immobilia iura preſentia & futura ubicunque exiſtentia *iuriſdictioni* & *cohercicioni* ac *compulſioni* quarumcunque curiarum eccleſiaſticarum & ſecularium ubicunque conſtitutarum quoad omnia & ſingula que infra ſequuntur, modo & forma inferius contentis. Quod quidem domini AMBAXIATORES & PROCVRATORES dictorum dominorum *ducis* & *duciſſe* uigore poteſtatis & facultatis ab ipſis dominis duce & duciſſa eis conceſſarum in hac parte & nominibus eorundem predicta tamen domina ANNA *duciſſa* ad hec ex parte dicti domini Wilhelmi eius uiri piiſſimi debite quatenus eſt neceſſe auctoriſata ac melioribus modo uia iure & forma quibus potuerunt & poſſunt ex propoſito deliberato & certa ſciencia conſiderantes utilitatem maximam ut dicunt pariter euidentiſſimum commodum eorundem domini *ducis* & domine *duciſſe* reſpectu dictorum DVCATVS LVCELBVRGENSIS & COMITATVVM CHINIENSIS & de RVPE quod attentis *diſtancia locorum oneribusque & chargiis ſuper ipſis* DVCATV *&* COMITATIBVS *extantibus & pretenſis modicam eiſdem domino duci & domine duciſſe pro nunc afferunt utilitatem ac etiam conſanguinitatem proximitatemque gradus generis & affinitatem quibus attingunt prefato domino* CHRISTIANISSIMO REGI *& domino* FRANCIE, ex pluribusque aliis iuſtis cauſis & preſertim infra deſcriptis, ipſos dominum ducem & dominam duciſſam ut dicunt predicti eorum *ambaxiatores* & *procuratores* recte monentibus, VENDVNT CEDVNT ET PER PRESENTES TRANSPORTANT PREFATO CHRISTIANISSIMO DOMINO REGI PRO SE ET SVIS HEREDIBVS AC SVCCESSORIBVS

CAVS-

CAVSSAMQVE AB EO IN FVTVRVM HABENTIBVS & habituris, & hoc in *perſonas* dictorum reuerendiſſimi nobiliſque potentis & egregii *conſiliariorum* eiuſdem chriſtianiſſimi regis ſupra nominatorum nomine eiuſdem abſentis *emencium acceptantium* & *ſtipulantium* pro eodem uidelicet DOMINIVM PRINCIPATVM & DVCATVM LVCELBVRGENSEM & comitatus CHINIENSEM & de RVPE predictos cum eorum & cuiuslibet ipſorum iuribus actionibus exceptionibus realibus & perſonalibus pertinenciis dependenciis appendiciis annexis & connexis uniuerſis, in quibus & qualitercunque conſiſtunt rebus & nominibus quibuſcunque nuncupentur utpote comitibus baronibus nobilibus ciuibus incolis uaſallis ſubditis homagiis & uillis caſtris opidis fortalitiis domibus campeſtribus ſiluis nemoribus terris pratis paſcuis aquis aquarum decurſibus uineis iuſticiis feodis retrofeodis cenſibus iuriſdictionibus redditibus conſuetudinibus pedagiis guidagiis uectigalibus priuilegiis libertatibus emunitatibus honoribus dignitatibus officialibus officiis prepoſituris aduocatiis gubernationibus & aliis prouentibus emolimentis & obuentionibus ſpectant: in illis & que exinde prouenire poterunt futuris temporibus quibuſcunque ac omnia alia iura, que eiſdem domino Wilhelmo & domine Anne predictis ſuis patronis & dominis coniunctim uel diuiſim tam ex donatione dotiſque cauſa quam ex iure hereditario aut ſucceſſione & alias quouis modo pertinent ac pertinere competereque poſſunt quacunque ratione ſeu cauſa in ducatu & comitatibus predictis ac dependentiis ex iiſdem una tamen cum eorum oneribus ad cauſam ipſorum ducatus ac comitatuum legitime debitis & exiſtentibus, cedunt inquam ut ſupra transferunt tradunt & concedunt ad habendum tenendum predictum chriſtianiſſimum regem Francorum heredeſque

ſuc-

ſucceſſores ſuos & cauſam habentes & habituros ab eodem ducatum Lucelburgenſem & comitatus Chinienſem et de Rupe predictos cum omnibus rebus iuribus actionibus exceptionibus realibus et perſonalibus dependenciis eorum uniuerſis perpetuis temporibus et ad inde faciendam omnimodam ſuam uoluntatem, titulo et nomine uendicionis ceſſionis et tranſportus huiusmodi et ab hoc ipſi ambaxiatores et procuratores nominibus quibus ſupra dictos dominum ducem et dominam ducisſam de eisdem ducatu et comitatibus et ſuis pertinentiis deueſtiunt ac predictum chriſtianiſſimum dominum regem ſuosque heredes et ſucceſſores predictos inueſtiunt inueſtireque et in corporalem poſſeſſionem ſeu quaſi inducere tenore preſentis inſtrumenti aſſerunt cum omni iure posſidendi uel quaſi poſſidendi proprietatis ac dominii & poſſeſſionis eorundem, omnibusque aliis modo & forma melioribus quibus fieri poteſt, ad utilitatem dicti domini regis & ſuorum heredum atque ſucceſſorum et hoc pro ſumma loco precii concordata, et ut infra conuenta ſcilicet 50000. ſcutorum auri legalium nunc in hoc Francie regno curſum habentium, quam ſumam predicti domini conſiliarii regis nomine eiusdem ſoluere et aſſignare dictis ambaxiatoribus et procuratoribus nominibus dictorum domini Wilhelmi & domine Anne bona fide promiſerunt modo & forma ſequentibus uidelicet 10000. ſcutorum auri predictorum quando memorati ambaxiatores & procuratores dictis nominibus realem corporalemque poſſeſſionem inueſtituram & inductionem predictas quietas & pacificas caſtrorum uillarum et eorum omnium ducatus & comitatuum predictorum quae de preſenti hiidem dominus Wilhelmus & domina Anna eius conſors poſſident realiter & cum effectu ipſi domino regi aut ſuis deputatis uel deputandis tradiderunt ac pro-

propter hoc immiſerunt homines ſeu gentes ad hoc per eundem dominum regem deputatos uel deputandos, reſiduum autem dicte ſumme aſcendens ſummam quadraginta millia ſcutorum predictorum auri aſſignare & ſoluere tenebitur ipſe dominus rex chriſtianiſſimus & ſui heredes tenebuntur eisdem domino Wilhelmo & domine Anne & eorum heredibus dictis aut aliis procuratoribus ad hoc poteſtatem habentibus ſpecialem infra duos annos a prima die proximi futuri menſis may inchoandos in opido Confluencie Treuirenſis dyoceſis & ſi ducatus & comitatus predicti cum dictis ſuis iuribus & pertinentiis ut ſupra uenditis plus forte ualent de preſenti aut ualere poſſent in futurum quam ſumma conuenta predicta quinquaginta milium auri ſcutorum, prefati ambaxiatores & procuratores dictis nominibus & poteſtatem ſpecialem mandatumque expreſſum in hac parte ut dicunt ab eisdem domino Wilhelmo & domina Anna habentes, conſiderantes maxime ut ſupra conſanguinitatem proximitatemque generis gradus & affinitatem quibus ipſi dominus Wilhelmus & domina Anna eidem domino regi chriſtianiſſimo attingunt preſertim ad cauſam dicti Bohemie regni, & quod domina Anna duciſſa predicta, de ſanguine regis Boemiae, hereditas *regni* & *ducatuum* ad aliam deuolui non deberet. Et is eſt effectus totius ordinacionis que eſt SIGILLIS *principum* in ea nominatorum munita, & de dato anno Domini *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto*. Ponamus igitur ad *practicam* ſi proles utriusque ſexus in linea *ſereniſſime domine noſtre Anne*, de cuius *ſucceſſione agimus*, defecerit & incipiamus a capite, & preſertim illo, qui ordinacionem ſeu conſtitucionem iſtam *intitulauit* & reperiemus KAROLVM *imperatorem* qui genuit SIGISMVNDVM imperatorem & regem Bohemie, Sigismundus impe-

 rator

rator genuit dominam ELIZABETH reginam Romanorum & Bohemie, domina Elizabeth peperit dominum LADISLAVM regem Bohemie & dominas ANNAM *primogenitam* duciſſam *Saxonie* & dominam *Margaretham* reginam *Polonie* ſecundo genitam, & ſic reperiemus quod de ſemine *Karoli* qui fuit Romanorum imperator & rex Bohemie *Sigiſmundus* de Sigiſmundo domina Elizabeth de domina *Elizabeth* domina ANNA *primogenita* & rex LADISLAVS & domina *Margaritha* ſecundo genita deſcenderunt. Si autem calculum a patre ſereniſſimi domini LADISLAI ducere uolumus, tunc diuus ALBERTVS Romanorum & Bohemie rex genuit dominas ANNAM *primogenitam* & dominum *Ladiſlaum* regem Bohemie eius fratrem et dominam *Margaretham* eius ſororem ſecundogenitam. Nunc uidemus quod ſi uel a latere nobiliori *materno* ſeu a latere *paterno* computauerimus ſemper ſupereſt inclita domina noſtra ANNA conſors illuſtris domini noſtri Wilhelmi *ducis* parentum ſuorum *primogenita* regni Bohemie & eius attinentiarum & ſingulorum ducatuum & principatuum per regem LADISLAVM eius fratrem relictarum uera indubitata & legitima heres. Quod eſt ultra dubitationes reſtare poterit quin uere uerius certo cercius & claro clarius ſit, quod prole *feminea ſuperſtite electionem Bohemie* etiamſi legitime celebrata eſſet locum habere non poſſe nec debere & quod *primogenita* noſtra ad *regnum Bohemie* cum ſuis attinentiis & ad reliquos ducatus & principatus per *regem Ladiſlaum* fratrem eius relictos indubitata ſit heres.

Reuolue igitur optime rex & chriſtianiſſime princeps in ſereniſſima mente tua quanta iniuria illuſtriſſimo domino noſtro duci WILHELMO & eius ſereniſſime CONSORTI per huiuſmodi temerariam iniuſtam iniquam ymmo nullam & mere facto *preſumptam electionem* irrogata ſit & continue irroge-

tur

tur, quamque fallaciter tua celſitudo in eo ſit deluſa quod *Bohemi liberam electionem* habeant, recogita etiam quomodo ille ſubditus qui regale ſolium occupat ſe nullo modo regnare poſſe LADISLAO domino ſuo uiuente cogitauit, quidne in hac re fecerit & ſubordinauerit, at opus eſſe non cenſeo limpidius de hac re aliquid dieendum, cum coram eo loquor qui ex paucis multa colligere & de exiguis conſueuit eximia cogitare. O regum inclite quis homo tam fortis reperiri poſſet qui in tanto malorum cumulo non turbaretur ubi adeo palam & *manifeſte iuſticie* prefertur *iniquitas*, innocentia perimitur & falſitas ueritati dominatur. Et licet illuſtriſſimus *dominus* noſter & eius ſereniſſima *conſors* in tanta aduerſitatum congerie pene defecerint, nec conſolabantur, reſpirabant tum non mediocriter, poſtquam literas nobilis & ſtrenui Theoderici de LENONCOVRT Baliui tui receperunt in effectu continentes, qualiter *celſitudo tua* illi imperaſſet quod ab urbe *Pragenſi* ad eos diuerteret, & quamuis prefatus Baliuus eo tempore poſt exactam diligentiam quam de inquirenda ueritate *electionis Bohemorum* fecit propter occurentia impedimenta ipſos non acceſſerit, ſpes tamen pulchra illos fouit quia ſciebant ſe in memoria tue *celſitudinis* eſſe cum ſummo deſiderio conſolationem tuam impectans, & ſicut litere predicti Baliui inter alia continebant, qualiter idem ſe uellet remeari *Confluencie*, illic dominus noſter ſuos mittere & ea que in mandatis habebat intelligere poſſet fuiſſet dominus noſter gratiſſimus ſuos omni mora ſemota illic deſtinare, ſed quia littere predicte eum extra dominia in metis HASSIE reperiebant, ideo paucis diebus intercurſis ſuos nuncios ad Confluenciam deſtinauit, quibus illic uenientibus reperierunt reuerendum patrem & dominum *Philippum* de SIEREK dignum prepoſitum

Treuirenſem qui ex commiſſione Baliui predicti eis conſolationes *celſitudinis tue* cumulatiſſime referebat, quibus intellectis illuſtriſſimus dominus noſter etiam ſuos ad celſitudinem tuam nuncios deſtinare ſtatuit, que miſſio propter cauſas quas tua ſerenitas *audiet, in* hunc diem delata eſt, interim uenit idem *Baliuus* tuus, qui ſumma cum gratitudine & alacri animo ab *illuſtriſſimo domino* receptus fuit, cuius eciam ornatiſſima relacio contrarios pene effectus apud eum & eius ſereniſſimam conſortem cauſabat, inprimis eciam uulnus ex obitu *ſereniſſimi regis* LADISLAI acceptum nondum plene ſanatum recrudeſcebat ob ſinceram compaſſionem quam tecum agebant, poſtquam obitum predicti regis eis coram plangere iuſſiſti, & ideo ſummo merore cruciabantur, conſolabantur tum demum & gaudebant, quia *tibi* unico *refugio ſuo* in tanto merore conſtituti caro & ſanguis *conſanguineos* tuos reuelaſſet, cum quibus dolorem tuum plangendum communicare uoluiſti, augebat eciam non parum conſolationem ſuam quia idem referens eis nunciabat qualiter fideles LVTZEMBVRGENSES qui ſe usque huc apud naturales & ueros heredes predicti ducatus obſeruaſſent in tua gubernatione & *gwardia retinere uelles*, quousque *illuſtriſſimum dominum* noſtrum iterum deſuper *auiſares*, ſupra eciam quam dici poteſt conſolabantur in eo, quod in tua nobiliſſima mente a tuis negociis tam arduis tantum otii accepiſti, ut etiam de ipſorum ſalute propenſius cogitares, exiſtimaſſe te autumant eos cum *aduerſario forti* qui ſe in REGALE SOLIVM cuius ipſi heredes ſunt locari machinatur & eis coram eſt ſatis agere habere et quod tui intereſſet ea que penes te ſunt conſeruare, ne aduerſarius qui hic obſiſtit illud ſubripere poſſet, exiſtimaſti eque nec tui ſimilis eſt qui aduerſis et proſperis ſingula profutura adeo ſagaciter

ter circumſpectet, & idcirco ut ſacra maieſtas tua dignoſcere poſſit quam iuſte & racionabiliter in ea re egeris quod fideles LVTZEMBVRGENSES hucusque conſeruaſti, ſciat ipſa quod etſi illuſtriſſimo domino noſtro & sereniſſime conſorti ſue tanquam primogenite ad regnum BOHEMIE nec non & alios principatus per dominum *Ladislaum* fratrem ſuum relictos ius hereditarium competat. Specialius tamen ius hereditarium ſibi ad illum inſignem ducatum LVTZENBVRGENSEM & comitatum CHYMENSEM competere haud dubium eſt, quod & celſitudini tue illuſtris dominus noſter aperire mandauit, ideo, pro eius clara deductione, tibi inprimis offerimus literas sereniſſime domine ELIZABETH *Romanorum* & *Bohemorum* REGINE matris predicte domine Anne filie ſue primogenite & illuſtriſſimo domino noſtro eius marito inſignem ducatum LVTZEMBVRGENSEM & comitatum CHYMENSEM perfecta DONATIONE INTER VIVOS hereditario iure donauit, nihil illic excipiendo niſi quo prolem *maſculam* relinqueret quod idem predictum ducatum hereditare & pro ea ſumma quam domina *Anna* impendiſſet predictorum ducatus & comitatus poſſeſſionem acquirenda ab ipſa uel heredibus ſuis redimere poſſet & deberet, ſi autem idem filius ſine liberis decederet quod ducatus predictus deinceps aput dominium noſtrum & heredes ſuos ſine omni contradictione perpetuo remaneret.

Item offerimus tibi *literas* prefate *Regine* in quibus prelatis *comitibus baronibus nobilibus ciuibus* & *incolis predictorum ducatus* & *comitatus mandat*, ut dominam Annam & loco ipſius illuſtriſſimum dominum noſtrum tanquam uerum & naturalem heredem & dominum recipiant ſibique obedientiam faciant etiam *homagium* preſtent, quo facto eos a *iuramentis* ſibi preſtitis abſoluit.

Eidem offerimus literas confirmatorias illuſtriſſimi

ſimi domini noſtri imperatoris Romanorum FRIDERICI MODERNI quas eo tempore ut Romanorum *rex* & regis *Ladiſlai* tutor ſuper donatione huiusmodi conceſsit, item literas eiusdem *imperatoris* ad *prelatos comites barones nobiles ciues* & incolas ducatus & comitatus prediſtorum ut dominam Annam & eius uice dominum noſtrum in eorum dominium recipiant ſibi pareant obedientiam faciant & homagium preſtent. item omnes *literas* predictas nobilis *Baliuus* tuus uidit ſanas & integras illeſas & omni prorſus uicio & ſuſpicione carentes quarum etiam tranſſumpta que hic exhibemus propria manu ſubſcripſit. Ex quibus quidem munimentis celſitudinem tuam clare informatam eſſe uolumus de preclara iuſticia quam *illuſtrisſimus dominus* noſter ex parte *ſereniſſime conſortis* ſiue *ſolus* & in *ſolidum* ad predictum *ducatum* habet.

Audiuiſti nunc inclite rex quam doloroſo animo illuſtrisſimus dominus & eiusdem ſerenisſima conſors intempeſtiuam precipitem & *innocentiſſimum mortem* predicti regis ferunt. Illa etiam iniqua *emulatione* antequam ordiretur ſucciſus eſt quam tibi non ut *generum* ſed & *filium* preſcripſiſti, in cuius morte uno eodemque momento ſingula interierunt que tu in predictis connubiis non regno tuo non conſanguineis tuis ſolum, uerum eriam *toti orbi Chriſtiano* & fidei *orthodoxe* noſtre pro futuro alto conſilio preuidiſti.

Quod ipſis ſummo ſolatio fuit in quo cciam non parua pars ſalutis & fortunarum ſuarum dependebat ipſe extinctus eſt & ille uiuit, qui ex morte ſua celſitudinis huius faſtigio impar perperam & inique diuitias & gloriam potitus eſt, quod ſibi ſeruiuit & modo in *aliena hereditate* principatur nec hiis contentus illis ipſis conſanguineis tuis quibus hereditas ipſa debetur cottidie inſidias parat & ſe animat ut noceat.

Iam enim ille idem *Georius de* KVNSTAD quondam felicisſimi LADISLAI ſeruus eius *regale ſolium* occupat non ſolum diſtrictum Bohemie uerum etiam totam MORAVIAM ſibi ſubiugauit & *Sleſiam* que ambitu & potentia *Bohemie exequari* poteſt ſubiugare contendit & niſi SLEZIE ipſi ſpem in dominum noſtrum hucusque poſuiſſent dudum colla GEORIO ſubmiſiſſent.

Sed illuſtrisſimus dominus noſter ſolicitus a principio caſus *Ladiſlai* ſolemnem ambaxiatam ad eos miſit ſpem manutenente eis dedit in qua in hodiernum diem usque reſiderunt uno ore Georio contradicentes & iam propria in perſona eos acceſsit ſub ſpe obtinendi quatenus ipſum nomine conſortis ſue ut uerum regem Bohemie heredem recipiant.

Hec iam illuſtrisſimus dominus noſter agit, *amicos* inuocat *gentes* congregat *auxilia* parat in ordine mittit in ſe aduer-

ſario,

ſario ſuo obiiciat necem innocentem tuam, ſuam denique iniuriam uindicet & recuperet tot amicis tantis copiis tali potencia tantaque corporis & animi uirium amplitudine fultus, que Deo auſpice ſufficient, pro hiis que apud aduerſarium illum ad eum humiliandum ſubiugandumque & hereditatem acquirendam neceſſaria erunt. Nec tamen omnia illuſtriſſimo domino noſtro non ſufficient interea quo illuſtrisſimus BVRGVNDORVM *dux* eam inſignem ducatum LVTZEMBVRGENSEM & comitatum CHIMENSEM qui ſibi & eius conſorti hereditario iure haut cunctanter debetur prout paulo ante clarius deductum audiuiſti, quem etiam & idem dominus noſter ultra annum in pacifica poſſesſione habuit ſine omni iudiciali cognitione preuia pro maiori parte ſuo facto deſtituit occupat & occupatum tenet nec uiolentia iſta contentus illos ipſos fideles qui ſe usque huc ſub obedientia ſua & uerum heredem obſeruauerunt ſibi ſubiugare contendit, quod & dudum feciſſet niſi tua potenti manu ſibi obicem poſuiſſes.

Verum chriſtianisſime rex miſiſti altera uice nobilem Baliuum tuum prenominatum ad illuſtrisſimum dominum noſtrum ut ſibi aperiret reſponſionem quam celſitudo tua *illuſtriſſimo duci* BVRGVNDIE dedit dum apud eandem inſtanciam faceret, quatenus *gwardiam* dimitteres quam huc usque fidelibus LVTZEMBVRGENSIBVS ſtrenuo cum non paruo ſumtu habuiſti in effectu concludente qualiter *gwardiam* & *cuſtodiam* predictam usque ad feſtum *ſancti Paſche* primum retinere cogitares, cum modo & forma reſponſioni predicte annexis, cuius copia preſens eſt, & quia dubitaſti ne aduentus *ambaxiatorum illuſtriſſimi domini noſtri* nimium prolongaretur miſiſti *Baliuum* predictum ut domino noſtro illud intimaret, quatenus infra predictum terminum ſuper premisſis prouidere posſet, prout ſibi ad honorem & ſubditorum utilitatem uideretur ſalubrius expedire, clementisſime rex multe ſunt cauſe que misſionem nunciorum illuſtrisſimi *domini* noſtri ad *tuam celſitudinem* usque huc remorate ſunt, quas enarrare magis diſpendium quam utilitatem generaret, ſed una eſt inter ceteras quam tibi aperiemus ut ſatis intelligere poſſes quod dilacio huiusmodi ab re facta non eſt, *octo* fere *menſes* effluxerunt quod GEORIVS de CONSTAT quibusdam bonis fautoribus domini noſtri intelligere dedit gratum ſe accipere uelle ſi *illuſtriſſimus dominus marchio* ALBERTVS BRANDENBVRGENSIS partes ſuas inter dominum noſtrum *ducem* & *ipſum* AMICABILITER TRACTANDO interponeret, quo comperto idem MARCHIO experiri fecit, an hoc de mente GEORII processiſſet & poſtquam intellexit hoc illud de mente ipſius proceſſiſſe dietam AMICABILIS

TRACTVS

TRACTVS ad quam quelibet partium certos ſuos conſiliarios mittere deberet, ſtatuit in diem 18. menſis *Ianuarii* proxime *elapſi* quia citius terminum illum ſtatuere cauſe qualitas non patiebatur, & quamuis illuſtrisſimus *dominus* noſter nunquam cogitauit AMICABILEM CONCORDIAM inter eos reperiri poſſe tamen misſionem ſuam retardauit in finem ut lapſo termino predicto *celſitudinem* tuam de negocio ipſo redderet certiorem. Preterea termino predicto appropinquante GEORIVS de CONSTAT domino MARCHIONE ſupplicauit, quatenus dictam illam ad menſem *Februarii* usque prorogaret, quo intellecto *dominus noſter* prout de concordia minime cogitauit misſionem noſtram & preſertim propter AMBAXIATAM quam ſibi *Baliuus* tuus nouisſime dixit amplius retardare noluit & nos ſeruos tuos ad tuam *celſitudinem* miſit ut tibi premiſſa diceremus humiles eciam & ingentes *gratiarum* actiones redderemus propter amplisſimam *graciam* officia & beneficia que circa eum & eius CONTHORALEM CONSANGVINEOS tuos preter merita ſua ex innata tibi benignitate largiflue oſtendiſti. Inprimis quia ADVERSARIVM ſuum BOHEMVM dum aput te inſtaret ut confederationem ſeu intelligentiam ſecum faceres, quam incliti *progenitores* tum cum *regibus Bohemie* habere conſueuerunt flocci pendiſti. Secundo quod illos ipſos fideles LVTZEMBVRGENSES qui fidem ueris heredibus hucusque ſeruauerunt gratioſe & clementer gubernaſti & cuſtodiſti adeo fortiter & ſtrenue, nec eciam aduerſarius domini noſtri contra eos manum leuare non auderet. TERTIO quia in tam amplisſima & pene inexplicabili tuorum negociorum copia & ingentibus curis tuis quas pro felici regimine tuorum cottidie geris illorum memor fuiſti & *Baliuum* tuum tot uicibus ad eos deſtinares eosque officioſisſime conſolatus, & de ſalute ſua & ſuorum auiſari feciſti. QVARTO quod predictus Baliuus tuus ſicuti eſt homo nobilis & humanisſimus ad omnem uoluntatem ipſorum penes eos in *edibus ſuis* demanſit ſe eis beneuole comparauit demum nos ſeruos tuos nuntios eorum amicisſime aſſociauit & non ſolum in *limitibus tuis*, ſed eciam *extra* dominia tua cum *ſaluis conductibus* & *ſecuritatibus ſollicite* prouidit ad caſtrum tuum VITRIACI quod idem ex tua conceſſione obtinet introducit, illic nos quieſcere iusſit, & habunde ſplendido, ac carnis priuialiter refecit, nec illic ſolum ſed & in omni loco quem attigit pes noſter in regno tuo *honoratos* abire fecit, & demum ante conſpectum REGIE MAIESTATIS tue ſaluos usque perduxit, quod & tuo iuſſu & imperio factum minime dubitamus.

Poſtremo ut CELSITVDINI TVE ſupplicaremus humillima mente, quatenus cauſam SVCCESSIONI SVE quam in preſentiarum

rum

rum cum aduerſariis ſuis agere habent, menti caperes & ſicut dominus & pater conſilium & auxilium eius clementisſime impertire dignareris, quia *ſummum* ſuum refugium in te ſtatuerunt, & ad quem alium refugere debeant non inueniunt, ſereniſſimus enim ROMANORVM IMPERATOR & illuſtrisſimus FRATER eius conſanguinei illuſtrisſime domine noſtre ex latere paterno GEORIVM non moleſtabunt propter cauſas que inter eosdem interceſſerunt & ſic a *latere paterno* illuſtrisſima domina noſtra in hoc caſu neminem habet quem querat amicum.

A *latere* autem nobiliori *materno* nemo de ſanguine parentum ſuorum ſupereſt niſi TV SOLVS nec gutta illius nobilisſimi ſanguinis huius preter *ſororem ſuam* in uniuerſo orbe amplius reperire poteſt niſi eam que a tuis inclitisſimis parentibus in te deriuata eſt, & tu cum *chriſtianiſſimus rex* nominaris & ſis, & tam tuorum quam extraneorum iniuriam ſuſtinere non uales, quia *iuſticiam* diligis prout hoc pre te preclara fama ſuper latisſimo orbe undique proclamat, quare illi ipſi conſanguinei tui, qui poſt DEVM, neminem tam carum tam intimum tamque amicisſimum ſicut *te* habent ad te non recurrerent, in te merito uices rependere tenerimus cum regalis clemencie proprium ſit eciam inimicis liberalem eſſe, cur ergo amicos qui te diligunt non diliges & eos in ſuis necesſitatibus adiuuares, uerum ſicuti illuſtrisſimo tuo BVRGVNDIORVM DVCI reſpondiſti, quod gwardiam ſeu cuſtodiam fideliter LVTZEMBVRGENSIBVS ultra feſtum ſancti Paſche retinere non cogitares ſuperhabundauit illic gracia tua quia *terminum* illum adeo prudenter extendiſti, ut interea illuſtrisſimus *dominus* noſter ſuos ad *te mittere* tecum denique de hac re diffuſius conferre poſſet, claret eciam, in reſponſione iſta amplisſimus uigor prudentiae, que in te eſt, quia tales modum & formam reſponſioni predicte annexiſti, in caſum quo & potentem manum tuam a *gwardia* predicta retraheres quod abſit, tamen res & perſone fidelium cuſtoditorum in quiete & pace conſeruate fuiſſent, eciam uel amplius uel caucius uel prudencius relexiſti quod *dominus* noſter contra *aduerſarium Bohemum* agere intendit, poterit *celſitudo tua* penſare. Si is bello ipſo quod haut cunctanter leuabitur ſtrenue inſeruire debet, huic negocio LVTZEMBVRGENSES dum manum tuam ab eis tuendis leuares, difficulter ſatisfacere poſſet, quia uel oporteret bellum cum *aduerſario* BOHEMO dimittere iniuriam pati & tuicionem LVTZEMBVRGENSIVM inſiſtere uel copias ſuas diuidere & ambobus negociis inſeruire et forſitan noueris ſtrenue peragere.

Preterea chriſtianisſime rex cum omnes cauſe que te induxerunt ut *gwardiam Lutzemburgenſium* ſuſciperes adhuc uigoroſe

goroſe ſunt quare effectus *gwardie* ceſſaret, cum illud tamen contra *iuris diſpoſicionem*, quam contra rationis ordinem eſſet, recepiſti ideo *gwardiam* predictam quia ab antiquo *corona tua* cum *corona Bohemie intelligentiam* & confederacionem habebat. Item quia amicitie inter te & Bohemos ex *matrimonio* ſereniſſime nate tue & felicis LADISLAI contracte ſunt, item ne *Bohemi* ab auxilio *fidei* contra TVRCAM retraherentur, item quia putaſti regnum Bohemie ELECTITIVM ideo LVTZEMBVRGENSES gubernare uoluiſti, donec *rex regno* predicto preficetur ſolide ſunt raciones & grauiter actum eſt. Pondera igitur *inclitiſſime rex* cauſas premiſſas & eas non deſertas immo fortificatas & adauctas reperias, ſi de confederacione cogitas iam uerum HEREDEM REGNI BOHEMIE in tua reſponſione iudicaſti, cuius nos ſerui ſumus & *poteſtatem* habemus *tecum huiusmodi intelligentias* & confederaciones de domino noſtro pollicendas, ſi amicitiam ponderes non affinitatem ſolum ſed & conſanguinitatem cum affinitate, necnon amicitiam & inclinacionem *pociorum principum totius Germanie* prout infra te coram deducere intendo reperies, ſi obſequium fidei promouere intendis ſciat celſitudo tua quam hoc eciam ſine relacione noſtra cedimus non latere, *ſanctum dominum* noſtrum PAPAM indixiſſe *dietam* unam ad principium menſis *Iunii* in ciuitatem *Mantuanam* uel *Vtinum*, ad quam *Romanorum imperatorem* una cum uniuerſis *principibus* nationis GERMANIE inuitauit ad conſulendum de reſiſtentia TVRCI, & de factis fidei, unde ſe illuſtriſſimus dominus noſter ſe cum BVRGVNDORVM duce impedire & ſuos tueri deberet quo *factis fidei* inſeruire poſſet. Cum autem contra rebelles *Bohemos* pugnabit, hoc non erit, minus auctoritatem racione *eccleſie* defendere quam contra TVRCAM pugnare & ſtatim pacem habebit, quia ſi *Bohemus* ſe *racione eccleſie* obedienter ſubdiderit *iudicem* habebit *ſummum pontificem* coram quo deinceps ſine belli moleſtia de cauſa ſua experietur, ſi autem in *rebellione* permanſerit auxilium totius populi chriſtiani contra eum habebit, uoluiſti eciam ut *regni Bohemie* antequam *gwardiam* dimitteres res perficeretur.

Merito ergo *gwardiam* retinebis & que de labiis tuis ex regia ſinceritate proceſſerunt, irrita non facies dones VERVS HERES in *regno* pacifice collocetur, quare pro parte illuſtriſſimi domini ducis noſtri & eius ſereniſſime conthoralis ſanguineorum & fidelium tuorum humili cum inſtancia ſupplicamus quatenus neceſſitatem eorum in ea parte reſpicere & *gwardiam* predictam *continuare* tenere & gubernare digneris, donec illuſtriſſimus *dominus* noſter cum *aduerſario Bohemo* experiri, tuam & ſuam iniuriam uindicare & hereditatem que *tuo ſanguini*

guini

guini debetur ne ad extraneos tranſeat uendicare & recuperare poſsit iuſte facies ſi hic illum gubernabis, qui illic tuam cauſam agit quo exercitio cum aduerſario Bohemo Deo propitio feliciter peracto illuſtriſſimus dominus noſter in cauſa LVTZEMBVRGENSI conſilio & auxilio tuis utetur, ut illa ipſa eciam ſalubriter dirigatur, chriſtianisſime rex hanc REQVESTAM grandi cum fiducia pro parte illuſtrisſimi domini TVE MAIESTATI offerimus & intrepide quia firmis racionibus illuſtrisſimo domino noſtro & nobis innixa uidetur, & quia rem tibi *facilem* a te petimus quam *uno uerbo expedire* poteris cum nil reſtare uidetur niſi ut illuſtrisſimo *duci Burgundie ſubdito tuo* dicere iubeas motus regnis & ex racionibus cauſa ut *gwardiam* illam diucius continuet, & ſtatim parebit nec unquam *domino ſuo* contradicere uel recalcitrare audebit. Sine ergo ut te exoremus quatenus non tantum gwardiam iſtam continuas, uerum eciam illuſtrisſimo domino noſtro conſanguineis tuis *conſilium* & auxilium ſi negocii qualitas exegerit contra BOHEMVM impendere digneris prout in te fide intrepida per optime fidunt, in quo non tibi ſoli graciam impendere uideris. Quin imo illuſtri fratri ſuo duci Saxonie FRIDERICO principi *electori* illuſtribus natis eius & uniuerſe domui ſue nec illis duntaxat ſolis uerum & pene uniuerſis principibus potioribus tam ſpiritualibus quam ſecularibus totius *Germanie* nec *Germanie* tam ſed *Gallie* & *Ytalie* replacebis quorum fauoribus & auxiliis prefatus dominus noſter gaudet & potitur.

Quod tibi non ad intellectum ſed quaſi ad oculum demonſtrare poſſumus, noſti REGEM SICILIE CALABRIE & *Lotharingie duces tuos* obſeruantisſimos, quomodo illuſtribus marchionibus *Badenſibus* faueant qui de eorum ſanguine nati ſunt, hii marchiones cum reuerendisſimo principe domino archiepiſcopo *Treuerenſi* fratre eorum quam intime & ſinceriter coniuncti & colligati ſunt illuſtribus *marchioni* ALBERTO *Brandenburgenſi* & ſuis *fratribus* quorum unus ſcilicet FRIDERICVS eſt princeps ELECTOR palam eſt, quia *marchio* ALBERTVS unam ſororem ſuam pro coniuge habuit, ex qua filios & filias genuit, quorum unus duobus fere annis elapſis cum una de filiabus illuſtrisſimi domini noſtri ducis *Wilhelmi* ſponſalia contraxit. Item *magnifici comites* de WIRTTEMBERG potentes & illuſtribus pares mirum in modum illuſtri domino noſtro afficiuntur quorum uni una de *filiabus* illuſtris domini marchionis ALBERTI *Brandenburgenſis* deſponſata eſt, item illuſtrisſimus dux SIGISMVNDVS *Auſtrie* cum comitibus predictis fideliter confederatus eſt, cui eciam confederacioni illuſtrisſimus dux ALBERTVS BAVARIE Monacorum cum illuſtribus natis ſuis una

cum

cum *marchione* ALBERTO predicto & eius fratribus intexti ſunt. Accedit ille reuerendisſimus pater dominus archiepiſcopus MOGVNTINVS qui ſe cum predictis ducibus marchionibus & comitibus *ueraciter intelligit* & eis colligatus eſt, item ad idem reuerendi patres domini *Bambergenſis* & *Eyſtetenſis* epiſcopi, item omnes duces SAXONIE & omnes marchiones BRANDENBVRGENSES una cum Lantgrauiis HASSIE, quamuis ex innata amicitia & diuiſi copulis matrimonialibus ſint conſanguinei & affines tum & firmisſimis colligationibus confederacionibus & PACTIS etiam *iuramento* firmatis inſicem FRATRES & omnium DVCATVVM & principatuum ſuorum INDIFFERENTER SVCCESSORVM SVNT HEREDES, quorum terminum usque ad ducatum *Stetinenſem* & *Brunſuicenſem* attingunt, qui omnes uel nepotes uel affines eorum ſunt quorum eciam affinitas ad *regem* DACIE qui unam de filiabus illuſtris marchionis Iohannis *Brandemburgenſis* habet, ſe extendit, ITALIAM non pretereamus illic illuſtris marchio MANTVE qui coniugem habet de domo *Brandenburgenſi* & predicti domini IOHANNIS marchionis *Brandenburgenſis filiam* dominam utique nobilisſimam que *ſua prudentia* & *magnanimitate totum dominium ſuum* regit, & iam unam de filiabus ſuis illuſtrisſimi ducis MEDIOLANENSIS filio deſponſauit, hii omnes illuſtrisſimo domino noſtro multa amicitia ſunt coniuncti; regrediendo igitur ad chriſtianisſimam MAIESTATEM TVAM chriſtianisſime rex ponderamus *tuam potenciam* que in hac parte oram *maris* transgreditur, qualiter *a mari* usque *ad mare* etiam *ſeptentrionali* plaga & ultra ad DACIE SVECIE NORWEGIE & GOTTORVM regna extendetur ſi principum predictorum quorum fines a potentisſimo regno tuo usque ad fines predictos ſe extendunt, beneuolentiam tibi comparabis, quod facillime facies, dum illuſtre dominium noſtrum conſanguinei tui pro tua ſumma clemencia tibi non ſint ut ignoti & extranei, ſed cum ſuis omnibus recommisſis, & *ſpes in te* eorum amplisſima tuorum beneficiorum magnitudinem ſuperetur, tunc *a mari usque ad mare* & pene in termini tui dominio eciam illuſtres *principes* quos perſtrinximus in hoc gaudebunt te amabunt & colent in umbra alarum tuarum ſperabunt exultabuntque & dicent, VIVAT REX & dominus noſter FRANCIE & FELICITER REGNET, quod tibi concedat ille, in cuius manu ſunt omnium poteſtates & omnia iura regnorum & poſt *terrenum regnum* feliciter conſummatum in *eterno regno* ubi habitat lucem inacceſſibilem ad illam beatificam uiſionem in quam angeli perſpicere deſiderant te *colloçet* perhenniter amen.

FINIS.

VA1 1507082

Digitized by Google

152
B
52